

*Liber Strigoniensis, quo Gagninus, hoc nomen  
habet est, ac postea Spira suo nomine impressus est.*

# SARMATIAE EUROPEÆ DESCRI- PTIO, QVAE REGNUM PO- LONIAE, LITVANIAM, SAMOGITIAM, RVSSIAM, MASSOVIAM, PRVSSIAM, POMERA- NIAM, LIVONIAM, ET MOSCHOVIAE, TARTARIAEQVE partem complectitur.

ALEXANDRI GVAGNINI Veronensis, Equitis Aurati, peditumque praefecti.

*Cui suplementi loco, ea qua gesta sunt superiori anno, inter Serenissimum Regem Polonia, &  
Magnum Ducem Moschonia breuiter adiecta sunt. Item Genealogia  
Regum Polonorum.*

*V. Wlerynki  
p. 100*



*Sum ex libris  
Matthiae  
Anno*

SPIRAE *ducaishi  
Anno 1641*

CVM PRIVILEGIO IMPER. ET REGIS GAI

APVD BERNARDVM ALBINVM.

M. D. LXXXI.




INSIGNE REGNI POLONIAE.



Vnguibus arripiens hostem rostroq. minaci,  
 Ista Iouis volucris pectore sternit humi.  
 At rursus innocuis pacis sine cade volucres,  
 Regnant, officijsq. colunt.  
 Regis est, autum Rex, nobile Stemma Polonis,  
 Quis ut mores, ingeniumq. ferunt.  
 Nam belli atq. toga simili ratione gubernant  
 Tempora, & his rebus conueniente modo.  
 Hostis enim Regnum quoties inuadit eorum,  
 Hunc toties armis conficiuntq. nece.  
 Agmina cum Geticis turmis, tot fusa Scytarum  
 Hoc Valachi, Mosci, Prussia victa, docent.  
 At sibi subiectos in libertate tuentur.  
 Mater Patria dicitur

46315



# SERENISSIMO AC

## POTENTISSIMO PRINCIPI

### STEPHANO, DEI GRATIA POLONIAE

REGI, MAGNO DVCI LITVANIAE, RVSSIAE,

*Prussia, Masouia, Samogitia, Kiouia, Volhinia, Pomerania, Liouia,*

*ac vniuerse Sarmatia Europea Monarcha Dominoq; &c.*

*nec non Transyluania Domino.*

\* \*



V M jam annos complures in istis regionibus versarer, operamq; meam qualemcunq; in re militari huic Reipub. praestarem, STEPHANE REX SERENISSIME, cum saepe alias, tum maxime Lithvania armis belloq; a magno Moschorum Duce infesta & oppressa, vbi ego arci Vitebsko praefectus eram, quod munus iniunctum, qua potui industria, peregi, sicut & data mea fides, & Reipub. dignitas, & loci ipsius necessitas (est enim arx Moschis contermina) postulare videbatur, longa tandem consuetudine linguam, mores, leges Polonorum edoctus sum, situmq; regionu totius Sarmatiae Europae cum magna ex parte propria experientia exploratum habui, & saepissimè subieci oculis meis. Quare nactus ego occasionem temporis, dum a duro Marte respirarem, quaedam scitu non indigna de moribus, legibus, initio, incremento, rebus gestis imperij Polonici, populorumq; Sarmatiam incolentium, deniq; de situ, dispositioneq; regionum earum omnium, quas in se Sarmatiae orbis complexus est, militari stilo conscribere non dubitavi. Hoc enim pacto, maiorem animi mei affectum Reipub. huic nobilissimae testari non possem: quam si pro eius gloria ne dicam salute, non modo si res & vsus postulauerit, vitam, qua nihil est, nec esse potest post animae salutem, homini charius, profunderem, sed etiam eandem, si modo per ingenij vires liceat, etsi hinc quidpiam ad eius dignitatem accedere queat, ornarem, laudesq; eius celebrarem. Nam si patrio solo, quod me genuit & conspectu huius splendidissimae lucis ornauit, plurimum natura debeo, profecto & huic Reipub. quae supra naturae dona, plurimum mihi adiecit, vtilitatis, dignitatis, & ornamenti, quae me aduenam in suum recepit gremium, receptum complexa est, complexumq; ciuem suum agnoscit, tantum vt debeam necesse est, quantum nemo alius suae patriae se debere profiteri potest, & profecto licet multi sint singularis & immentae in eam pietatis ac fidei, concedam tamen nemini, in adeundis pro eius gloria, forti & constanti animo, omnibus periculis, si non tanta cum gloria & vtilitate, quantam ceteros posse ei suis periculis praestare facile patior, tamen animi affectu, & propensissima voluntate, vinci me a quoquam nunquam concedam. Idq; cum semper praestare volo, tum & nunc his meis commentarijs, quibus Sarmatiae Europae nomen indidi, huiusce animi erga eam mei minimè obscuram significationem declarare volui. Verum quo patrono lucem cognoscere deberet cum non satis mihi constaret, praefertim cum in ea nuncupanda id spectandum esse existimarem, quod spectari a sapientissimis quibusque solet, labores non sine summo iudicio ita nuncupantibus, vt & his quibus offerantur, conuenientissimi sint, eosque delectent, & ipsi apud eos amorem mereantur, gratiamq; referant: malè enim collati labores & munera, tam pereunt quam quod maxime: ecce tandem sese offert SERENISSIMA Maestas tua, cui iure hic meus qualiscunque debetur labor: nam & ab homine militari profectus, tibi potissimum, qui ab ineunte aetate, arti militari operam dedisti: & gradatim ob tuam virtutem bellicam in magnum honorum fastigium conscendisti, iure optimo consecrari debuit, & de rebus Sarmatiae conscriptus, tibi non inutilis & non iniucundus fore visus est, tu quod diuina prouidentia Sarmatiae constitutus es Monarcha, tum quod hoc gubernaculum tibi oblatum non leuem difficultatem cum molestia coniunctam facessere videtur, maxime cum in eo sit tanta perturbatio, tanta varietas nationum, linguarum, legum, morum, & aliarum rerum, vt ad ea omnia rectè componenda, sapientia virtu-

## E P I S T O L A

teq; summa, qua es à Deo Opt. Maxi. abundè ornatus & instructus, opus sit.

At nostra hæc Sarmatia, quam meis sumptibus sub prælum mittere curauî, tuoq; nomini Augustissimo consecratam esse volui, magna ex parte te ea difficultate leuare, & ab hac molestia vindicare potest. Cognosces enim ex ea subditorû itutorum mores, ac studia diuersa, quæ non nisi longo tempore diuturnaque conuersatione cognosci possent. Inferes tandem oculos in Regiones tuas amplissimas, atque quibus hæc abundant, quibus egeant animaduertes: municipiorum, arciumq; , situm, dispositionem, & si aliqua munitione, & propugnaculis, ad propulsandos hostium veloces ac feroces incurfus desiderent, considerabis. Insuper exploratas habebis vicinas regiones, ac vicinarum tam Christiani, quam barbari nominis gentium, mores, religionem, & in rebus gerendis deniq; consuetudines, cognosces. Ex quibus aliarum tu studia in se tuo candore & beneuolentia conuertere debes, aliarum verò, superbas ferocietescq; vires, ad effrenatam insolentiam, si modò saluam & integram tuam gloriam, simul ac imperium hoc conseruare vis, vt armis retundas necesse est, talemq; te eis præbeas, qualem te esse eorum animi & mores exposcent. Ne autem parum emolumentî, adferre tibi posse, hæc tuarum regionum cognitionem putes, ô Rex, scias sanè optimè, minus apte illum monarcham dici, cui mores, consuetudo ac facies tota suæ monarchiæ cognita non fuerit, & qui eam mente non intueatur, nec in oculis circumferat suis. Neq; foeliciter illum posse bellum in illis locis exercere vnquam, quorum situm cognitum non habeat. Hinc illud est, qd à sapientibus quibusq; præcipitur, principibus viris longinq; necessariam esse peregrinationem, illosq; demum foelices rerumq; gerendarum non ignaros esse, qui mores multorum hominum ac vrbes considerârunt: sin minus verò tutè longius euagari, & à patria diutius aberrare propter varia pericula possunt, tamen ne tanto bono fraudentur, tabulis Geographicis, & Cosmographicis à prudentissimis hominibus prouisum est, vt ea quæ oculis subijcere nequeunt, saltem animo & cogitatione complectantur, & cum hoste in ignotis regionibus decertaturi, ex tabulis ea cognoscant, quæ nulla alia ratione tam facîle cognosci possent. Quare & Alexander Macedo, qui virtute & rebus gestis Magni nomen meruit, conseruturus manum cum hoste in loco ignoto, prius eum sibi in tabula depingi voluit, vt ita ex eius cõsideratione cognosceret, quid sibi cauendum, quid adoriendum esset. Et Romani Imperatores totius domitores orbis, pugnatûri in aliqua regione, antequã bellum decerneretur, prius pictam intuiti sunt, qd & ingruente Gallico tumultu fecisse eos, Italiamq; pictam præbuisse, testis est Varro. Idem alij multi clarissimi Imperatores non sine summo nominis sui splendore, & in rebus gerendis foelici ac prospero successu fecère, quos ego miles, apud te Imperatorem strenuum recensendos minimè puto. Id vnû dico, te posse hic regionum situm, legesq; , & mores gētium, animo perlustrare, tam tuo Imperio subiectarum, q̃ externarum, illarû præcipuè cum quibus tibi res aliquândo futura sit, vtpote Moschouitarû mores, expeditionesq; domesticas ac bellicas, ac ditiones amplissimas, tum Tartarorum hordas siue nationes campestrium potentissimas. In primis verò originem, incrementum Imperij Polonorum, vitas Principum, prælia, disciplinas, studiosè & explicatè descripta cõsiderabis, & quomodo illi Herculei Sarmatæ, quorum tu successor es, has sedes non sine sudore & sanguine occupauerint, quid ille, quid item alij ab alijs prognati, alius post alium, tam in toga quàm in armis gesserint. Videbis illos non vt barbaros, sed clarissimos & regia dignitate ornatos Imperatores, suis rebus præclare gestis Heroum, qui admirationi toti orbi fuère, nomen, & gloriam adæquasse. Nam sæpius non modo pro salute patriæ, sed etiam totius Europæ, alijs regnis interim (proh dolor) domesticis & ciuilibus armis sese mutuo infestâtibus, immani ferocitati hostis communis sese opposuerunt, eiusq; impetum effrenatissimum armis retuderunt, non dico quoties illi Tartarorum influentes in Europam copias represserunt, semper enim & assiduè in excubijs aduersus eos fuère: non commemoro sæpius victas, & profligatas ab eis Turcicas legiones, non Moschorum exercitus cæsos, nō alios tam patriæ, q̃ toti Europæ infestos hostes, victos, sub iugum missos, & aut ad colendam perpetuam pacem, & amicitiam, aut ad tributa persoluenda cõpul-

fos,

D E D I C A T O R I A.

fos, quæ illorum fama cū per totum orbem increfceret, vicinas gentes permouit, vt  
 pleræq; earum à tyrannis oppressæ, hos solos putarent dignissimos, quorum fidei ac  
 patrociniò fortunas, libertatem, ac deniq; salutem tutò cõmittere possent. Testatur  
 id Bohemia, quæ periculosissimis temporibus regibus Polonis toties se se vltro sub-  
 misit: fatetur & Vngariæ nobilissimum, & verè olim aureum regnum, q̄ sua sceptrà  
 & fasces ad reges Polonos detulit, & à sua ceruice sæpius eorum armis reiectam fuisse  
 ferocem Turcicam securim agnoscit. Prædicat id ipsum Silesia, Morauia, Vvalachia  
 cum sua Moldauia, & aliæ Christianæ gentes, quibus iura indixerunt foelicissimè Po-  
 loni, non cõmemoro q̄ multoties rem Christianam: contra Turcas acie & milite iu-  
 uerit Polonus. Silentio prætereo, sæpius à vicinis contra seditiosorum ciuium con-  
 spirationem, à Polono impetratum patrociniũ: ne plura dicam, tãta illis Heroibus  
 inerat moderatio, virtus, & tantus tamq; excellens animus, vt & parcere subiectis, &  
 debellare superbos optimè nossent, & sæpius ad se delata imperia repudianda, sæpius  
 eadem sibi infesta, armis moderanda & cõprimenda esse putarent, vt ita non imperã-  
 di libidine, sed gloriæ & immortalitatis studio, quicquid agerent, agere viderentur:  
 Cognosces hic Lechos & Lituanos fortissimos, qui sanguine suo Sarmatiã hanc po-  
 fteris amplissimam reddiderunt patriam: superiorũ enim eius gentis principum fa-  
 mæ fortuna inuidit, ita vt nullæ res eorum ad nostram memoriã deuenerint. Videbis  
 demum Cracos industrios armis & pace, Piasfos strenuos, Leschones bellicosos ac so-  
brios, Baleslaos fortes & in rebus gerendis promptissimos, e quorum longo ordine  
Boleslaũ retorti oris alterum Herculem: cuius virtus in latissima Sarmatia contineri,  
 nec altissimis montibus ac præualto mari concludi potuit, ille enim strenuè gestis in  
 Sarmatia rebus, & domita Morauia, Bohemia, Roxolania, Pomerania, Henrico Ro-  
 manorum Imperatore, fines Poloniæ infestante, pulso ac profligato, & plusquã qua-  
 dragies foelicissimè cū hoste collatis signis, eadem signa in Daniã vsq; forti & prom-  
 pta manu intulit, ibiq; impressis Poloniæ virtutis vestigijs, regibus illius regni tributo  
 imposito, domũ foelix redijt. Cognosces Casimiros reges pios & iustos, religionisq;  
 amantiſsimos, tandem Vyladislaos Turcarũ horrendas pestes & acerbilissima fata,  
 Iagielones magnanimos, Sceptrà regnorum vltro sese offerentium Bohemiæ, Vnga-  
 riæ, Suetiæ, Daniæ, Noruegiæ, Gothlandiæ repudiantes, infesta aut reprimentes, vim  
 vi, arma armis, à capite, à fortunis, saluteq; fuorũ propulsantes. Hi legibus, religione,  
 pulcherrimarum artium cognitione, domesticã disciplinam cū militari cumulãrunt,  
 Lituaniã Ducatum nobilissimum cum regno cõiunxerunt, Santogitiã & alias gen-  
 tes immaniſsimas, ab illa barbara feritate & impietate gẽtili, ad humanitatem, & ve-  
 ram cognitionem Dei reuocãrunt. His colla sua dedit vincienda Moldauus, præbuit  
 ex se triũphos Germanus, miseris Prutenus porrexit manus, procubuit ad pedes Li-  
 uo, Moschus se victũ sæpe professus est, sæpiusq; succubuerunt in acie Scytæ. Et hic est  
 ordo ac series præcipuorum in hac Republica Principum, quorum nomine & gloria  
 perpetua in terris recolitur, cum summa quadam venerationis memoria: animæ aut  
 eorum exantlatis plurimis pro patria & Christi nomine laboribus, gratisima in illis  
 supremis domibus fruuntur mercede & gaudent. Hos tu vnus omnes & victoriarum  
 multitudine, & gloriæ splẽdore, iustitia, fortitudine, omnibusq; virtutibus, quæ olim  
 in eis erant conspicuæ, facilè superabis, si eos tibi ad intuendum, & imitandum propo-  
 fueris, maximè cū etiam tibi nõ desint magnarũ virtutum domesticarum, tuarq; gen-  
 tis Hungariæ regum clarissima exempla, quæ tuum in dies animum exagitant, ad con-  
 sequendum illum orbem virtutũ, quem illi omnes sustinuerunt, & ad cõparandam  
 gloriam cum immortalitate coniunctam, qua illi vniuersum orbem impleuerunt, &  
 verè impleuerũt. Atq; ne ex multis regibus Pannoniæ aliquot cõmemorem & profe-  
 ram, vno contentus ero, *Mathia* scilicet Huniade, cuius semper memoria apud Hun-  
 garos est iucundissima, gratisima & celeberrima: sic vt illi talem regem hodiè à Deo  
 Opt. Max. sibi dari & excitari cuperent, cum quo si te conferam, velim vt æquo animo  
 accipias, & ab eo proficisci putes, qui dotes illius celeberrimi Mathiæ in te elucere  
 videt: ac optet nomen tuum sic longè lateq; patere. Quis mediocriter versatus in

EPISTOLA DEDICATORIA.

historijs ignorat Mathiam mirabili fato ad gubernacula regni Hungarici euectum: cuius tam præclara indoles fuit, vt à teneris adhibitus ad optima studia, literarum artiumq; multarum didicerit semina, mirabili celeritate atq; auuiditate. Ideoq; acerrimi iudicij viri palàm dicebant, se in hoc puero regiam fortunã & virtutem deprehendere. Meritò sanè idem prædicari potest, Rex STEPHANE, de te. Nam vt miro quodam modo & incredibili, primùm post obitum Iohannis Sigismundi electi regis Hungariæ & Principis Transyluanix, electus es in Principem: sic non minori cū admiratione propter tuas virtutes, ab ordinibus regni Poloniæ, maximè pacis amantibus, creatus es in Regem. In adolescentia tua studia doctrinæ ita amâsti, vt inter Reges Europæ, liceat mihi hoc liberè dicere, fremant quicunq; voluerint, vnus sis, qui de rebus grauissimis differere possis doctè ac benè Latinè: ac etiã in primis illis tuis annis ita in duris militiæ laboribus tyrocinium fecisti, vt optimi militis famam inter tuos sis cõsequutus: & gradatim ad maximos honores perueneris, dignusq; sis iudicatus nõ modo Transyluanix Principatu, sed etiam hoc Sarmatiæ amplissimo & potentissimo regno. Ex quo videre licet, non tam pulchrum esse nasci ex Regibus Regem, ni sis Regijs virtutibus ornatus, quàm virtute sua iudicari dignum fastigio regio. Deniq; ineptam esse hanc vocem iudicãdum est: Literas principem effœminatam reddere: Quo fit vt hodie multos principes inuenias, literis & doctrina nulla excultos: at doctrina non solum optimum principem: sed & ad res gerendas ac bellicas aptissimũ efficit Est enim vtroq; tempore, tam pacis. quã belli doctrina principi pernecessaria. Quid amplius? Mathias detestatus est auaritiam, luxum & alia scelera suorum, veluri, iniustitiam, & libidines vagas, omnisq; religionis & summi magistratus contemptũ, quæ mala Pannoniæ fatale attraxerunt excidium. At tu, Rex prudentissime, an non sapius tam priuatim, quàm publicè, fastum gentis Sarmaticæ reprehendisti, laxamq; disciplinam, & auream planè suam libertatem, in licentiam perniciosam transformantem iurè dictitas esse materiam certissimam ruinæ Reipub. ni maturè pareant benè consulentibus? Apud Claudianum singularis laus est Theodosij, q̄ non fuerit suspicax. Mathias Rex ille Hungariæ, immortalitate dignus, non facilè admittebat calumnias eorum, qui familiares suos in odium ipsi adducere conabantur: Sic etiã audimus calumniatores, & falsos delatores apud te nullum locum habere, penitus arceri: adituq; tuo excludi. Deniq; vt Mathiam literati amârunt, & post funera multis laudibus extulerũt: ita non dubitamus, quin docti tuas virtutes admirabuntur, & literarum monumentis mādabunt. Nam reuera ea quæ habere solet grauissimus Princeps, ab omni leuitate abhorrens, in te etiam Deus contulit. Verùm hîc me continebo, ne in os te laudare videar, & adulatoris crimen mihi impingatur à multis, quibus hoc responsum volo: Regem dotibus regalibus condecoratum & insignem, satis laudari nõ posse, nec clam, nec palàm: cum huiusmodi Princeps sit imago Dei graphicè suis coloribus depicta.

Itaq; hanc nostram Sarmatiam tuo nomini dicatã & consecratam offero, supplexq; cum summa reuerentia oro, vt hũc in ea cudenda meum laborem & animi promptitudinem Maiestas tua non aspernetur: sed eam clementer ac placidè suscipiat, meq; simul ac meos conatus in iuuanda & ornanda hac Republica, sua excellenti autoritate iuuare, prouehere atque tueri velit. Seruet te tandem, Rex potentissime, Deus Regum author & cõseruator, diutissimè incolumem, quò augeas rem Christianam, confirmes tuum regnum, hostesq; istius regni immanissimos compescas ac coërceas: imò verò de illis triumphes: & sic fato tuo fungens omnes optimi ciues te prædicent, ac ipsa posteritas, tuam sapientiam, atq; fidem, quæ est dictorum factorumq; constantia & veritas, & deniq; magnanimitatem tuam cum iusticia coniunctam, admiretur, colat atque amet. Cracouiæ 20. die Iunij.

1578.

Tuæ Sacræ Regiæ Maie-  
statis obseruantissimus

Alexander Gdagninus Eques  
auratus, Militumq; Præfectus.

Typographus

# TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S.



**I**NTER Europa Regiones, SARMATIA non minor est censenda: (Candide Lector) nescio an cum maiori parte merito conferri non debeat. Est autem plena optimis prouincijs & amplissimis, ac magnis dotibus præditis. Vt imprimis est POLONIA, qua suo iure primum & præcipuum sibi vendicat locum: tum vel maximè quia est Regnum amplissimum potentissimumq;. Quare cum istis temporibus natus essem librum à Typographo excusum in vrbe primaria illius Regni: qua Cracouia est, totius Sarmatia typum præ se ferentem quig; singulas illius prouincias ad vnguem descriptas habebat: existimaui operæ precium fore, si ego id quod illis populis in lucem erat editum, etiam alijs Europa nostra hominibus communicarem. Ex quo intelligerent Sarmatiam esse extremam quidem Septentrionalem regionem Europa non contemnendam. Hac autem (vt diximus) complectitur primum Polonia Regnum fortissimum, & Christianæ Religionis amantissimum, quod est tanquam commune quoddam propugnaculum in Confinio Europa ad sustinendam & propulsandam Barbarorum immanitatem, & ad agendas pro Christianis omnibus excubias: vt illius regni potentia reliqua Europa tecta sit: illius laboribus quicta illius denique periculis tuta. Deinde & Lithuaniam sibi adiunctam habet opimam sane regionem & vastis solitudinibus refertam. Tertia est Prussia, quam alij Borussia vocant: & ea suas habet dotes maximèq; est posita circa Venedicum sinum & mare Balticum: Hanc sequitur Liuania, suis latifundijs valdè celebris, nihil Prussia cedens. Quarto loco est addita Moscouia, vastissima regio, & indomita, hæcenus barbaris suis moribus exultans, qua licet parte sua præcipua Asiam spectat, tamen & pars illius Europam attingit: Ideirco de ea quod obseruatu dignum est hic videbis: deq; tyrannico dominatu Principis Moschorum, & multa leges. Quinto loco est Tartaria, quam Latini Scythiam Europeam appellamus incultissima & fera: nec quicquam ab auitis moribus discedens: vbi viuuntur ex raptu. Nihil hic de Russia & Podolia regionibus fertilissimis dicam: quia & sub nomine Regni Poloniae comprehenduntur. Itaque cum accurate & breuiter quæcunque scitia digna sunt de tota SARMATIA hic Liber complectatur: illum in lucem dare volumus. Quamobrem (Candide Lector) nostrum hunc laborem boni consule, & Deum Opt. Max. ora & obsecra: vt Sarmatiæ prouincias que vni amplexæ sunt fidem Christi Domini nostri Seruatoris sartas tectas conseruet, aduersus furores cum Scythicos: tum etiam Moscouiticos: Nec enim minor est habenda ratio Mosconitarum in orbe Christiano, quam ipsorum Turcorum: si quis propius furorem vtriusq; gentis consideret. Est quidem Turcus Machometanus: At Moscus non solum pro libidine sua, sine lege & iuris præscriptisibi dominatur & imperat: Verum etiam vna cum sua gente alios populos, qui eius Religionem non sequuntur, qua nec purè Græca, sed varijs commentis & nugis est referta, atq; contaminata, detestatur, persequitur, estq; illi anathema, Maran-atha. Deus pater & fons omnis misericordie adducat omnes ad agnitionem veritatis. Deniq; Supplementi loco addidimus quedam de bello Moscouitico, quod est gestum inter Serenissimum Stephanum Regem Poloniae & Moscum superiori anno in Augusto, dum recuperauit Arcem Polosko, & totam illam ditionem eripuit ex manibus ipsius Moschi: itaq; habebis aliquid noui ex Arctoïis populis.

Bene vale Lector, & nostris laboribus faue. Datum Spira,

Cal. Sept. An. Cl. D. LXXXI.

## SAVROMATIAE EUROPEAE SITVS.

**S**AUROMATIAE Europæ gentes, Regionumq; quas complectitur situm descripturus: opere pretium me facturum, & rem non iniucundam Lectori existimaui: Si imprimis Europæ, ipsius fines quibus ab Asia & Africa determinatur præponerem. Europa itaq; pars mundi tertia, ab Europa Aggenoris regis Libiæ & Syriæ filia denominationē traxit, cuius insigni pul-

*Europa de  
nomina-  
tio ab Eu-  
ropa Agge-  
noris Regis  
filia.*

chritudine Iupiter (vt Poëtæ fabulantur) captus, nullā aliam occasionem ad effectum infani amoris habens, in bouem niueum sese transfigurauit, in litoreq; maris viridifloro vbi virgines cæteræ cum Europa Reginula ludebant, armētis boum sese interiunxit. Europa vitulum præ omnibus pulcherrimum videns tergo eius infedit, qui confestim in mare cum ea insiliens, in Cretam insulam siue Cadiam, dicitur eam transfuisse. Porrò Europam ab Oriente Tanais fluuius celeberrimus determinat, à meridie mare Mediterraneū, à Septentrione Anglicus siue Britanicus Oceanus, ab Occidente verò Oceano Atlantico finitur. Hæc pars mundi cæteris duabus vtpotè Asiæ & Africæ, minima est, sed ad habitandū habilior, conuenientiorq; & moderatior, nam neq; calida torridaue, nec etiam frigida nimis, idè habitatoribus copiosior, frequentior, pleniorq; est, exceptis regionibus Septentrionalibus Oceano glaciali contiguis: quæ aliqua ex parte ob intensa frigora inhabitabiles sunt. Religione quoq; Christiana, moribus, & viuendi consuetudine, incolarum, vrbiūmq; frequētia, & rerum commestibilium fertilitate, cœliq; & aëris temperie, Asiæ & Africæ, quamuis longe amplioribus, facile anteponitur. Ducentis quadragintaquinque miliaribus Germanicis in latitudinem patet, à mari Aegeo siue Ionio ad Oceanum vsq; Hybernicum. In longitudinem verò septingentis sexaginta miliaribus extenditur, à Portugalia videlicet regno Hispaniæ, ad Tanaim vsque fluuium, qui Sarmatiam ab Asia determinat. Inchoatur autem Europa ab Oriente à fluuio Tanai, à Meridiæ verò ab Aegeo mari Græciæ.

*Europa  
terminis*

In hac parte orbis tertia, Sauromatia regio amplissima, multas nationes regnaq; eiusdem generis complectens (de qua nobis res agitur) sita est. Est autem duplex Sauromatia, vna Scytica siue Asiatica, in vteriori orientaliuè ripa Tanais & Vvolgæ fluuiorum, quā incolunt Tartari siue Scytæ Zauuolhenses & plures alij in Hordas, id est, tribus certas diuisi. Altera Europæa Sauromatia dicitur: cuius coloni sunt Poloni, Russi siue Ruteni, Lituani, Masouitæ, Pruteni, Pomerani, Liuones, Moschouitæ, Gotti, Alani, Valachi, & Tartari qui in hac ripa Tanais fluuii occidentali, iuxta Pontum Euxinum degunt. Hanc ab oriente Tanais fluuius, palusq; Meotis ab Asia dislimitat, ab occidente verò Vistula, vel secundum quosdam Odera fluuius, à meridie montibus Hungaricis Beskid gentiliter dictis terminatur, ab æquinoctio mari Germanico siue Sarmatico fines suos à Germania dirimit.

*Quot milia  
ribus pate-  
at Europa.  
Intellige  
hic milia-  
ria Poloni-  
ca siue Ger-  
manica q̄  
Italica 5.  
et Moscho-  
nica totidē  
complectun-  
tur.*

*Sauromatia  
duplex*

*pea siue  
finesq;.*

Ptolomeus verò Lib. 3. cap. 5 Sarmatiam Europæam, à septentrione Oceano Sarmatico terminari scribit, iuxta sinum Venedicum, ad fines vsq; Engroneland terræ incognitæ vltra Norruegiæ regnum longè patentis, Ab occasu Vistula fluuius & parte Germaniæ quæ est inter caput ipsius & mōtes Sarmatarum. A meridie Iazigis Metanastis quæ est gens Hungarica ab oriente Istmo eam ambiri refert, à Carcinito fluuio per Bicen paludem & latere paludis Meotidis vsque ad Tanais fluuiū in prouincia Resanensi Moschouix fontes habenti, hic autem fluuius Asiam Scyticam ab Europa dislimitat. Ab australi deinde plaga Sarmaticorum montium iugis ad Carpatum vsque mōtem Turi siue Beskid vulgo appellatum, Sarmatia Europæa finitur, deniq; per Valachiam, Moldauiamq; ad Boristenis vsque ostia, vbi in pontum ingenti aquarum colluue influit, & per littora ponti ad Carcinitum vsq; fluuiū ex montibus Circassorū Quinq; montarum defluentem extenditur Sarmatia Europæa secundum Ptolomei Cosmographorum principis opinionem. Qui etiā hos fluuios ætate sua celebriores Sarmam præterfluere asserit. Vistulam qui & Vandalus, Istula siue Iustula varijs nominibus apud veteres enunciat, hic ex montibus Sarmaticis emergit, Silesiaq; & Polo-

SARMATIAE.

*Celeberris res fluij Sarmatia Europæ.*  
 na, Masouia, Prussia præterlapsis multis fluuijs exhaustis apud Gedanum Prussiae emporium celeberrimum in mare Sarmaticum siue Balticum exoneratur. Cronon quoque fluuius insignis in Russia non longè à Turouu oppido ortus, Russiae regiones & Lituaniae ac Prussiae percurrens post Vistulae ostia ad Septentrionem reflectendo, in Germanicum quoque mare (quod Cronium inde forte dicitur) influit, vulgo Niemen appellatur. Rubon quoque fluuius, qui nunc *Dzwinna* vulgo Latinis & Germanis *Duna* dicitur, in Russia Moschouiae fontes suos habet, & magna parte Russiae, Lituaniae, & Liuaniae præterlapsis in prædictum mare, à Riga Liuaniae Metropoli duobus miliaribus, amplissimis ostijs postquam ceterum triginta miliaria Polonici à fontibus suis emensus fuerit ingreditur. Ternutis quoque & Chersinus fluuij secundum Ptolemæum ex Riphæis montibus nascentes, in prædictum mare exonerari dicuntur, qui mihi *Narewa* & *Bug* vulgo dici videntur. Præterea Sarmatia Europæa multos alios fluuios celeberrimos habet, ut pote Borysthenem *Dnepr* vulgo dictum, in Pontum Euxinum in fluentem, Hypanin, qui hodie Bog (non Bug, qui Vistulae commiscetur) dicitur, Tyrann qui Dnester propriè à tirando Italico verbo quasi sagittando dictus. Horrida enim violentia aquas impellit. Insuper Viliam, Disnam, Peripetum, Sluczam, Naruam in Liuania, & alios complures nauigabiles fluuios, quos recensere longum esset. Hoc itaque in imperio Sarmatico cuius modo limites ex Ptolemæo & nostra propria experientia descripsimus, Rex Poloniae à maioribus suis belli vel pacis iure acquisito rerum potitur, & modernis temporibus Sarmatia Poloniae Regis potentissimi & inuictissimi Monarchæ his finibus includitur.

A montibus Sarmaticis & Transsylvanicae palatinatu, ad Vistulae fontes, ubi incipit Ducatus Tesinensis, inde per Silesiam ad Oderam fluuium & usque ad Marchiam Brandenburgensem, ac Francfordiam, per Pomeraniam quoque longo tractu ad litus Oceani Germanici sinumque; Codanum siue Balticum, per latus demum septentrionale per Samogitiam, Curlandiam, Liuanicamque; amplissimum Dominium, ad Phinlandiam usque vltimam ferè orbis regionem Suecorum Regi subiectam, orientem versus per multas regiones Russiae ad Moschorum Principis imperium usque extenditur. A Germanico verbo Oceano ad Alexandri Macedonis aras per Campestria deserta ad paludes Mæotidis longissimo tractu ultra Borysthenem procedendo, deinde à Ponto Euxino per campos Podolienses, & per Moldauos ac Valachos redeundo Iazigis Metanastis vel Transylvanis & Hungaris, montibusque; qui hodie Scepusienses dicuntur, à meridie imperium Monarchæ Poloniae disiungitur.

*Sauromatia Græcis*  
 Dicta est autem Sauromatia Græcis, similitudine sumpta ab hominibus Viperinos oculos habentibus, terribilibus scilicet & crudelibus: nam *σαυροματι* Græcis Viperam, *ματι* vero oculum sonat, Atque nunc in primis de Polonis præcipua gente Sauromatica dicendum nobis occurrit.

DEDUCTIO ET ORIGO ANTIQVAE BELLICOSAE QVAE gentis Sauromatica, ex qua Poloni ortum genusque suum ducunt.



Eductionem originemque; Polonorum ac regum, eorundem gesta secundum ordinem descripturus: paucis obiter Lectorem admonendum volo, ne quid me in principio rei de Polonis dicturum sigillatim existimet. consequens enim est ut antiquissimæ gentis Sauromaticæ siue Slauonicæ originem, & mores prisceos, altius imprimis inuestigaremus, quod

pro rei ipsius faciliiori intellectu fortasse vtilius erit. Liqueat apertè ex scripturis sacris veteris legis, ad quod etiam omnium historicorum cõsentiens opinio est: Iaphet filium natu maximum Nohe, post illud totius mundi diluuium, orientem & septentrionem versus in Europa & in Asia minori primum consedisse, illicque cooperante Diuina voluntate in maximam gentem excreuisse, quod ei cum Etymon nominis dilationem significantis, tum fausta Nohe parentis imprecatio portendebat. Sic etiam Nohe ille Patriarcha præfigurans necessariè futuram esse trinam cõditionem vitæ humanæ

*Iaphet Nohe Patriarcha filius ubi cõsederit post diluuium.*

*Etymon Iaphet.*

mauæ

manæ, filijs suis dixisse, singulisque singula officia administranda iniunxisse & demandasse fertur, vt vnusquisque suæ vocationi prædefinitæ corresponderet in hæc verba: Tu Sem ora velut sacerdos, munus diuinum obiens: tu Cham labora agròs colens, & artes mechanicas exercens: tu Iaphet rege & protege velut Rex & miles arma exerce, ceterosque certis propositis legibus in officio retine. Quod mandatum & testamentum Nohæ hæc vsq; in tempora durare videmus: vna quæq; etenim natio ex illis filijs eius propagata, suam vocationem ex quadam prædestinatione, & paterna imprecatione exercet. Posteritas igitur Iapheti, cum maiorem orbis terrarum partem in Europa Asiaq; minore occupauerat, testamento patris sui & faustæ imprecationi Nohæ patriarchæ correspondentes, statim ad arma exercenda animum adiecerunt, & in numerosam gentem temporis successu sub Duce Gomero Iapheti filio in orientali, vbi Armenia, & septentrionali plaga excreuerunt, ad Bosphorumq; Mæotidi paludi proximū qui nunc Cimmerius dicitur, & ad fontes ostiæq; Tanais lōgo tractu sedes suas habuerunt. Postea potestatem & prælaturam, sub qua cæteri regantur, necessariam esse considerantes ad Tuisconem siue Ascenam Gomeri filium imperium detulerunt, qui Beroso teste latissimè à fontibus Tanais ad Rhenum vsq; fluuium Germaniæ imperauit. Hunc Tuisconem prædictus Berosus Historiographus, Germanorum omnium, Sauro-matarumq; pariter conditorem esse asserit, quo testimonio satis rectè probaretur Sarmatas siue Slaunos cum Germanis vnum esse, cum ab eodẽ autore & propagatore processerint. Crantius quoq; rationatur Polonos Bohæmosq; Germanis cōgenos esse, eò q̄ frequens Germanicæ linguæ apud hos populos vsus fuerit, & vestibus Germanicis multi eorum vtantur. Qua ratione quoq; probaretur eos Latinos, vel Italos, Hungarosq; esse: nam hæc quoque linguæ idemque habitus apud Polonos nunc ex magna parte in vsu esse cæperunt, & Latina lingua omnes ferè nationes vincunt. Nō rectè igitur Crantius hîc rationari videtur, si enim Slaui vel Sauro-matæ ex Germanis oriundi essent, eademq; cum eis antiquitus lingua vterentur, vnde igitur Sarmaticæ siue Sla-uonice linguæ apud Sarmatas vsus ortus esset? qua hæc gentes passim & vulgariter vt potestata vtuntur, habitu quoque moribus, & vitæ consuetudine Sarmatæ à Germanis genitus diuersi sunt, quod etiam Plinius approbat dicens: Sarmatæ quidem certè Germani non sunt, sed ab ijs Vandalo siue Vistula fluuiio ad ortum solis vergentes dirimuntur, cui sententiæ probati antiquitatis indagatores Cornelius Tacitus, Strabo, & Ptolemæus astipulantur. Sed ad rem vndè digressus sum redeo. Illa posteritas Iapheti impigra, strenua, manuq; præopta, & bellicosa extitit, q̄ res ipsæ ab illis strenuè audacissimeque gestæ abundè testantur, toto enim orbi terrarum tunc temporis terrori dicuntur esse, vndè à Græcis Sauro-matæ imprimis appellati sunt, deducto nomine à σαύρα. q̄ est Vipera, & ὄμμα oculus, quasi dicas gens terribilis cum Viperinis oculis. Ab hoc itaque tempore hæc gens regioneq; eorum, quas incolunt, Sauro-maticè nomen retinent. Hi postea tempore succedente, & in dies magis ac magis numero populi accrescente, videntes illas sedes patrias propter se progeniemque paulò arctiores esse, à Tanais fluuii ostijs & paludibus Mæotidis meridiem versus vltèrius processerunt, per regioneq; propinquas, Daciam, Russiam, Lituaniã, Borussia, quæ nunc Prussia dicitur, Liuoniamq; longè & latè diffusi sunt. Quorum maior pars in has Prouincias campestris, quæ hodie à Polonis coluntur, commigrauit, fluuijque Vistulæ (quæ antiquis Vandalus dicebatur) vtraque ripas occupauerunt, & statim cū antiqua gente reu-tonum quæ etiam ad Vistulam fluuium in tuguriolis antiquitus degebat, societatem atque amicitiam velut aduenæ contraxerunt, propter communem prædā & rapinas, cū adhuc minimè assueti essent sudore proprio vel agricultura artificijsq; victum acquirere. Manu itaque coniuncta frequentes irruptiones in Prussia, Saxoniam, & Pomeraniam exercebant, prouinciasque maritimas assiduis excursionibus diuexabant, & mare Balticum siue Germanicum propter res sibi necessarias acquirēdas Pyrararum more remigijs tentabant. Quādo verò & qua occasione hæc migratio Sauro-matarum à fontibus ostijsq; Tanais fluuii & paludibus Mæotidis in has regiones

Nohæ filijs  
singulis sin-  
gula mu-  
nia obcum-  
da deman-  
dat.

Ora, labo-  
ra, rege  
protege.

Iapheti po-  
steritas.

Gomeri I-  
apheti filius

Tuiscones  
Gomeri fi-  
lius.  
Berosi testi-  
monium.

Crantij  
opinio.

Plinij de  
Sarmatis  
assertio.

Sauro-ma-  
ta. Vnde de-  
cti.

Sarmata-  
rū prima  
commigra-  
tio.

Sarmata  
ad Vistulā  
fluuiū ve-  
nerunt &  
cum Teu-  
tonibus a-  
micitiā  
contraxe-  
runt.

SARMATORVM

Sauromata olim litterarum ignari bellis armisque assidue studentes.

Sabellici & Herodotus de Sarmatis opinio.

Causa aduentus in hac loca Sarmatarum.

Sarmatarum cum Teutonibus à Vistula flumine à qua Vandalitas dicta sunt in Pannoniam commigratio.

Vandalitas in Italianam Hispaniamque crepuit.

Vandalitas in Africa. Vandalitas Romanam cepit.

Vandalitas ex Africa missa.

Vandalitas Ducatus.

Mare Venedicum.

contigerit, quoniam nulla gentis ab eo tempore monumēta extant, ex quibus id cōstare possit, ignotum est. Si enim litterarum cultura æquè ac res militaris apud Sauromatas tunc temporis floruisset, certiora de suo in hac loca aduentu alijsq; rebus præclare gestis monumenta reliquissent, sed ipsi animosè viriliterque agere, & bella exercere, quam eleganter & ornate scribere maluerunt. Sabellicus tamen & Herodotus scribunt Sauromatas & Cymbros à Lydorum rege Aliate ex Asia eiectos esse. Quidam etiam opinantur eos vi à Gotis expulsos sedibus patrijs emigrasse, q̄ verisimile nō videtur, sed potius suapte, spontè ac voluntate, siue fato quodam impulsos, siue opum alienarum cupiditate accēfos, cultiora loca appetisse eos existimauerim. Neque verò soli Sauromatæ, sed & aliæ quædam gentes ipsis cōterminæ sedibus patrijs relictis, in alias terras cultiores migrātes transierūt, inter hos Cimmerici siue Cymbri, Gote, Daci, Sueui siue Tuiscones, & Sacæ qui nunc Saxones dicuntur. Hi etiā in hac vsque tempora sarmatis sunt contermini. Neque verò vniuersam gentem illinc sese simul effudisse constat, sed remansisse nōnullos, qui relicta ab alijs loca colerent, q̄ moderni incolæ istius oræ, iuxta Tanaim fluum degētes apertè testantur, vtpotè Tartari Campestres, qui longo tractu iuxta Tanaim fluum & paludes Meotidis, Pontumq; Euxinum viuunt. Hi enim à veteribus Sarmatis moribus & institutis haud dissimiles sunt: sed ad rem redeo. Illi Sauromatæ qui ad Vistulam fluum confederant, cum Teutonibus cōmilitonibus suis omnes prouincias circumiacentes & colonias suas frequentibus diuexationibus depopulatas ad nihilum redegerunt, & victum amplius acquirere non potuerunt, agros enim non colebant, sed paratis & raptis viuebant. Ideò sterilitate soli per ignauiam suam causata, adiunctis sibi in societatem vicinis Teutonibus vterius (inquirentes fertiliores prouincias) processerunt, quorum multitudo trecenta milia virorum excessisse fertur, & à fluuio Vandalo, nūc Vistula dicto, quem accolebant Vandalia (Sarmatorum nomine abolito) appellati sunt. Primò itaque hi vandalitæ populabundi in Pannoniam excurrerunt Constantini magni tēporibus, eamq; 40. annis (expulsis primis eius incolis) occupatā tenuerunt. Deinde Hungaricis Historiographis testantibus à Gotis illinc eiecti expulsique sunt. Polonorum verò annales testantur Vandalitas ex Pannoniæ finibus eductos per Stillicum Ducem suum in Italianam quam armis vndiquaque crudeliter peruastarunt. Postea in Hispaniam cum eodem Duce suo Stillico cōmigrarunt, ex Hispanijs verò per mare Herculeum nauigantes in Africam deueniunt, vbi annos ducentos in pace & abundantia omnium rerum peregerunt, Romanumque imperium nauali & terrestri bello varijs excursionibus debilitarūt, ac ipsam Romanam sub Sixto Papa, vt quidam volunt, Anno Christi 429. crudeliter vastauerunt. Tandem Anno Domini 538. Iustinianus Imperator per Ducem celeberrimum exercitus sui Belisarium, virum insignem & rebus gestis clarū, eos cruento prælio profligauit, ex Africaque funditus exterminauit, Rexque eorum Gilimerus captiuus Constantinopolim abductus est. Aiuntque nonnulli hoc prælio Belisarij, Vandalitas ad interuersionem vsque gentis cæfos deletosque fuisse, sed id à vero esse alienum non vno argumento liquet. Etsi enim vires eorum adeò fracte attriteque essent, vt robur vetus & potentiam pristinam recuperare possent nunq̄ potuerint, reliquæ tamen eorum ita fuga dispersæ sunt, vt quidam in Poloniam ad Vistulæ fluum natale videlicet solum vnde ortum duxerant regressi, nonnulli in Græciam & Pannoniam, Germaniamq; nouis quærendis sedibus dilapsi sint. Horum reliquæ ultra Albi fluum in septentrionem sparsim habitantes Slauonico Idiomate maiori ex parte vtuntur, & Ducatus quem incolunt confinis Prusiæ Vandalia nuncupatur, cuius Dux, Prusiæ Polonorum feudalis titulū sibi vsurpat. Porrò omnes Germani denominatione à Vandalis sumpta omnes Sarmatas Slauonica lingua vtētes, Vuēden, siue Vuinden, & vindis promiscuè appellant, mareq; q̄ Sarmatiā alluit venedicū vocant. Cætera horum Vandalitorum gesta breuitati consulens omitto, nihil etenim de eis scribitur, solummodo barbara atrocitas & immanitas, qua crudeliter in omnes sæuebant, adhucq; hodie in Litanijs Catholicæ Ecclesiæ Romanæ canitur, à Vādalibus libera

libera

libera nos Domine, &c. Post hos Vandalitas ex iisdem Sauromatiæ sedibus, alia à fluuio Tanai & paludibus Meotidis gens crudelis priori non dissimilis ortum duxit, qui Roxolani siue Roffani, & Rutheni Russiq; cognominati sunt, Procopio Historiographo id attestante. Volgari quoq; siue Volhiniy populi ex iisdem sedibus à Volga fluuio amplissimo cognominati, moribus & Idiomate Slauonico cum Roxolanis concordantes ortum duxerunt. Volga autem fluuius celeberrimus (quem plurimi Tanaim esse falsa opinione ducti existimabant) Ptolemæo Rha, Tartaris Edel dicitur, Moschouitaq; certis limitibus cum Tartaris Campestribus disternat. Illi itaq; Roxolani siue Russi cum Volgaris ob similitudinem & vnitatem consuetudinis vitæ amicitiam, & societatem contraxerunt, coniunctisque viribus in Tauricæ Regionem (quæ nunc à tartaris Præcopensibus occupata est) penetrarunt, inibi que locum domicilio sibi delegerunt: quamdiu illic degerint, vel quo tempore aduenerint, incertum est, nullus enim inter eos inuentus erat, qui temporum rerumque à se gestarum vices litteris mandando posterorum memoriæ factorumque æternitati cõsuleret. Audientes tandem discordiam pullulare inter principes Christianorum in Græcia, quidam eorum cum Duce suo Chrunno Danubio traiecto, rectà in Thraciã populabundi perrexerunt, vbi Imperatorem Constantinopolitanum cum exercitu cruento prælio fuderunt, Nicephorum quoq; & michaëlem Curoplatum Imperatores ad Adrianopolim occiderunt. Tandem missia vtraque occupata eam Vvolgariã à sui denominatione que nunc Bulgaria dicitur vocauerunt. Alij eorum Russiã Regionem occupauerunt, quã Vvoliniam (quæ hucusque hoc cognomē retinet) appellauerunt. Cæteri quoque Podoliam, Lithvvaniam, Podlasiã, Masouiamque regiones occupauerunt. Hij omnes loca semel occupata hæc vsque in tempora non mutarunt, exceptis illis qui in Missia confederant. Varijs autem nominibus ab Historiographis appellabatur. Græci enim eos Sporios, id est, dispersos, Sauromataq; id est, crudeles, sumpta à Viperis similitudine appellabatur, cæteri eos Roxolanos, Besos, Guados, Bodinos, à fluuio Borysthene, Bolgaros à Volga, Morauos à moraua flumine, vel à Morato Rege, Antos, Basnos, Carnios, Serbos, Rascios, à Russia, Dalmatas, Slauos, Illyricos, Istrios ab Istro siue Danubio, Bohemos à regione Boëmia, Polonos, à Cæpstri plana q; regione, vel à venatione. Pole enim, venationem & planiciem Slauis significat, hæc q; gens planã terè apertamque regionem incolit, & apprimè venandi studio tenetur. Hæc gentes Sarmatiæ vt in plures diuersasque prouincias diuiduntur, varijsque nominibus appellantur, sic etiam diuersa variaque idiomata præ se ferunt, secundum terrarum & regionum distantias, quamuis omnes vnus gentis & idiomatis Slauonicæ fuerint: nam Moschouita à Ruthenis aliquantulum, Rutheni quoq; à Polonis & Masouitis, sic etiam Bohemi, Croatæ, ab inuicem idiomatis expressione, accentibus & prolatione, verborumque immutatione differunt, ita vt sese intelligere difficile possint, nisi mutuo familiaritatis vsu alter alterius linguæ affuetus fuerit. Nam quia Sarmatæ siue Slauones, bellicosi pugnacesque extiterunt, pacem odio prosequentes, varias mundi partes peragrabant, & pro suo arbitrio occupabant, peregrinorum quoque vocabulorum vsu idioma Slauonicum immutarunt. Apparet autem ex antiquorum Historiographorum scriptis, gentem Slauinorū vel Slauorum in Paphlagonia regione Asiæ minoris, tēpore belli Troianorum floruisse. Procopius etiam Cæsariensis ante mille & quinquaginta annos de bello gotico, Iustiniani Imperatoris temporibus scribens, mentionem quoque Slauinorum facit. Blondus verò, qui ante centum decemque annos Historiam ab inclinatione Romani Imperij cõscripsit antiquiora Arcadij, & Honorij tempora persequens Slauorum meminit. Iornandes autem Alanus in suis Chronicis dicit, id nomen Slauorum suo tempore nouum extitisse, idioma autem hoc, quo nūc Slauones vtuntur, antiquum fuisse. Scribitque hic Iornandes & Diuus Gregorius primus huius nominis Romanus Pontifex, Slauos ad Istrum seu Danubiū septentrionem versus habitasse, traiectoq; Danubio Myssiam vtramq;, Pannoniam, Macedoniam, Thraciã, Istriam, diuexasse, inter Drauumque & Sauum flumina, in Illyrico & Dalmatia confedisse, eis

Roxolani  
siue Ruteni  
gens Sarmatica  
secunda.

Volgari.

Volga fluminis.

Roxolani  
in Taurica.

Volgari  
Sauromata  
cum Roxolanis  
tres Constanti-  
nopolitanos  
Imperatores  
occiderunt.

Bulgaria.

Vvolinia.

Gentes  
Russia.

Sarmatarum  
Roxolanorum  
q; variæ  
appellationes.

Poloni  
Sua de dicti.

Varseras  
sermonis  
Slauorum

Causa  
immutatio-  
nis  
Slauorum  
Idiomatis.

Antiquitas  
Slauorum.

Historiographorum  
opinionem  
de Slauis.

Diui Gregorii  
de Slauis  
assertio.

SARMATARVM

Regionibus Slauoniæ nomen indidisse, Romanumq; Imperium penitus debilitasse. Idem Slaui ne Germaniæ quidem pepercerunt, ac ad eam amplitudinem peruenerunt, vt propè dimidiam Europæ & Asiæ partem teneant, etenim in ea natione cõnumerantur non solum ij qui Dalmatiam, Illyricum, Carpatum, & Hungariæ mōtana tenent, sed aliæ omnes orientales & septentrionales maximæ & fortissimæ gentes, quæcunq; Slauonico idioma vtuntur, vt potè Bulgari, Bosnæ, Serbij, Croatæ, Carnij, Rascianij, Dalmatæ, Istrij, (Burgundi iam Slauorum linguam amiserunt) Stirij, Poloni, Masouitæ, Pomerani, Lufatij, Podolij, Volinij, Rutheni, Moldaui, Moschouitæ latissimè imperantes, Cassubij, Vandalij, Silesij, Morauj, Bohæmi, &c. In omnibusque his Prouincijs ab Oceano glaciali, qui vltra Moschorum Principis ditiones longissimo tractu septentrionem versus extenditur, ad mare vsque Mediterraneum, & Adriaticum populi Idiomatici Slauonici reperiuntur. Sic quoque à Ponto Euxino Moldaui, Valachijque & cæteræ Ruthenorum gentes ad mare vsq; Germanicum colonias suas habent. Quamuis plurimi eorum patrium viuendi modum in peregrinos mores commutârint. Bulgari enim, Bosnæ, Rascij, Dalmatæ, cum Turcis & Hungaris: Burgundij, Mysij, Pomerani, & Silesij cum Germanis: Lituani, Ruteni, Masouitæ cū Polonis: Istrij, Carniolani, Carinthij cum Italis sentiunt. Attamē omnes hi quamuis inter peregrinas gentes diffusi dispersique sunt, patrio idioma Slauonico (diuerso modo licet) vtuntur. Plurima & præclara gesta hi Sauromatæ exercebant, præcipuè verò cum Roxolani (quorum posteri nunc Rutheni siue Russi dicuntur) strenuè cum Mithridate Rege Partorum & Ponti belligeraret, qui has regiones, quas hodie Turca, possidebat. Cum Romanis quoq; & cæteris finitimis Regibus longas acies vario Marte tenuerunt, sed quia gentiliter viuebant literasq; ignorabant, idè etiam præterita recordare, & antiqua gesta ad posteritatem transmittere flocci pendebant. Porro qui diligentius rem ipsam considerare velit, nullam gētem olim Sarmatis bellicosiorē extitisse videbit: hi enim omnes misérias bellicas, frigora, intempestates, & id genus alios casus facillè sustinebant, & propter nomen æternum nulla vetustate aboliturum vitam flocci pendentes. mortis impauidi varijs periculis opponebant, de quorum insigni fortitudine audaciq; animo Ouidius ille Naso, è Roma ad Pontum in Regnum Tauricæ relegatus, pro singulari miraculo, Romanis proceribus scripsit in hac verba: Lib. 1. de Ponto Elegia 2 ad Maximum.

Gentes Slauonicae quanta quos.

Slauorum terminis.

Slauorum commutatio, metamorphosique.

Roxolani cum Mithridate Rege Ponti bellabantur.

Sarmatis nulla olim gens bellicosior.

Hostibus in medijs interq; pericula versor,  
Tanquam cum patria pax sit adempta mihi,  
Qui mortis seuo gement, vt vulnere causas,  
Omnia vipereo spicula felle linunt.  
Hic eques instructus perterrita mania lustrat,  
More lupi clausas circumeuntis oues.  
Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis,  
Portaq; vix firma sum mouet arma sera.

Ad eundem Elegia tertia.

Aut quid Sauromatæ faciant, quid Iasiges acres,  
Cultaq; Orestæ Taurica terra Dea.  
Quaq; aliæ gentes vbi frigore constitit Ister,  
Dura meant celeri terga per amnis equo.  
Maxima pars hominū nec te pulcherrima curat,  
Roma, nec Ausonij militis arma timet.

Dant illis animos arcus pleneq; pharetra,  
Quamq; libet longis cursibus aptus equus.  
Quodq; sitim didicere diu tolerare famemq;  
Quodq; sequens nullas hostis habebit aquas.

Idem ad Vestalem Ele. 7. lib. 4.

Ipsè vides onerata ferox vt ducat Iasis  
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.  
Aspicias & mitti sub adunco toxica ferro,  
Ac telum causas mortis habere duas.

Ad Seuerum Elegia decimanona.

Nulla Getis toto gens est truculentior orbe  
Tinctaq; mortifera tella sagitta madet.

Ex hoc igitur testimonio Ouidij Sarmatas bellicosos, Imperioq; Romano minime subactos esse apparet, cum dicit: Nec te pulcherrima curat Roma. &c.

Porro quæ de antiquissimis eius gentis moribus, & institutis proferri possint, hæc ferè sunt. Vtebantur primis temporibus vetustissimi illi Sarmatæ siue Slauones, & qui

in Polonia Russiaque Regionibus postea sedes habuerunt, eorum posterī, prisca illa Slauonica lingua quę Sarmatis Ruthenisq; genuina est. Regē aut Principem secundū genus agnoscebant neminem, sed exortis subinde bellis ex suis fortissimum quemq; & factis illustribus spectatum Ducem, sibi eligebant, nec diuturnius cuiusquam erat Imperium, quā ipsum bellum, cuius gerendi Dux esset declaratus. Vnde & nūc Polonis Rex non nascitur, sed cōsensu Senatorum, qui dignus videretur, per sortem eligitur. Ad bella singuli viritim proficiscebantur, arcubusq; frameis, & lācis oblongioribus vtebantur. Vxores secum ducebant, quę incantationum magicarumque artium gnarę, augurijs & vaticinijs operam nauabant, de pręliorumq; euentibus scienter pręfagiebant. Fugere in bello res insolens illis erat, quiq; id fecisset, ei nullus ad suos reditus patebat, neque grauiorem vllam turpitudinem aut ignominiam nouerant. Summa apud eos dignitas erat post electos belli Duces equitum, quos ab ornamentis auratos vocamus, ad quam nemini aditus patebat, nisi qui virtute bellica factisq; in hostem patratīs id assequeretur. Martem, Lunam, Solem, aliosq; vanę religionis Deos adorabant, eosq; diuersis & certis locis colere, & sacra ipsis facere solebant: de animarum tamen immortalitate rectē sentiebant. Sepulturę eorum erant in syluis & agris, tumulosq; aggestis lapidibus vestientes eminenter muniebant, quod genus in Russię regionibus passim adhuc visuntur. Nonnulli quoque more Romano cadauera cremare, cineresq; collectos in urnas recondere solebant, in victu paucis cōtenti erant. Permutatione rerum necessāria vtrinque comparabant. Nihil proprium absque arcu, framea, & lancea possidebant. Vestibus vilibus, ex corijs ferarum, pellibusq; vtebantur, ad talos demissis, thesauros, possessiones, prędia, vestesq; pretiosas non comparabant. Causas omnes & controuersias publico in loco Marte iudice armis dirimebant. Hęc planē sunt, quę de antiquissimis Sarmaticę Slauonicęq; linguę, institutis & moribus extant, quorū potissima pars in hunc vsque diem apud posteros eorum quibusdam in locis viget. Nunc de Polonis, vndē venerint & quando his in regionibus Sarmatię confederint, dicendum nobis occurrit.

Antiquorum Slauorum sua Sarmatarum mores.

Rex in Polonia non nascitur.

Expeditio in bellum antiquorū Sarmatarum.

Fuga in bello Sarmatarum turpissima.

Equitū militumq; apud Sarmatas antiquos dignitas.

Idola Sarmatarum.

Sepultura Sarmatarū Vicus.

Comercia Possessiones Sarmatarū arma Vestitus Iudicia.

*Subiunximus hic, Lector candide, vitas ac successiones singulorum Principum, Regumq; Polonia, Carmine Elegiaco olim à Clemente Ianitio descriptas, ad prose orationis amplificationem, decorem, & elegantiam plurimum conducentes, quas à mendis Typographorum summa cum diligentia expurgari curauimus.*

# COMPENDIUM CHRONI- CORVM POLONIAE SECVNDVM SE- RIEM ET SVCCESIONES OMNIVM PRINCIPVM

*Regumq; gentis, à Lecho primo Duce Authoreq; Polonorum, vsque ad modernum  
Regem Henricum Valesium ordine seruato.*

LECHVS PRIMVS DVX ET AVTHOR POLONORVM.



*Quæ modo Sarmatia est, quondam deserta fuerit  
Inuia, post magnas Deucalionis aquas.  
Primus in hæc Lechus populum deduxit agrestem,  
De patria pulsus seditione domo:  
Dalmata vir, Pharijs claro patre natus in agris,  
Quos rapidus curuis Crupa pererrat aquis.*

*Colle super pulchro properat æmœnia Gnezne  
Struxit, & à nidis nomen habere dedit.  
Omne permotus: multas ibi namq; videbat  
Per vicinum aquilas nidificasse nemus.  
Exule patre sumus, sed plurima Regna per Orbem  
Principia exilibus dant sua, Roma notho.*

*Lechus &  
Cechus fra-  
tres ger-  
mani.*



X hac gente bellicosa Slaunonica, siue Sarmatica, cuius deductionem copiose descripsimus, duo Illustres magnanimiq; Principes ortum duxerunt, quorum vnus Cechus, alter Lechus appellatur, fratres germani hi exanlatis superatisq; multis & difficilimis laboribus, miserisq; bellicis temporibus illis turbulentis, in Illyrico & Dalmatia, domesticæ seditionis (quæ ex pace compositis bellis oriebatur) pertæsi, vegetiora nobilioraq; nacti ingenia

gentia, viuendi aliam rationem elegerunt, cum exercitibusque suis à castris suæ tribus Slauonicæ, ciuili bello diffidente, ex Croatia Illyrici regione sese subduxerunt. Occidentem versus in Germaniæ ditones contendentes, Regiones sitas inter fluuios celeberrimos Albim & Vesperam occupauerunt, ciuitatemque cum arce munitam in ripa Vesperæ condiderunt, cui nomen Bremiæ indiderunt, vt significarent se in ea onus miseriæ deposuisse. Bremiæ enim Slauis, onus sonat, & hucusque hæc ciuitas Bremen à Germanis appellatur, illiq; multa & præclara bella cum Germanis de sedibus decertantes gefferunt, multaque ciuitates & arces terrore eorum percussæ, libenter se illis dediderunt. Atque ita Cechus ad Danubiū & Albim fluuios in Boëmia antiqua Germanorum Colonia, quæ nunc Boëmia dicitur, primum domicilium habuit, incolis regionis prioribus partim expulsis, partim inter suos connumeratis. Deinde Austriam, Lussatiam, Morauiam, Misnam ditioni suæ subegit. Lechus verò frater suus magnanimus Heros vterius cum suo exercitu, anno quo Diuina potestas humana in specie ad salutem nostram coelitus sese demisit 550. processit, inuestigandi eligendiq; pro sui arbitrio causa sedes cultiores, primoque ab occidente in septentrionem plagam se conferens, hos in campos, vbi nunc Polonia, peruenit, ad Vistulamque fluuium, vnde Vandali Sarmatica gens surrexerat, consedit: ibique cum suis requieuit. Deinde à Vistula ad Oderam vsque fluuium orientem & septentrionem versus, omnes has prouincias, vbi nunc est Syleisia, Marchionatus Brædeburgensis, Prussia, Mekelburga, Pomerania, Holfatia, Saxoniaq; armis imperio suo subegit, quibusdam incolis earū partim cæsis, partim expulsis, cæteris verò in gratiam susceptis. Cum igitur imperiū suum strenuo Marte sic dilataret, Regulus quidam Germanorum Lechum ad duellum euocauit, vt secum de Imperio ferro decertaret, cui id fortuna obtulerit. In primoque congressu Lechus Germanum trucidauit, Regnumque illius cum omnibus maritimis regionibus, quæ nunc Pomeraniæ nomen retinent. Marte concedente occupauit. Pacato itaque Imperio suo, deserta Poloniæ peragrans, loca munitiora ciuitatibus arcibusque erigendis idonea circumlustrabat, forteque reperit locum inter lacus paludesque lutosas natura & oportunitate loci munitum, vbi primam omnium Poloniæ ciuitatem & arcem fundauit, quam Gneznam à nidificantium multitudinem Aquilarum appellauit. Nidus enim auium Slauis *gniazdo* dicitur. Ariolorumque & Aruspicum consilio Aquilam albam cum expansis ad volandum alis pro insigni Stemmataque patrio sibi elegit, qua in vexillis cæterisq; signis bellicis utebatur, & ab hoc tempore hoc celebre Stemma à regibus Poloniæ gestatur. Itaque à Lecho primo Duce authoreque Polonorum Poloni, à Ruthenis cæterisq; Slauis Lechitæ, Bohemi verò à Czecho, Czechi appellantur. Hoc verò nomen quo Poloni vocantur, à Regionis planicie campisq; quos incolunt apertis retinent. Campus enim vt diximus pole significat. Multis itaq; præclaris gestis exactis, rebusque in Polonia omnibus rectè constitutis, extremum diem feliciter clausit.

Post mortem Lechij nihil certi de legitimis hæredibus successoribusq; eius reperitur, magnaq; hac de re Historiographorum Polonorum lis est, sed hic testamento moriens legauerat, vt aliquem dignum virum ex sua gente de patria & rebus bellicis benè meritum, summæ rerum præficerent, cui in omnibus obtemperarent.

**V**ISIMIRVS exnepotibus Lechij, Princeps Polonorum cum ad Danorum fines vsque imperium suum extenderat, & ob viciniam à rege eorum Syuardo varijs excursionibus infestaretur, vnde cunq; potuit auxilia coëgit, nauesq; adornaui, & armato milite compleuit, ex quibus vnam ingentem fabricasse dicitur, cuius solo aspectu Dani perterriti fuere. Nauali itaque prælio fortuna auspicante, Syuardum Regem cum ingenti classe Danorum occurrentem strenuè fudit fugauitq; & ad interiora terræ hostes persequens has insulas in Dania, Rugiam, Hemeriam, Feondiam, Salendiamq; occupauit, plurimasq; ciuitates & castra in eis Polonorum præsidijs munita extruxit, vbi ad hæc vsque tempora hæ omnes ciuitates nomina à Polonis Slauonico

Lechus est  
Cecho fra-  
tre in Ger-  
mania di-  
tionibus  
Bremen  
adificans.

Cechus in  
Boëmia cõ-  
sedit.

Lechus pri-  
mus Polo-  
norū Dux  
& auctor.  
Quis de  
reporē ad-  
uentus co-  
rum dubi-  
tant.

Imperij Le-  
chij prome-  
tio.

Lechus Re-  
gulum Ger-  
manis  
duello vi-  
cit

Gnezna  
prima Po-  
lonia ciui-  
tas.

Insigne Po-  
lonorū Re-  
gum Aquila  
alba  
Poloni vna  
de diti.

Poloni Da-  
nos nauale  
prælio su-  
perant, in-  
sulasq; co-  
rum occupa-  
uerunt.

*Ciuitates  
à Polonis  
fundatae.*

idiomate indita retinent, vt pote Vuisimer, à Vuisimiro, Lubeca vrbs opulentissima & populosa, Danczik siue Gedanum ciuitas celeberrima ad mare Germanicum à Polonis contra Danorum excursions arcendas imprimis condita. Prædictum itaque Danorum Regem filio eius in obsidem sumpto, Vuisimirus veftigalem sibi efficiens, & rebus in Dania rectè dispositis, multimodis spolijs onustus classem in Poloniam re duxit. Hocque primo naturali prælio Poloni quasi quodã tyrocinio instructi cum ini micis nauali prælio bella gerere animosiores effecti sunt. Tandem aliquot annis exa ctis, Syuardus Polonorum iugum ægrè ferens, conspiratione cum Holsatis, Svvetijs, Daniisq; aduersus Polonos facta, exercitum numerosum contra eos eduxit, sed secun do maiori clade cum tota suorum manu in Scania à Polonis prostratus est. Ipse verò pernici fuga elapsus mærore & dolore ob amissum exercitum deploratumque rerum suarum casum confamprus, spiritum exhalauit. Vuisimirus verò magnam Daniae par tem imperio suo subegit. Postea multis præclaris gestis editis, finibusque Imperij Po lonici prolatis absque posteritate decessit.

*Dani iterũ  
à Polonis  
prostrantur.*

*Syuardus  
moritur.*

DVODECIM PALATINI.



M itaque tota domus Lechij decessit, Poloni libertatẽ strenuè asseren tes, neminemq; extraneorum Principum sibi imperare patientes, duode cim Palatinos (vt dicitur) viros præcipuos ex sua gente solenni conuentu Gnesnæ celebrato, ad Rempublicam gubernandam subornant, quam vi ginti annis administrabant. Sed multis & diuersis imperatibus discordia & ambitionis impulsu, bellis ciuilibus cladibusq; mutuis & intestinis sese afficiebant. Finitimæ verò gentes præcipuè Germani discordia Polonorum considerata rebellare cæperunt, iugoque excusso suas prouincias ab eis occupatas recuperauerunt. Hoc de trimentum & diminutionem imperij sui Poloni ex pluralitate gubernatorũ animad uertentes Comitijs generalibus celebratis, ad Cracum quendam siue Crõcum virum tunc temporis insignem de genere Cechij oriundum, scepra deferunt.

*Multorum  
imperium  
dãnosum.*

CRACVS PRINCEPS POLONORVM.



*Eluctata*

**E**Luata iugo multorum patria, CRACVM  
 Praefecit rebus lata lubensq; suis  
 Finibus hic populus Gallos, qui nostra ruebant  
 In rura, exusta post mala Pannonia.  
 Inuitus regni tenuit quoque Sceptra Bohemi,  
 Et cecit geminum, carus vtrig; solum.

Tunc habitasse Draco fertur sub rupe Vaneli,  
 Dirus vicini depopulator agri.  
 Sulphure farcit oue CRACVS, monstro obijcit: illo  
 Interijt ingens bellua victa cibo.  
 Conditur a CRACO CRACOVIA: fabula Grachi  
 Friuola Romani iam mihi, queso, tace.



Racus nepos Cechij Boemorum Principis, ad Imperij Polonici fasces co-  
 munibus omnium suffragijs euectus, finitimas gentes iam Polonis rebel-  
 lantes, iugumque excutientes coercuit, finesque Regni ab omni insultu  
 hostium tutauit. Gallorum copias prostravit, quae Hungaria deuastata in  
 Poloniam excurrerant. Tandem pacato armis imperio, deserta loca soli-  
 tudinesq; agricolis adornauit, ciuitatem celebrem cum arce in scopulo Vanel dicto  
 ad Vistulam fluiuium condidit, quam a suo nomine Cracouiam appellauit. In hoc au-  
 tem scopulo Draco ingens tunc temporis delitescerebat, qui sordido suo anhelitu cum  
 esuriret, de antro prorepens multos velut peste quadam inficiebat, per ciuitatemque  
 & lo cacircumiacentia grassando, omnia obuia deuorabat. Quam ob causam incolae ci-  
 uitatis ordine tria iumenta per diem ei ad antrum offerre cogebantur. Cracus igitur  
 Princeps suorum deploratum statum videns, cum iam omnibus iumentis expilaren-  
 tur, pellem vituli excoriati, sulphure, nitro, pice infarcire iussit. Quod ubi hora consue-  
 ta ad antrum Draconis opponeretur, bestia prorepens, famelica, iumentum putans,  
 venaculum illud deglutijt. Cumq; in eo illa materia igne sulphureo accedente accen-  
 sa esset, de antro sese proripiens in Vistula aquam tamdiu sorbebat, quoultque medio  
 creparetur. Cracus tandem Princeps rebus imperij recte dispositis, Cracoque & Le-  
 cho filijs, filiaque Vanda relictis e vita sublatus est.

Cracouia  
 Poloniae me-  
 tropolis a  
 Craco sua  
 datur.

Draco in  
 Cracouia.

Draco a se  
 sificiosè  
 peremptus.



**V**istis Craco gentili ritu persolutis Poloni conuentu celebrato, Cracum  
 secundum, natu maiorem Craci filium, in solium paternum substituunt,  
 sed Lechus frater iunior ambitione tumens, inuidensque illi imperium,  
 inter venandum eum occidit, dixitque falso lachrymas addens, eum equi  
 lapsu, dum remere persequitur feram, dilaniatum, strangulatūque esse  
 atq; hac arte callidus imperium affecutus est: sed paulo post dolo in lucem prodeunte  
 Regno pulsus, fugatusque est.

Lechus fra-  
 trem Cra-  
 cum crucis  
 dat.

**C**onubij obcrebrans Virgo formosa repulsam  
 Tentonici bello VANDA petita Ducis.  
 Hosti concreditur: vincit. Magno ille pudore  
 Incumbit gladio, se peremitq; suo.  
 At victrix: mea virginitas sit victima vobis  
 O superi, per quos est mihi sospes, ait.  
 Rotogari effugi thalamos: sic fata, sub alti  
 Se fluuij rapidas precipitavit aquas:  
 Bactra Semiramidem, Tomyrin Scytaq; ornet, utriq;  
 Quam meus anteferat laude POLONVS: habet.  
 Aquentur Regnis, aquentur Marte, licebit,  
 Aequari VANDAE quæ, rogo, morte potest?



Anno à nato Christo 730. Vanda  
 filia Craci in ordine Ducum Poloniae  
 quarta, vnica legitimâq; hæres Regni,  
 omnium acclamatione ad Imperij fa-  
 ctes euehitur. Hæc summa prudentia,

& rara fortitudine Rempublicam (virginalem cœ-  
 libemque vitam ducens) strenuè gubernabat, non aliter atque illa Pentefilea, Ortigiâ-  
 que. Erat autem formosa & pulcherrima nimis, vt pulchritudine sua plurimos Prin-  
 cipes ad se alliceret, & veluti hamo pisces caperet, vnde Vanda vel Venda quæ dictio  
 Slauis Hamum quo pisces capiuntur sonat, appellata est. Ritagoras igitur Princeps  
 Germanorum virtute illius, prudentia, atque pulchritudine commotus, Procos ad il-  
 lam destinauit, sollicitans vt sibi nuberet, illa verò obstinatè connubium repugnando

Vanda Ri-  
 tagoram  
 Germano-  
 rum Prin-  
 cipem fudit.

Procos vacuos sæpius dimisit. Quapropter Ritagoras putans se ab ea contemptum,  
 Poloniae bellū indixit, terrorèq; & vi ad coniugiū eā cogi sperabat. Illa è contra impa-  
 uida celeriter vndeunque auxilijs coactis, cum in conflictu bis capitali & cruenta cla-  
 de fudit: ipse autem pernici fuga elapsus, præ pudore quod virginis manu fusus fu-  
 gatúsque fuerit, nolens testem sui dedecoris Solem amplius esse, gladio proprio sese  
 interemit. Vanda verò memorabili victoria Polonis relicta, prout Dijs virginitatem  
 deuouerat, volens voti compos esse de Ponte in Vistulam sese præcipitavit, hæcque a-  
 quis obruta interiit. Cadauer illius repertum est in ostijs Dlubnæ vbi Vistulâ influit,  
 atque in scopulo vno miliari à Cracouia in Mogila gentili ritu sepulta est.

Vanda in  
 Vistulâ de  
 Ponte tri-  
 phans de-  
 sinit.

Demum post Vandam nullo successore legitimo existente, iterum duodecim Pala-  
 tinos, vt vnusquisque Prouinciæ suæ præffet, Poloni elegerunt, vnde magnum detri-  
 mentum diminutiõq; Regni, velut & prius subsecuta sunt. Quæ enim in inimicos ar-  
 ma essent conuertenda, in se conuertebant: ambitionèque flagrantes, mutuis cladi-  
 bus inter se dissidebant, qua de causa Marcomanni, Hunni, & Germani, Poloniam vn-  
 dique angustabant.

Duodecim  
 Palatini  
 itarum.

PREMISLAVS SIVE LESKO PRIMVS.

**R**estituit patria magna virtute ruinam  
 LESKO sua, miris vsus in hoste dolis.  
 Sub nemore hostis erat: Lesko sub nocte silenti  
 Appendi galeas per nemus omne iubet.  
 Sol oritur, galeas accendit: id obuius hostis  
 In nemus, instructi Militis arma putans.

Nil reperit: species quia Lesko remouerat illas  
 Sic nostros Morauis terga dedisse putat  
 Castra mero celebrat, belli securus: in antris.  
 Lesko venit tenebris: Castra sopita capit.  
 Aeternumq; hosti dat somnum: longè Polonis  
 Otia: finit in is fœdera, iura, metum.

Anno

**A**Nno virginiei partus 750. ex his bifenis Palatinis intestina bella mutuò mouētibus, vnus Premisslaus Lesko, non sua, sed patriæ cōmoda quærebat. Cumq; Morauī Poloniam vastarent, ille pro tempore coactō instructōque exercitu, hostes iam spolijs & exuuijs onustos ad sua reuertētes, insecutus est: in quos ad mōtem, vt dicitur caluū, vbi nunc templum sanctæ Crucis conditum est, sub altis nemoribus castrametatos impetum fecit: statimq; se in abdita Syluarum cum suis subduxit. Hostes verò armis arreptis, in ca loca vbi Lesko eis se apparuerat venientes neminē inuenerunt, perterritūque exercitum Polonorū fugere credentes ad sua castra reuersi sunt. Cūmq; iam tutissimè omnia agerent Bacho indulgentes, Prēmislāus nacta occasione ex abditis Syluarum cum suo exercitū, in tempestiua nocte inopinatos, somnōq; oppressos Morauios, magna vi, à fronte, & à tergo inuasit: omnesq; ad vnum cruento prælio funditus trucidauit: & spolia captiuosq; recuperauit. Qua insigni victoria clarus, omnium suffragijs, spreta pluralitate gubernatorum, Regni habenis præficitur, multisq; egregie gestis editis, ruinisq; patriæ magna virtute restauratis, absque posteris è viuīs decessit.



*Premislāus Morauios prostrauit.*

LESCO SECVNDVS.

*Attulit huic Regnū variorū cursus equorum,  
Et præter morem, Sors oculata suum,  
Dignus erat Regno, quamuis patre natus agresti  
Rusticus, & modici iustus arator agri.  
Non bello quàm pace minor: mireris in illo  
Hoc, qui nulla vnquam nouerat arma, viro.  
Ante oculos voluit monumentum vile prioris  
Fortuna, sagulum, semper habere suos,  
Et tamen illius non legerat ille Poëta,  
Sarmatico dignum carmen in Orbe legi.  
Fortunam reuerenter habe, quicumq; repente  
Diues ab exili progrediēre loco.*



*Modus electioni certata equit.*

**A**Nno à Christo nobis cœlitus misso 780. Premislao Lescone absq; posteris decedente, de electione Monarchæ voces communes, & sententię Senatorū discrepabant: communique omnium consensu, post multas litigationes, hunc modum eligendi Principis constituerunt: columnam ante Cracouiam

statuerunt, desuperque Diadema & Sec-

ptrum Regale posuerūt, ac palam omnibus & singulis præconis proclamatione notū fecerunt, vt quicquid à flumine Pradnik dicto, equi sui celeriori cursu ad columnam subordinatam cæteros anteuertet, Monarcha designaretur. Quidam igitur iuuenis infimæ familiæ, sed astutus & callidus, re diligenter considerata, clauos ferreos in via qua currendum erat occultè infixit, terrâq; occultuit, præsignita sibi ad currendum via. Inter currendum autem equi omnium ferro subordinato saucij substiterūt, nemôq; ad columnam ex illa multitudine, solummodò ille peruenit: & sic Principatū dolo acquisito, potitus est. Sed occulta fraus illico innotuit. Paulo enim post duo iuuenes ex plebe ludentes Simbolo iacto, per illa loca cursu pedestri à fluuio Pradnik ad columnam prædictam decertabant, ambabusq; sautijs effectis vnus leuius claudicans primus columnam attingit, socius verò suus clauos in terra considerans brauium ei denegabat: causamque ad Senatum detulit: vbi patefacta est: peruersa astutia Lescij: qui dolo supradicto, ad Regni fasces euectus erat. Omnes igitur nobiles & magnates de iniuria coram senatu exostulantes. Lesconem solo deiectum tractu equorum membratim dilaniari, dilacerarique fecerunt. Ille verò qui ludendo pedester ad columnam venerat, Lesco secundus appellatus, communi omnium acclamatione Regno præponitur. Hic quamuis plebeius esset, attamen talem se præbuit, ac si Regali ortus esset profapia: idque totis diebus vitæ suæ diligenter obseruabat, quod ornamentis Regijs solenniter induturus, vestes quas olim ex vili lana gerebat, desuper indueret: pro monumento prioris vitæ id habens: vtque fortunam instabilem, quæ sursum eleuatos ad ima deijcit, eluderet. Quam consuetudinem multi Principes Polonorum solenniter obseruabant. Tandem Lesco plurimis Hæroicis gestis exactis, filioq; huius nominis tertio relicto, vitam cum morte commutauit.

LESCO TERTIVS.

*Q*uam fuerit belli cupidus, quæ Martis amicus  
 Iste, vel hoc signo discere quisq; potest:  
 Cum sub eo Patria pax arma quietæ teneret,  
 Bellandi fieret nullaq; causa domi:  
 Impatiens otij, Graecos contra, atq; Latinos,  
 Pannonibus toties auxiliaris erat.  
 Viginti genitor varia de matre nothorum:  
 Infamat quantum tanta libido virum?  
 Sapè, licet magna, post multa trophæa legantur:  
 Et Cypria studijs incubuisse Diuos  
 Quod si defendi exemplo non possit Achilles  
 Lesco, & Alexædri, Mars quoq; mæchus erat.



**F**vebribus exequijs Lesconi gentiliter perfolutis, Lesco filius eius, huius nominis tertius in ordine Principum Poloniæ septimus, Monarcha salutatur. Hic à moribus paternis minimè degenerauit, omnes finitimos hostes sedauit. Imperique sui fines in pace & securitate cicurauit. Postea otij impatiens, Hungaris, Saxonibusque, aduersus Carolum Magnum Romanorum Imperatorem auxilia suppeditabat. Tandem Anno Domini 801. cum Boëmis, Pomeranis, Prutenisque à Carolo in Silesia cruento prælio ad Oderam fluuium prostratus est. Cui filius Popilius ex legitimo thoro natus (viginti enim illegitimos natos ex cōcubinis, Pomeraniæ Duces generat) successit.

*Equorum cursu de Imperio decertatur.*

*Dolus Lescij.*

*Dolus aperiatur.*

*Premium fraudis.*

*Lesco plebeius ad Regnum aueritur.*

*Mors Lescij.*

**A** Nne tibi lectum tantum, lasciuæ, reliquit,  
 Non etiam clypeos, armag, dura pater?  
 Et Veneri tantum insit seruire: Gradino  
 Non etiam, ô nosfer Sardanapale, suo?  
 Quandoquidē in fratrum tam multa gente tuorum,  
 Legitima solus coniuge natus eras.  
 Successisse etiam patris te laudibus æquum  
 Non tantum virtus, imperioq, fuit.  
 At genitore tuo felicior, ipse fuisti  
 Hac in tam rari parte POPELE boni:  
 Quod tibi tu similem genuisti: quiq, putares  
 A cuculo cuculum degenerare nefas.



Scelus traxit  
 latio.

Arx Goplo.

Mos ex-  
 erandi se-  
 se Popeli.

**P**Opelus huius nominis primus  
 Lescij tertij filius, qui à Germa-  
 nis Offerich dicebatur: patre  
 decedente, Regni habenas re-  
 gendas suscepit, Anno Domi-  
 ni 815. Hic à virtute paterna degenera-  
 uit: in vrbe Craconiensi sede spreta, eam  
 in Gnesnam, demum in Crusphiciam transtulit: ibique arcem in lacu Goplo condi-  
 dit. Nil amplius de eo scribendum restat: cum nulla egregia gesta memoriæ digna edi-  
 derit, semper enim libidinibus delicijsque indulgebat. Hac verò execrandi particula  
 sepius vtebatur, dicens: O vtinam à muribus corroderer, quod quamuis non ipsi  
 sed filio eius prout inferius dicetur, contigit.

POPELVS SECVNDVS.

**V**tm timet hic Regno pelli, vir inutilis, & cum  
 Coniuge consultat, quid male tutus agat.  
 Vim morbi simulat: patruos accersit, & illis  
 (Viginti fuerant) toxica mista dedit.  
 Ort a cadaueribus vis murum erupit: & illum,  
 Vxorem, natos, undiq, dente petit:  
 Dilaniat, frustra medios fugiebat in ignes,  
 Frustra in Gopleas perfidus hospes aquas.  
 Discite iustitiam, qui propter lucra paratas  
 Fertis, & exertas ad scelus omne manus.  
 Est Deus, est scelerum vindicta, est pœna malorum,  
 Vnde putes minimè posse venire, venit.



**A**Nno salutiferi virginis partus  
 830. Popelus secundus, pa-  
 tri in regno succedens, à mori-  
 bus eius libidinosis minimè de-  
 generauit: postpositisque ne-  
 gocijs Reipub. vanis otijs, choreisq, & de-  
 licijs domesticis indulgit. Insuper non ille sed vxor eius, quã infano amore prosequer-  
 batur, pro sui peruerso arbitrio imperabat. Quapropter Magnates & Equites regni,  
 eum vt hominem nihili Sardanapalum Poloniæ appellantes spreuerunt. Popelus  
 verò re considerata, veritus ne Poloni aliquem ex Patruis suis in locum suum substi-  
 tuerent: vxoris astuto consilio infirmitatem simulauit: Patruosque omnes qui viginti

*Astuta s. mulatio in firmitatis.*

*Grande turpeque facinus.*

*Mira iusta que vindicta diuina Ex cadaueribus miris.*

*Populus à muribus cū vxore & liberis corroditur*

numero erant, Principes Pomeraniæ accersiuit, & decumbens in lecto, obnixè ab eis rogauit, vt vnum filiū suum ex duobus, Regno se decedente præficerent, quod libenter Patruī se facturos sponderunt, si magnates regni consenserint, Regina verò interea poculum cum veneno mixto adornauit, & vnicuique bibendum pro sanitate Regis obtulit. Egressi illi à Rege, maxima corrosione ex veneno hausto excruciatī, omnes pariter expirauerunt. Regina autem cum lætitia dixit: Deos in eos quod malum Regi Domino suo machinati fuerint, iuste animaduertisse. Ideò cadauera eorum inhumata quasi perfidorum, in lacum Goplo reginæ iussu, proiecta sunt. Statimq; Deus iustus vindex & vltor nefandi homicidij, murum vim numerosam, dictūque horrendam, ex illis cadaueribus mira quadam metamorphosi, excitauit, quæ Regem in arce lautè conuiuātem, vxorēq; & filios eius cum terribili strepitu vndique inuaserūt: & neq; armis, neque igne, se arceri passæ sunt. Rex metu inauditi inusitatique periculi perturbatus, in arcem quæ est hucusque in lacu Goplo, iuxta Crusphiciam oppidū, cum vxore & filijs profugit: mures verò adhuc plures terram & aquas coperientes, cum horridis sibilis eum persequēbantur: Nautæ præsens præ oculis exitium videntes, timentes ne in medio lacus nauem corroderent, ad ripam otius appropinquantes, aufugerunt. Popilius quoque in turrim natura loci munitam, & aquis oportune circumfluam cū suis se recepit: vbi cum vxore & liberis à muribus corrosus, consumtusque est, vt ne monumentum quidem eorum relictum fuerit.

PIASTVS CRUSPHICENSIS.

**O** Priscos hominum mores, ò nescia fastus  
 Simplicitas, ingens ò prohibit, & amor.  
 Nō puduit proceres homini dare Sceptra Polonos  
 Qui modò cultor agri Crusphiciensis erat.  
 Ob solas virtutis opes, virtutis honorem,  
 Qua vir in exigua floruit ille casa.  
 Hoc orti de fonte Duces, Regesq; Poloni  
 Durauēte dies, ad Ludouice tuos.  
 Compita Crusphicia veterum, nostro estus in orbe  
 Euentu gemini nobilitata Ducis.  
 Regnum ruricola deferrī: à mure vorari.  
 Regem: res æque prodigiosa fuit.



**A** Nno incarnationis Diuinæ 842. Popilio secundo à muribus portentose absumpto, multæ controuersia in Crusphiciensi conuentu de electione Principis exortæ sunt. Erat autem tunc temporis in Crusphicia Pijastus quidam vir simplex, virtute tamē & pietate præstans. Huic eodem conuentus tempore filius natus est, cui ad nomen solenniter gentili ritu imponendum, melis mulsati duo vasa præparauit, propter conuiuas tractandos, porcūque mactauit. Interdum aiunt ad eum duos viros ignotos venisse peregrino habitu (quos Paulum & Ioannem Martyres Romanos ferunt esse:) Hi in palatium vbi electio celebrabatur non sunt admissi, à Pijasto verò humaniter hospitio excepti fuere, infantēque natum gentili more subraferunt, nomēque ei Semouiti imposuerunt, & tandem discesserunt. Tunc temporis autem in Crusphicia ob magnum confluxum populi ad Comitā Electionis plurimi comeatus, pabulique penuria laborantes, ad Pijastum vt sibi aliquid pro victu venderet, veniebant, qui singulis gratis necessaria suppeditabat, quantum cuique opus fuerat, carnis autem Suille & mellis, panisque copia, apud eum non deficiebat: nam incrementa omnium rerum à Deo

à Deo copiosissimo largitore & remuneratore illi procedebāt. Omnes igitur manum Diuinam cum Pijasto esse videntes, communibus suffragijs & vocibus, Monarcham eum salutant, Regnumque oblatum quamuis agresti familia natus, strenuè cum summa fortitudine, & dexteritate viginti annis gubernauit. Postea 120. annis ætatis suæ exactis, relicto filio Semouito extremum diem clausit. Ex huius sanguine Duces Regesque Polonorum ad Ludouicum Hungarum vsque, genus duxerunt.

*Hospitab-  
ras largi  
remunera-  
tur.  
Piastrum Ro-  
ricola reg-  
ni fasces  
abstinet.*

SEMOUTVS.

*Sic & Alexander iuuenis vix illa suarum  
Ingressus rerum limina magna. perijt:  
Vt SEMOVI TE peris. patriaq; relinquis acerbos  
Mærores, iustam mortuus ante diem.  
Ense tuo eiecti de nostro turpiter agro  
Vltra Carpathium, Pannones vsq; iugum.  
Tota tibi soluit Pomerania victa tributum.  
Fluctibus & nostris accola quisquis erat.  
Quatuor annorum sunt, hæc omnia, quid si  
Non abrupta tibi tam citò vita foret?  
Quamuis, quantumuis modica sub tẽpore vita  
Maxima qui gessit, vixit abundè diu.*



*Virtus Sē-  
moniti.*

**A**Nno humanæ redemptionis 895. Semouitus patri gentili ritū iu-  
stis perfolutis ad regni fasces eue-  
hitur. Hic insigni prudentia, for-  
titudine que, & prouidentia, populum sibi  
commissum regebat, omnēsque hostes à  
finibus Imperij sui sæpissimè fugabat, Hū-  
garos, Boëmos, Cassubios, Pomeranosque ad tributum sibi pendendum compulit,  
multifque præclaris gestis editis, quatuor in regno duntaxat annis exactis. Patria in pa-  
ce relicta, immatura morte preemptus est, relicto filio Lescone quarto.

LESCO QVARTVS.

*Qvam Pater inuictis Semonitus fecerat armis  
Pacem, Sauromatis attuleratq; suis:  
Filius est illam miro complexus amore,  
Et vitæ summam fouit ad vsq; diem:  
Vir cuius mores nemo reprehendere possit,  
Aut nisi quem pugnae classica bella iuuant.*

*Sed cur bella geras, frueris qui pacem? quid optes,  
Contentus proprio qui potes esse, meum?  
Gloria ad arma vocat multos, laudumq; cupido,  
Spes prada multos diues ad arma vocat.  
Vtraq; bellandi causa iniustissima: solam  
Quæ pacem quarunt, prælia, iusta voca.*

**A**Nno virginei partus 902. Lesco quartus patri Semouito iuuenili ætate, in  
principatu successit, sub tutoribusque ad annos competentes erat. Postea Impe-  
rium à patre pacificatum relictum, in pace à nemine laceffitus regebat, patrijs &  
auitis virtutibus correspondens, relictoque filio Semomislaō immatura ætate è viuīs  
decessit.

SEMOMISLAVS.

*Vltimus iste fuit nostrorum ex ordine Regum,  
Ignari falsos qui coluere Deos.  
Huic peperit Coniunx oculorum luce carentem  
Hæredem: sterilis cum foret ante diu.*

*Mos erat infanti, vitæ ut compleuerat annum,  
Ludere, quod vellet nomen habere pater.  
Ergò dies venit simul illa, recepit ocellos,  
Ostentum dubia plebe stupente, puer.*

*Res ea signabat, discussa nocte POLONOS  
 Visuros lucis lumina vera noue:  
 Visuros illo CHRISTVM sub rege negemus,  
 Quod bona praestituat quaeq; futura DEVS.*



**A**Nno à Christo nato 921. Semomisslaus patre è viuis decedente regni habentis praeficitur. Hic etiam exauitis moribus minimè degenerauit, filium vix in senectute & ipsum caecum obtinuit, cumque in Gnesnam Primates & Equites regni ad subradendū nomēque imponendum filio gentili ritu conuocaret, Miesconem cum appellârunt. Postea cōuiuio indulgentibus in primo mense accubitu, nunciatum est patri, filium caecum visum recepisse, omnibûsq; conuiuis attonitis, cum claris apertisque oculis infans affertur. Cūmque Rex ab ariolis sciscitaretur quid hoc sibi velit? responderunt, sicut hic infans gratia Deorum est illuminatus, sic per eum Polonia in breui illuminabitur, quod & factū est. Tandem Semomisslaus finibus Imperij in pace relictis vitam cum morte transmuit.

*Semomisslaus filius caecus nascitur qui postea illuminatur signa illuminanda Polonia per Euangelium praeficiens.*

MIESCO PRIMVS.

**C**Hriste sub hoc ad nos venisti Principe, ab hoste Possessas Stygio commiseratus oues. Cesserunt idola tibi: Mars, Lada, Gemelli, Cynthia, Pluto, Ceres, Iupiter, Aura, Venus. Faemina te nobis ostendit primā, Bohemo Sanguine prima crucem nos docuitq; tuam.

*Sic tu prima quidem nobis es causa salutis, Ipse DEVS, mulier, caussa secunda fuit. Illa tuo tingi Miesconem fonte maritum Fecit: terra suum est tota secuta Ducem. Plurima tūc data sunt tibi tēpla, nonēq; Cathedra, Et, quas sacrifici dilapidamus, opes.*

**A**Nno Domini 962. Miesco qui erat caecus natus, patri ex more funebribus exequijs peractis, communi omnium acclamatione in Monarcham Poloniae electus. Hic concubinas septem habuit, nullam tamen ex illis foecundauit, quam obrem maximo moerore discrucia batur. Quapropter frequenter à quibusdam Christianis sollicitabatur, vt Christo cum sua gente nomina daret, si velit charam sobolem à Deo obtinere. Christianorum itaq; persuasionibus adductus, Procos ad Regem Bohemiae Boleslaum, qui fratrem germanū diuum Venceslaum nephariè occiderat destinauit, matrimonium filiae eius expetens, cui rei Boleslaus libenter annuit, hac conditione si sacrum Baptisma cum suis susciperet. Miesco itaq; cum vniuersa gente sua alacriter Baptisatus est Anno Domini 965. Miesconisque priori nomine immutato, Mieszlaus appellatus est, quasi gladio nomen acquirens clarum. Mandauitque cōfestim omnibus & singulis suo imperio subiacentibus, die septima Martij, idola omnia vanorum Deorum cōminuere, demolire, igneque consumere. Nam antea quaslibet vanas creaturas Solem, Lunam, Auram, quam *Pogodis* appellabant, cultu diuino prosequabantur. Præterea Iouem quem illi *Iessam*, Plutonem quem *Lacton*, siue *Lactonem*, Cererem quam *Niam*, cuius templum Gnesnae celeberrimum erat, *Venerē* quam *Marzanam*, & *Dianā* quam *Zieunioniam* gentili lingua appellabant, *Lelum* quoque & *Polerū* Romanis *Castorem* & *Polucem* appellatos, pro dijs colebant. Et adhuc in comotationibus illa gens nomine eorum vitur. *Lelum* *Polerum* vociferantes. Solebāt autem viri, mulieres iuuenes, & senes horum Deorum suorum, diebus festis ad

*Poloni filii Christi amplectuntur. Idola demoluntur. Ritus Religionis gentilis Polonorum.*

ad lusus & choreas pariter conuenire, maximè verò 25. die Maij, & 25. Iunij. Quam cōgregationem populi Stado, id est, agmen appellabant, quod adhuc apud Ruthenos & Lituanos passim in villis obseruari videtur. Post dominicam enim conductus Pasche ad Diui vsq; Ioannis Baptistæ festum mulieres & virgines diebus festis ad choreas turmatim conuenire solent. L adonemque canentes, & Lado Lado frequentius ingeminatis, manibus complaudentes in gyrum choreas ducunt. In Silesia quoque confini Poloniae 17. die Martij quo videlicet tempore hæc idola demolita sunt, pueri in villis & opidis ex more recepto simulachrum quoddam, ad similitudinem mulieris conficiunt, opidoque turmatim egressi quandam cantionem ingeminantes simulachrum illud de Ponte in flumen præcipitant. Expurgata itaque ab idolis Polonia Mieczslaus Princeps, ad euidentius signum Christianitatis instituit vt infra officium Missæ dum Euangelium prælegeretur, singuli virorum ad medium gladij è vaginis depromerēt, quo se testarentur propter Euangelium Christi ad mortem vsque decertare paratos esse. Multas Ecclesias, parcias & Episcopatus fundauit, copiosisq; prouētibus ditauit. Ex vxore Bohæma *Dambrodoka* dicta, filium Boleslaum Chabri suscepit, quæ post partū paulò post deceffit, Gnesnè sepulta est, alteram verò Mieczslaus in matrimonium accepit, Iuditam filiam Iessæ Principis Hungarorum, quæ ei filium Mieczslauum genuit. Tandem multis Christianitatis monumentis in Polonia relictis è viuis foeliciter migravit. Destinauerat quoq; legatos ad summum Pontificem Benedictum, Diadema Regium ab eo postulans, quod illi denegatum est, suspicabantur enim nondum cum perfectum Christianum esse.

*Mos Polonorum anti-  
quus in fide  
lectionem  
Euangelij*

BOESLAVS CHABRI, PRIMVS REX POLONIAE.



**V**ici, deuictos cepi cum Rege Bohemos,  
Subicci Moranos, Saxoni osq; mihi.  
Cassubios, populosq; freti cis littora nostri,  
Et Prussos, dubia teg, Ruthene, fide.  
Imperij fines positus ex ære columnis  
Signaui, Herculeum sic imitatus opus.

*Nec mihi tēpla minus cura, quam castra, fuerunt:  
Hac quoq; laude patri cedere nolo meo.  
Regia ab egregio sortitus Stemmata Othone  
Sum Gnezna (Gnezna tunc meus hospes erat)  
Quæ quicumq; fac sis hoc dignus honore,  
Quo tunc, magno iudice, dignus eram.*

**A**Nno à Christo nato 999. Boleslaus huius nominis primus ab Heroicis gestis Chabri appellatus, Meczslai filius natu primus, cōmuni omnium acclamatione in fasces Regni euehitur. Corpus diui Alberti Episcopi Pragensis, ex Prussia in Gnesnam magno cum labore honorificè transtulit, quem gentiles Pruthani, iuxta Sauum fluuium propè oppidum maritimum Feschaus, salutifera pabula animæ ferentem, crudeliter occiderūt, ad cuius busta Gnesnæ plurima miracula, virtute diuina edita sunt. Eodem tempore Otto tertius, Romanorum Imperator, acerba infirmitate præssus, iamque animam agens, audiens tanta miracula ad sepulchrum diui Alberti in Polonia fieri, voto vouit se busta illius, si de infirmitate leuaretur, accessurum, atque statim post votum promissum, sanitatem integram diuina benignitate recepit. Cumq; vota persoluturus religiosus Imperator ad Posnaniam urbem maioris Poloniae appropinquaret, Boleslaus splendido equitatu nobilium & magnatum Poloniae cinctus, obuiam ei processit, honorèmq; vt Cæsari hospiti exhibēs, varij coloris pannos præciosos, sericeos quoque, & id genus alios in via per septem miliaria Polonica, à Posnania in Gnesnam vsque sternere fecit, & vltro citroq; data salute, illa insigniter strata via vterque manibus iunctis, multa inter se cōferentes, pedestri itinere ad Gnesnam vsque peruenerunt. Ingressus itaque deuotus Imperator limina templi, pronus prostratus ad sepulchrum diui Alberti, ardētī corde Deo omnipotenti, quod mirabilis sit in sanctis suis, gratias agit, votoq; persoluit. Tandem honorificentissimè sumptuosissimèque per aliquot dies, à Boleslao tractatus, multisque & splendidis muneribus ab eo donatus est, quibus hospitalitatis officijs Otto in se exhibitis consideratis, Boleslaum eodē in templo Gnesnæ Imperiali diademate solenniter coronauit, eumq; Regem Poloniae declarauit, & in æternum autoritate Imperiali confirmauit, ab omnibusque tributis & obsequijs Romanis Imperatoribus pendendis, posteros eius omnes in Regno sibi succedentes immunes fecit. Deinde in digressu quo euidentius vinculum societatis inter se conciperent, Otto Imperator Boleslao nouo Regi lanceam Sancti Mauricij, clauumque de cruce Christi donauit. Boleslaus verò vicissim illi brachium Sancti Adalberti pro munere hospitalitatis dedit, quod Romæ in templo diui Bartholomei Imperator posuit. Insuper vinculo consanguinitatis sibi iuncti sunt. Otto enim neptam suam, filiā Palatini Rheni nomine Rischam, in matrimonium locauit. Tandem Imperatorem ad sua reuertentem Boleslaus cum insigni pompa, splendidoque equitum & magnatum Poloniae agmine, ad terminos vsque Regni sui, honorificè deduxit.

Hic primus Rex Poloniae omnia, summa cum prouidentia & fortitudine administravit, supra modumque bellicosus extitit. Marte enim foelici omnes finitimos hostes frequenter stravit. Regnaq; eorum sapius, nullo repugnante, peruastauit, Bohemiae Regem Boleslaum cum innumerato exercitu fudit, Regnumque eius, nullo repugnante infestis armis vastauit, & ipsum captum execrare fecit. Iaroslauum quoque Ducem præcipuum Russiae validissimo exercitu fretum insidiosè, contra se procedentem memorabili, cruentaq; clade, prostravit, Kiouiam urbem Russiae Metropolim cepit, indeq; thesauros ingentes asportauit, & omnes principes Russiae tributarios sibi effecit. Prutenos, Saxones, Cassubiosque, & Pomeranos debellauit, cum Ruthenis ad fluuium vsque Tyram, & Boristenem fines suos posuit, cum Prutenis, Cassubijsque, & Saxonibus ad fluuium Albim, vsque ad mare Germanicum siue Balticum Imperij sui terminos constituit, Herculemq; immitatus, ad perpetuam rei memoriam columnas æreas illic collocauit. Sicque Imperio suo amplissimè dilatato delicto Miescone filio è viuis decessit.

MIESCO SECVNDVS.

**D**Egener, imbellis, gula, crapula, sordibus vxor  
Vxor is totus fœmina, surco nihil.

Hic erat: vxor erat, Rex, Princeps, omnia, nostrum.  
Asperius quoniam angue perosa genus.

Tentonibus

Diui Alberti corpus est Prussia in Gnesnam translatum.

Otto Imperator ex voto suo diuino Alberto facto sanatur.

Otto Imperator in Poloniae venit.

Boleslaus Cæsari splendide Gloriam honorè exhibet.

Otto Boleslao Poloniae Regem creat, suoque Diademate coronat.

Boleslaus Bohemos, Russos, Prutenos & Pomeranos sternit.

Boleslaus fines Imperij sui prolatat.

Tentonibus tantum equa suis: quam credis ab illa  
 Tractata est miseris terra Polona modis?  
 Tunc Boleslai nobis periere labores,  
 Ruperunt nostrum Regna subacta iugum.  
 Ut rapuit tantum mors fausta phrenitide Regem,  
 Pellitur è Regno, Rixa fugitq; suo.  
 Dant pœnas scelerũ: furor huc, dolor abstulit illã  
 At longo fato dignus vterq; fuit.



Miesco dca  
 generatur

**A**Nno virginæ partus 1025. Miesco  
 secundus, patre defuncto, ad Regni ha-  
 benas moderandas euehitur. Hic ex  
 moribus patrijs degenerat: postpositisque  
 negotijs reipublicæ coniugis consilio ute-  
 batur, & Imperium à patre amplissimum re-  
 lictum, suis libidinibus diminuit, debilita-  
 uit, laboresque patrios perdidit. Tandem ab  
 omnibus spretus: infirmitate correptus, re-  
 licto Casimiro filio, è viuis decessit.

Mortuo igitur Miescone, multæ contro-  
 uersæ circa electionem principis exorta  
 sunt. Quidam enim ad Casimirum filium eius scepra deferenda volebant: ceteri ve-  
 rò timentes ne mores paternos peruersos sequeretur, huic sententiæ acerrimè repu-  
 gnabant. Tandem Regina Miesconis Regis relicta, videns se à Polonis spretam, ad fra-  
 trem Cæsarem in Saxoniam accepto Casimiro filio Coronaque Regni & ingentibus  
 thesauris Regalibus sublatis: profecta est. Interim filium Casimirum studendi gratia  
 Parisios misit: vbi tandem in Monasterium Cluniacense ingressus, Sacris iniciatus est.  
 Poloni verò multis annis hærede legitimo orbat, cum sui & Reipublicæ ingenti de-  
 trimento, in Gallia eum quærere coacti sunt: qui eis multis de causis denegabatur ab  
 Abbate Monasterij. Tandem vix magno cum labore impensisq; Polonorum, per Be-  
 nedictum nonum Pontificem à professione absolutus est, pœnitentia Polonis indicta,  
 pro eo quod Dominum suum hæredemque legitimum expulerint, vt ab vna quaque  
 persona quotannis obulum vnum Romano Pontifici penderent, quod vocatur debi-  
 tum Sancti Petri. Item vt singuli viri crines supra aures toderent. Deinde vt præcipuis  
 festis diebus linteo albo pro cingulo vterentur.

Regina eia  
 filio Casi-  
 miro exiit.  
 Lat.

Debitum  
 Petri Sudi  
 scotopism.  
 25.

CASIMIRVS PRIMVS.

**I**nnocentius cum matre puer CASIMIRVS eodem  
 Exilio, matris crimine, pulsus erat.  
 Cluniaci placuit sibi vita monastica: seruus  
 Quam cuiusquam hominis, maluit esse Dei:  
 Nos sumus interea sine Principe, subdita cunctis  
 Terra, dolor fuerit, que numerare malis.

Reddimus ciecto Regnum, multa ille reuersus  
 Restituit melior vix patre, dignus auo.  
 Maslaum domuit ciuili Marte furentem,  
 In reliquos mansit pax sibi grata dies.  
 Quod Deus innocuis adsit, quod corruat insons,  
 Maiori vt surgat laude: videre potes.

**A**Nno Domini 1041. CASIMIRVS huius nominis primus, è Monasterio ac-  
 ceptus, Miesconis secundi filius, tertius Rex Poloniæ, Gnesnæ cõmuni omnium  
 applausu sacro Diademate coronatur. Hic primum in latrones deprædatorésq;  
 qui tunc temporis in Regno passim latrocinebantur animaduertit. Demum Regio-  
 nes tributarias à Regno deficientes ad iugum pristinum redegit. Maslaum Ducem  
 Masouia bello furentem intestino, cum Prutenis & Piccingis cõspirantem, ad Vistu-  
 lam fluiuium cruento prælio prostrauit, iuxta Ploczko ciuitatem. Tandem Maslaus

Casimirus  
 Maslaum  
 cum Pru-  
 tenis bello  
 vicit.

*Masouia*  
*denomi-*  
*natio.*  
exercitum coëgit: sed iterum à Casimiro funditus fufus, desperatis fuis rebus ad Prutenos profugit, vbi varijs tormentis examinatus laqueo vitam finiuit. Ab hoc Maslao Masouia appellata est. Postea Casimirus pacato vndiq; Regno, relictisq; tribus filijs, Boleslao, Vladislao, Mieccone, & filia Suuatochna, extremū diem foeliciter claudit. Monasterium in Tynicc eius Regulæ quam ipsa olim profitebatur, regalibus, sumptuosissimisq; immunitatibus & bonis opimis fundatum dotauit.

BOLESLAVS AVDAX.

**Q**uam bello magnus, quā magnis strenuus ausis  
Boleslaus erat, tam truculentus erat.  
*Vastauit Morauos, Hunnos, te Russe, Bohemos,*  
*Vastauit Patriæ nec minus arua sua.*  
*Cuncta libidinibus complebat, cuncta rapinis,*  
*Cuncta ignominijs sanguine, cuncta metu.*  
*Pontificem secuit frustratim recta monentem:*  
*Vrbis Pontificem, maxime Crace, tua.*



*O scelus, ô portentum, ô nostri infamia Regni,*  
*Non tibi sacrilega tunc cecidere manus?*  
*Vnde, & vbi perijt, ne iam dubitate Poloni,*  
*Raptum sub Strygjs obruit orcus aquis.*



Nno salutiferi virginei partus 1068. Casimiro Boleslaus filius ab hæroico animo Audax appellatus, communibus omnium suffragijs, Rex declaratur. Huic statim Vratislaus Bohemiæ Rex bellum indixit: infestisq; armis in Silesiam vastaturus excurrit. Boleslaus re comperta, armato milite cinctus, celeriter contra eum contendit: cuius aduentu Vratislaus perterritus, relictis castris terga pudenda dedit. Boleslaus verò eum in meditulum Bohemiæ persequens, eam vndique peruastauit: spolijsq; multimodis onustus, ad sua nullo repugnante reuersus est.

*Boleslaus*  
*Bohemiã*  
*vastat.*

*Iterum Bo*  
*hemiã*  
*infestat.*  
*Pruteni cū*  
*Pomeraniã*  
*visti vcti-*  
*gales Bole-*  
*slao sunt.*

*Boleslaus*  
*in Hunga-*  
*ria trium-*  
*phat.*

*Russia v-*  
*ctat Kio-*  
*uianque*  
*cepit.*

*Præmisla*  
*dedita.*

Postea Anno sequenti, Boleslaus validioribus copijs coactis, Morauia, Bohemiãq; iterum infestis armis peruastauit: donec eum Vratislaus Bohemiæ Rex, maius periculū timens reconciliauit. Perdomitis igitur ab vna parte Bohemis, & Morauis, à Prutenis tandem & Pomeranis infestatur: quos Boleslaus ad fluium Ossa vndique circumuentos, ad internecionem prostrauit, & deleuit: Pomeraniãq; & plurimas munitiones Prussiar: ditioni suæ subegit: & ipsos Prutenos sub iugum cōpulit, Anno Domini 1059. Interea Bela hæres Regni Hungariæ, ad Boleslaum exulans profugit: auxilium contra fratrem Andreã (à quo Regno pulsus erat) implorans. Boleslaus itaq; infestis armis in Hungariam cum Bela contendit: Henriciq; Imperatoris copias, Bohemosq; & Teutones, partes Andreæ defendentes profligauit: vbi & ipse Andreas Rex interemptus est. Sicq; Bela auxilio Boleslai: ad Regnum peruenit. Boleslaus verò Rex in Poloniam reuersus, vnicam heredem Ducum Russiæ, Viseslauam nomine, in matrimonium accepit: iurēque dotis Ducatus quosdã Russiæ acquisiuit. Kioniam quoque Metropolim Russiæ vi cepit, vbi hybernum tempus transegit, vniuersamq; Russiam terrore suo compleuit, & concussit, adeò vt complures duces (parum se tutos in Russia putantes) fugam in Græciam adornauerint. ciuitates omnes oppidãque & munitiones plurimæ, vtrò se ei dederunt. Postea Præmisliam ciuitatem celebrem, vnam ex Ducatibus Russiæ expugnauit, & exussit, sed arcem propter exundationem fluiorū, capere non potuit: quæ ei postea certis sub cōditionibus dedita est. Tandem

in Hungariam cum exercitu profectus, inimicitias inter Belæ hæredes, & Salomonem Hungariæ Regem composuit: exindè recta in Russiam reuersus, Volodimiriã & Chelmiam ciuitates cum suis prouincijs occupauit: postea totum Ducatum Volhinia cepit. Inde recta in Kiouiam exercitum duxit, vbi Suuatoslaum Principem Russiæ cum ingentibus copijs sibi insidiantem cruento prælio: profligauit, fugauitque, ac omnes vires Russorum prorsus debilitauit, multumque temporis in Kiouia transegit vbi in delicias libidinésque venereos, & cætera vitia prolapsus est. Postea septennio in castris exacto in Poloniam reuersus, Diuum Stanislauum Episcopum Cracouiensem occidit membratimque dissecare fecit: cuius postea corpus Diuina prouidentia in simul compactum coactumque, & honorificè sepultum, multis miraculis claret, prout latius in Polonorum Chronicis patet. Conscius itaque Boleslaus perpetrati facinoris poenitentia adactus, cū filio Miecslao Regno relicto in ignotas regiones profectus est: vbi in habitu peregrino vitam clausit. Filius verò Miecslaus postea in patriam reuersus est.

Hungariã perit.

Poloniam expugnat.

Suuatoslaum fugat, fuditque.

Episcopum Cracouia Diuū Stanislauum occidit.

Boleslaus exulat in Sarmatiam.

VLADISLAUS HERMANVS.

Plurima rescidit fratris decreta Tyranni

Hermanus Latio par pietate Numa.

Hunc spurius vetitis vexauit filius armis,

Sed pius arma tulit pro pietate Deus.

Vincitur impietas Goplae ad stagna paludis,

Induit inq; feras debita vincla manus.

Dic, qui multa legis quot dignos laude, pio sq;

Legeris, historia per genus omne nothos?

Telogonus, qui p' sce patrem obruncauit P'lysem,

De turpi Circes natus amore fuit.

Proditor Aeneas patria est: ne crede Maroni:

Romulus occisor fratris: uterq; nothus.



ANNO à Christo nato 1082. Vladislaus Hermanus fratri Boleslao in Regno successit. Hic ex Iudita Vuratislai Regis Bohemorum filia, filium Boleslaum tertium suscepit, Krziuuousti ab ore recuruo appellatū. Ex secūda verò vxore, Henrici 4. Romanorum Imperatoris filia, tres filias produxit: multas Ecclesias Monasteriaque construxit & ditauit. Prussos, Pomeranosque rebelles cruento prælio penes fluuium Druuancza profligauit, ad deditioemque coëgit. Interea Bratislaus, Bohemorum Princeps videns Regem bello in Prussia occupatū, magna damna Poloniæ intulit. Rex itaque Sieciechum Palatinum Cracouiensem cum filio suo Boleslao nouem annos habente, contra hostes destinauit, quos vna cum principe Bratislao strenuè fuderunt: & Morauiam vndique ferro & igne vastates peragrarunt: spolijsque multis onusti, in pace ad Regem reuersi sunt. Tandem nunciatum est Hermano regi, Pomeranos cœdifragos Miedzirzeczæ arcem munitissimam in finibus Saxonie interceptisse. Boleslaus igitur duodecim annorum iuuenis patrem obnixè cum lachrymis sollicitat, vt sibi copias propter recuperandam arcem committeret, cuius audaciæ, prouidentia, animo sitatiq; Rex admirans, legionem vnã cum certis rectoribus illi commisit. cætero exercitui Sieciechum Palatinum Cracouiensem præfecit. Arcem itaque obsessam fortiter oppugnarunt: sed quia in loco natura munitissimo sita erat: idèo incassum laborabant. Quade causa Dux exercitus obsidionem soluere suadebat: sed Boleslaus Regius filius à proposito eum retraxit, & militibus confirma-

Prussos Hermanus & Pomeranos domat.

Bohemia à Polonia liberatur.

Miedzirzeczæ obsidionem soluit.

*Astin op  
tuznatio  
na.*

*Miedzirze  
ize à Polo  
nis recupe  
ratur pru  
tia Boles  
lai.*

*Vide figu  
ram fol. 11*

tis domos & tuguriola circa arcem, hyemis tempore imminente, erigere iussit, vt videretur arcem se per hyemem oppugnare velle. Quare conspecta, Pomerani obsessi ad Boleslaum cum muneribus supplices veniunt, se & sua ei offerētes. Quos ille liberos dimittens, arcem recuperat: prudentiāque sua omnia damna à Pomeranis illata refarciit: ad patrēque ingenti cūm prāda, ouans reuertitur. Postea Hermanus senio confectus, multis fortibus, præclarisq̄ue gestis exactis, vitam cum morte fœliciter commutauit.

BOLESLAUS KRZIVOUSTI.

**H**ic quinquaginta pugnavit praelia, signis  
Collatis, casu non variante fidem.  
Pugnavit quoties, toties & visit: eorum  
Nomina quos vicit, quod breue claudat opus?  
Caesaris Henrici magnas fuisse cohortes,  
Sat sibi, si deessent caetera, laudis erat.

*Merore interijt: quod prorsus inermis ab hoste  
Fœdisrago victus fraude, doloq̄, semel.  
I, modo Pompeij numeram mihi Roma, triumphos,  
Nos Boleslai praelia: maior vter?  
Pompeium Caesar bello prostravit aperto:  
Eras potuit nostrum vincere sola Ducem.*

*Zbigneui  
us Monachus.*

*Zelislauus  
Bohemos  
Moravosq̄,  
profligavit*

*Boleslaus  
Moraviam  
Bohemiam  
que vastat.*

*Bohemi  
profligan  
tur.*

*Pomera  
nia vastan  
tur à Bo  
leslao.*

*Boleslaus  
frenuē di  
micat.*

*Bohemus  
auxilium  
impetrat.*

*Expeditio  
Boleslai in  
Pomeraniam.*

*Henricus  
4. Caesar in  
Boleslaum  
arma ex  
tollit.*

*Boleslaus  
repugnat.*

**A**nno Domini 1103. Boleslaus Krziouusti ab ore recuruo siue retorto (quod ex morbo contraxerat) appellatus, patre è viuis sublato, communi omnium applausu: Regni habenis præficitur. Hunc Zbigneuius Monachus, frater illegitimus sceptris sibi inuidens, in primis lacesiuit: Boriuoiūmque Bohemiæ Regem, & Suatopolkum Ducem Moraviæ, contrā cum commouit: quos Boleslaus egregiè per Zelislauum Ducem exercitus sui profligauit. Anno deinde sequenti validioribus copijs coactis, in Morauiam excurrit: quam nullo repugnante, ferro, & igne, peruastauit. Tertio Boleslaus exercitum in Bohemiam & Morauiam duxit: dūmque agrum hostilem vndiq̄ue armis & flamma peragraret, Bohemi ex insidijs in loco arctissimo in eū impresionem fecerunt. Rex verò strenui militis & Imperatoris officium agēs, vnum ex hostibus primus gladio interemit. Dersniak quoque Eques Polonus, secundum hæsta transfixit. cæteri Poloni animosiores effecti, Bohemos fugientes insigni clade profligârunt. Tandem Boleslaus Pomeraniam armato milite aggressus, eam vndiq̄; peruastauit: plurimisq̄; oppidis & munitionibus occupatis, spolijs onustus, ad suos reuersus est. Accidit autem dūm, post hanc insignem victoriam, in festo dedicationis templi apud quendam nobilem conuiuium celebrâret, recreationis gratia, centum duntaxat equitibus cinctus, venatū processit: vbi in tria milia Pomeranorū insidiantium incidit, in quos ipse Rex veluti Leo rugiens, primam impresionem fecit: tribusque interfectis, suos animosiores reddidit. Quidam verò Pomeranus in ipsum regem collimans, equum sub eo transfixit: attamen à persequendis hostibus equo altero nacto, haud destitit: donec multo cum labore à tanta obstinata audacia vix retractus fuerit: victor que ad suos cōiuantes, profligatis hostibus redijt. Interea Boriuogius Rex Bohemiæ exulans ad eum venit, auxilium contra Siuatopolgum nepotem suum implorans, quem Boleslaus in Regnum reduxit, Boemiāque peruastauit. Tandem in Pomeraniam expeditionem adornauit, qua vndique peruastata, Bielgradum arcem munitissimam cum ciuitate, & multitudine Pomeranorū, expugnauit: cæteræ autem ciuitates & munitiones, vt potè Camenecia, Golimberg, Vielim, Czarnkouia, libenter sese ei dederunt. Postea Boleslaus irritatus Bohemiam deuastauit: Zbigneuiūmq̄; & Gueuonirum Pomeraniæ Duces rebelles, & fœdisragos, fudit cepitque.

Henricus 4. Romanorum Imperator, Boleslao ob damna Bohemis sapiensimè illata infensus, coniunctis viribus cum Suatopolgo Rege Boemiæ, validissimas copias contrā eum in Silesiam duxit, Lubusq̄; ciuitate expugnata, Glogouiam urbem Glogouiensis Ducatus sedem, acerrimè frustra tamen oppugnauit: magna & crudeli strage in militibus accepta. Boleslaus quoque valida Polonorum manu stipatus, contrā Imperatorem & Bohemos processit: & in exercitu suo proclamari fecit, vt quicumque

se talem

setalem vtrum præbuerit, qui Suuatopolgum Bohemiæ Regem occiderit, ille dono insigni in sempiternum cum posteris suis remuneraretur. Vnus igitur Bohemus in Castris Polonicis militans conditionem datam accepit, exploratâque habens Castra Bohemorum ad tentorium vsque Regium peruenit, & horribiliter in vocem prorupit dicens, Fuge, fuge ô Rex. Multitudo enim Polonorum nos vndiq; inuasit, Regem itaque ex tentorio profilientem lancea transfixit, & ad Polonos frustra insecutus aufugit, ac munera promissa Stemmaque Oxa dictum Securim videlicet accepit, & in magnam familiam Poloniæ exereuit. Henricus tamen Imperator magna damna Polonis in Silesia exereuit, quem cum Boleslaus ad amicitiam iustis conditionibus perducere non posset, armato Polonorum milite accintus, in aurora impetum in Cæsarianos fecit, distantia vnus miliaris à Vuratislauia vrbe Silesiæ, sicque ad vesperam vsque acriter decertabant. Boleslaus autem cum fortiori agmine Polonorum & Silesianorum in acies Cæsarianas à latere irruit, totumque exercitum dispersit, fugauit & ad interitionem prostrauit, vt ipse Imperator fuga sibi cõsulens vno duntaxat seruo committatus vix euaserit. Poloni verò spolijs exuuijsque occisorum ditati victoriæ palmam obtinuerunt, adhuc locus in quo conflictus erat Polonicè, Psie pole, id est, caninus campus appellatur: nam illic multitudo canum ad cadauera humana confluxerat, vt multo tempore vix prætereuntes tuti transire possint. Tandem anno sequenti Henricus Imperator expeditionem Romam versus obuiam summo Pontifici adornabat, timensq; ne Boleslaus se absente prouincias suas vastaret, legatos ad eum destinauit, rogans cum sub certis conditionibus habitâ dignitate Imperatoria, vt ad se Bambergum veniret, promittens illum huius cõditionis nequaquam pœnituisse. Vbi Boleslaus veniens Imperatori omnia obsequia ad quæ præstanda attrahebatur, in perpetuum renunciauit, abdixitq; & consanguinitatis vinculo (vt sit inter pacificantes Principes) sibi iuncti sunt. Boleslaus enim sororem Imperatoris Adchleydam nomine, Vuladislaus verò filius eius Cristinam filiam eiusdem Imperatoris in matrimonium accepit, sicque pace composita captiuos vtrinque restituerunt.

Anno deinde Christi 1113. Pomerani & Pruteni postposito iuramento inopinatè in Masouia Ducatum excurrerunt, Regionemque totam infestis armis peruastauerunt, sed eius oræ præfectus hostes cum spolijs reuertentes inopinatè aggressus, omnes trucidauit & spolia abegit. Hac perfidia Pomeranorum Boleslaus exacerbatus, instructis copijs contra eos processit, Nakloque arcem in qua erant 10000. Pomeranorum graui obsidione cinxit, sed obsessi ad quindecim dies inducias impetrauerunt, hac conditione vt si intra concessum tempus nullum auxilium à suis haberent. Interea verò nunciatur Boleslao, Pomeranorum & Prutenorum quinquaginta milia in subsidium obsessis elanculum per syluas aduentare. Quorum Castra Boleslaus explorata habens, à fronte & à tergo in eos impetum fecit, omnesque inopinatos funditus prostrauit, quorum 4000. cæsa sunt, cæteri capti & fugati. Naklocenses verò se & arcem cum cæteris ciuitatibus Regni vltro dederunt. Postea Pomerani cum Prutenis vires magnas in simul coniunxerunt, omnes tamè à Boleslao velut à Leone fortissimo iugulati, Princepsque eorum perpetuis carceribus mancipatus est. Rex itaq; rebus in Pomerania & Prussia rectè constitutis, expeditionem in Daniam Regionem transmarinam nauali classe adornauit, Anno Domini 1124. vnde thesauros ingentes abstulit, regnum verò vltro oblatum respuit, & thesaurarium Regni Danici cum tota familia in Poloniam transtulit, cuius posteris hucusque in Polonia & Prussia celebres restant. Duninique à Dania vocantur. Boleslaum itaque è Dania in Poloniam reuertentem principes Russiæ seditiosi bello appetierunt, & quo magis eum irritarent, Principem Haliciensem cõsanguineum Regis expulerunt. Quo Boleslaus egregiè vltus est, Præmisliensemque Ducem cum ingenti exercitu prostrauit, vbi tres Duces Russiæ in conflictu occubuerunt. Postea Iaropolhi Ducis Kiouia consilio astuto omnes Principes Russiæ aduersus Boleslaum Regem conspirauerunt, vtque eum facilius sub prætextu amicitia obruere possent, Legatos ad eum destinauerunt, obstringentes se

Conditiones dantur à Boleslao, si quis Bohemiæ Regem occiderit.

Bohemia Rex occiditur.

Arma Oxa

Aræ & memorabi le certamè Boleslaus cõ Henrico Cæsare.

Henricus Cæsar fugatur.

Psie pole.

Poloni trisubani

Pontifex

Henricus cõ Boleslao amicitiam inire optat

Pruteni & Pomerani fedifragi trucidantur

Naklo obsidetur.

Pomerani vincuntur.

Iterum Pomerani sternuntur.

Boleslaus in Dania nauigat.

Ruteni à Boleslao concitantur

VITAE REGVM

*Insidia Boleslao palatino.*

*Boleslaus circumvenitur.*

*Palatinus fugit confectum.*

*Boleslaus strenue se defendit.*

*Doni Palatino pro fuga a Boleslao dignum mittitur.*

*Castellanus Palatinus Cracoviensis dignior titulo.*

*47. conflictus Boleslao vir habijt.*

omnes tributarios, ac subditos Poloniae Regno fore, utque Ducem Haliciensem in locum pristinum reduceret optabant. Rexigitur nihil mali suspicans expeditionem in Russiam paruis copijs cinctus adornavit, cumque ad Haliciam civitatem appropinquasset, ecce Principes Russiae cum auxiliarijs copijs Hungarorum quasi congratulantes ei ex insidijs eruperunt, Regemque undique circumdederunt. Rex autem astutiam Ruthenorum considerans, milites suos qui pauci erant, ad resistendum hosti foedifrago foecunda oratione confirmavit. Sed Palatinus Cracoviensis admonitione regia minime motus cum praecipua ala equitum, cui praefectus erat, inter primum tumultum aufugit. Rex vero rem aliter non posse fieri videns, strenui militis & Imperatoris officium agens, primo cum sua aula equitatu Hungaros aggressus est, quos strenue repreciter conferuit, iamque Ruthenorum acies inclinabantur, dum recentes legiones auxiliaries validiores, Polonos undique circumdederunt, viresque eorum perfrigerunt, equus sub Rege ipso confossus ut intestina ex eo profluxerint, alium tamen Eques ei supeditavit, sicque vix a suis ad fugiendum compulsus illesus evasit. Quapropter moestus animo angebatur, non tam Ruthenorum foedifragorum insidias, sed Palatini Cracoviensis perfidiam turpissimam execrans, cui pellicum Leporinum, & colu instrumentum quo mulieres fuso fila ducunt, linique fasciculum, & cordam misit, indicans eum Lepori in fugiendo similem esse, & quod indignus sit vir, sed mulier haberi: resque muliebres & non viriles potius tractare, suspendique dignum. Palatinus itaque ille, in desperatione adactus, in campanili oratorij sui fune campanae sese suspendit, cuius nomen propter posterorum dedecorem in Chronicis reticetur, ab hocque tempore Castellanus Cracoviensis, Palatinum autoritate dignitateque antecellit. Boleslaus autem quotidie aduersam fortunam execrando tristitia consumptus, sumptis Sacrosantis Sacramentis extremum diem clausit, annos aetatis suae 54. Regno 36. annos praeter tempora illo foelicior bellicosiorque exitit. Omnes enim Reges & Monarchae finitimi undique in eum irruebant: ille vero eos strenue casu non variante fidem propugnabat, & Regna eorum secundum arbitrium suum militis strenui & Imperatoris mentia obiens peragrabat. Conflictus cum hostibus principales & memorabiles ac publicos 47. commisit, exceptis congressibus excursionibusque paruis, qui saepissime eveniebant, excepto quoque hoc ultimo certamine, quod cum eo Rutheni astute commiserant, ex quo ille non secus atque ille Hector Troianus, Hannibalque Carthaginensis suo Marte sese strenue defendens, aciesque hostium instructas fortitudine, dispergens evasit. Adhuc vitae superstes filijs suis Imperium disposuit, Vladislao natu maiori Cracoviensem, Siradiensem, Silesiaque & Pomeraniae Ducatus legavit. Boleslao Crispo Masoviam, Dobriniam. Cuiusiamque Mieslao Gnesnensem, Poseniensem, Calisiensemque. Henrico vero Lublinsensem, Casimiriensemque tractum testamento ordinavit. Casimiro autem omnium iuniori quicquam reliquit. Admonentibusque se de eius forte Senatoribus, respondit: An ignoratis, inquit, quod in curru quatuor rotas currentes necesse habent, ut aliquis eis infideret, quod & factum est, ut inferius dicetur.

VLADISLAVS SECVNDVS.

**Q**uatuor in natos Regnum divisit aequis  
Partibus, egregia cum ratione, Pater.  
Ladislao tibi cessit Cracovia natu  
Maxime: avaritia maxime, Marte nihil  
Fratribus eiectis, solus dum queris habere  
Omnia, possessus pelleris ipse bonis,

Coniuge cumque tua, quae rem tibi sua sit iniquam  
Victus in externam profugis exul humum.  
Ignorata tibi fuit alea: discere in illa,  
Contentus proprio vivere quisque potest.  
Namque aliena petens perdit sua lusor, & aurum  
Dum cupit, amissum scens abire domum.

Anno

**A**Nno Domini 1140. Vladislavus secundus, Boleslao patri in Regno successit. Hic ex moribus patrii degeneravit: vxorisque impulsu forte sui non contentus, fratres suos Ducatibus exuendos proposuit, eoque bello appetijt, auxiliariis copiis à principe Russiæ acceptis. Henricus itaque, Boleslaus & Crispus, cū Miecslao in arcē Posnaniensem fratris metu sese receperunt: quos Vladislavus oblitus fraternæ charitatis, grauitè obsedit. Iamque obsessi penuria victus coacti, de ditionem moliebantur: sed veteranorū militum persuasione confirmati, aleam belli tentare proposuerunt: naçtaque occasione, cum hostes choreis temulenti indulgerēt, intempesta nocte ex arce cum ingenti vociferatione vnusquisque facem accensam manibus gestando erruperunt: castraque hostium incenderunt: & ipsos hostes ferro protriuerunt. Vladislavus vix turpi fuga elapsus est: quem fratres victores Cracouiam vsque insequuti sunt. Sed postea in Germaniam ad cognatos vxoris suæ aufugit: quem postea vxor cum filiis secuta est. sicque proprio viuere non contentus, alienis inhians, sua amisit.

14



Vladislavus degener.

Vladislavus fratres oppugnans ipse fugatur regnumque exiit.

BOLESLAUS QUARTUS CRISPVS.

**D**um cogit Prussos ad Christi dogma Polonos, Amisso euertit milite Crispus opes. Transfuga ducebat nostros malefidus, iniquum Transgressos Ossam pertrahit inque locum, In conuictum viridanti cespite cænum, (Atergo in Syluis abditus hostis erat)

In silit: inclusos cæno suffocat in illo. Vix pauci incolumes se cripuere fuga. Mens generosa dolo quia nil agit ipsa malignis Oportuna dolo, insidijsque capi est. Et quia metitur proprijs virtutibus omnes, Est in perniciem crudela sapè suam.

**A**Nno Domini 1146. Boleslaus Crispus, à capillis contortis dictus, fratre Vladislao seditioso expulso, habenas regni suscepit. A Cōrado Imperatore frequenter sollicitabatur, vt aliquam regionem exulanti fratri concederet, quod ille strenuè repugnabat. qua de causâ Imperator in Silesiâ exercitum duxit: sed pluribus damnis à Polonis affectus, re infecta discessit. Eadem de causa cum Friderico Barbarossa Imperatore Boleslaus bella gessit. Inimicitijsque vtrinque compositis, Vladislavum fratrem ex Germaniâ reuocatum, in gratiam accepit: qui postquam aduenit, in Ploczko ciuitate non sine veneni suspitione spiritum exhalauit. Tandem anno Domini 1164. Rex cum fratribus triplici exercitu instructus, in Prussiam descendit, quam ferro & igne latè peruastauit, ad Christianismum Prutenos sollicitans,



Cum Conrado Imperatore & Friderico Barbarossa belligeratur.

Vladislavus in Polonia reueritus.

VITAE REGVM

*Pruteni à Boleſlao opugnātur. Profugi Prusſia fraudulētis Profugū non credēdam. Poloni ſua dimittunt.*

donec ſe baptifari ſpouderent: ſed demum baptifmo ſpreto, contra Polonos in Maſouiam excurrerunt: contra quos denuò Boleſlaus cum fratribus exercitum duxit. Interea verò, ad Polonos duo Pruteni, ſub prætextu exulum aſtute defecerunt, qui ſe totius Prusſiæ ſitum exploratiſſimè noſſe affirmabant: ideò eos Poloni, Duces belli ſibi delegerunt: qui exercitum perfidè inter denſiſſimas paluſtroſaſque ſyluas induxerūt, vbi in palude quadam: ceſpite viridanti conteſta, tanquam muſcæ in pice hæſerunt: vt nec vltèrius progredi, nec retrogredi potuerint. Pruteni autem ex inſidijs prorepentes: Polonos ingēti clade affecerūt, vbi Henricus Lublinenſis, & Sendomiriēſis Dux, frater Boleſlai ſtrenuè dimicando occubuit. Princeps vorò Boleſlaus in Poloniam reuerſus eſt. Qui poſtea multis geſtis extrenuè peractis, extremum diem clauſit. Anno Domini 1171. ætatis ſuæ 29. in arcis Eccleſiæ templo Cracouiæ ſepultus.

MIECZSLAVS SIVE MIESCO TERTIVS.

*Sæpe dies oritur nitida face, nec tamen illi  
Credideris, ſubito nubilus eſſe poteſt:  
Grandine meſſores lapidare: tonitribus Orbem  
Concutere: & rapidis frangere fulminibus.  
Ecce ſenex noſter, Regni eū cepit habenas,  
Vir bonus, & placidi fratris imago fuit.  
Mox ſobole ingenti, generis, aſſenibus, auro  
Inſtatus: ceptam deſtitit ire viam.  
Nil illo peius nil & crudelius illo,  
(Audace excepto) Patria noſtra tulit.  
Sed tamen eſt pulſus: Nunq̄ impunita Tyrānis  
Sarmaticus ferit: aſ ſcilicet vlla fuit.*



*Mieczyſlao Tyrannus Regno arguitur.*

Anno Domini 1174. Mieczſlaus ſenex, fratri Boleſlao Criſpo in Monarchia ſucceſſit. Hic rapax, crudelis, ſeueruſque in ſubditos extitit, & tyrannidem ingentem exercuit: quapropter ab omnibus diris execrationibus maledicebatur. Epiſcopus itaque Cracouienſis Gedegon nomine, cum cæteris Senatoribus conſilium occultè iniit, de Caſimiro in locum eius ſubſtituendo: & naſta occasione temporis, cum Mieczſlaus Rex in maiorem Poloniam diſceſſiſſet, ad Caſimirum fratrem eius iuniorem, quamuis inuitum, ſceptra detulerunt.

CASIMIRVS SECVNDVS IVSTVS  
COGNOMINATVS.

*Tractus ad imperiū precibus, lacrymiſq; ſuorū,  
Imperiū fractas ſurgere fecit opes.  
Percuſſit ſcelerum fratris iuſto enſe miniſtros,  
Saorificis pacem, ruricolisq; dedit.  
Qui modo calcati ſub direptore iacebant,  
Inq; ſuis rebns nil habuere ſui.*

*Intulit in patriam corpus, Roma uſq; petiit,  
Dini qui ſloris nobile nomen habet.  
Miſta dedit Domino ſcelerati aconita miniſtri,  
Inter ſolennes perfida dextra dapes.  
Truſit & in ſubitum, Patria plangente, ſepulchrū,  
Delicias hominum, deliciasq; Doum.*

Anno ſalatiferi virginei partus 1104. Caſimirus Ingens fratris abolcuit: in comitiſq; generalibus Lancitiæ celebratis, omnes qui erant cauſa inſteſtinae diſſentionis dignis ſuplicijſque affecit. Fratrem poſtea Mieczſlaum in gratiā accepit, Gneſaenſemque tractum & Poſnaniēſem ei conceſſit. Tandem Pruteni & Pomerani Caſi-



rani Casimiri regis clementia considerata, vltro se ei obtulerunt. Interea verò Litua-  
nia ciuitas Brestia, à Polonis defecit. Eò itaque Rex cum exercitu profectus, ciuitatem  
 cum arce cepit: eosq; qui erant causa defectionis, dignis suplicijs affecit. Inde rectà in  
 Russiam profectus, Senoldum & Volodimirum Duces rebelles, cruento prælio fudit.  
 Rege autem in Russia militante, Mieczslaus senex priorem dignitatem affectans, Cra-  
 couia potitus est, arcem tamen capere non potuit, ciuitate verò suis præsidijs firmata,  
 ad comparandum maiorem exercitum, profectus est. Casimirus autem ex Russia exer-  
 citum reducens, Cracouiam libenter intromissus, de seditionis seminatoribus, di-  
 gnas accepit pœnas. Postea non oblitus cædis Henrici fratris cladisq; Polonorum, in  
 Prussiam exercitum duxit: quam vndiq; armis peragrauit, Prutenosq; & Pomeranos  
 tributarios sibi effecit: Cracouiamq; reuersus, anno Domini. 1194. extremum diem  
 clausit: nō sine veneni suspitione. Eius cura & impensis, corpus sancti Floriani Roma  
 Cracouiam allatum est: anno Domini 1184.

## LESCO QVARTVS.

**C**um sene beuani patris. sed an impius isto  
 Sit factō, iusti discutitote viri.  
 Effet vter rerum Dominus, certauimus: at me  
 Id velle in patriam, nudus adegit amor.  
 Ne paterer regnare lupum, maiore petentem,  
 A quo pulsus erat, cum feritate gregem.

Dum labor inuadit Pomeranus balnea, inermem,  
 Dat non sperata, meq; meosq; neci.  
 Quanto igitur rerum Dominis securius animum  
 (Quod quidam scripsit) cernite pauper agit?  
 Tempora sunt, loca sunt quauis metuenda potenti,  
 Quod viuunt, totum est cura, pericla, metus.



Vltis Casimiro perfolutis,  
Lesco filius eius à crinibus al-  
bus cognominatus, ab omni-  
bus Rex salutatur: Anno Do-  
mini 1194. Mieczslaus tamē

*Lesco cum  
Mieslao pa-  
truo de Mo-  
narchia  
cessat.*

senex, patruus eius Monarchiam regebat:  
pro qua postea, vario Marte cum eo Lesco  
belligessit. Tandem comitia Generalia  
in Zueyman ciuitate celebrauit, ad quæ  
plurimi Magnates, & Principes Poloniae  
conuenerunt, vbi citatus est mādato Re-  
gio Suātopolus, Capitaneus Pomeraniae,  
qui tributum 10000. marcarum argenti  
per aliquot annos iuxta pacta Regi nō pē-  
debat. qui occasione per exploratores na-  
cta, armata manu ad ciuitatem prædictam  
inopinatē accelerauit, diuersoriaque ob-  
ruens, qui se defendere volebant, interfe-  
cit. Regi statim tumultus causa qui in bal-  
neo tunc temporis erat, significatur. Ex balneo itaq; exiliēs, cum paucis famulis equis



26

*Lesco ne-  
fario occi-  
ditur à Po-  
merano  
fædifrago.*

cōscensis, aufugit. Suantopolus verò cum insequutus, vt fædifragus, & nequissimus,  
sine vlla dignitatis ratione trucidauit. Henricum quoque Vratislauiae principem, læta-  
li vulnere affecit, & plures alios trucidauit: Anno Domini 1227. Cadauer Lesconis  
per suos relatum, in Basilica Cracouiensi cum maximo luctu terræ mandatum est.

BOLESLAVS QVINTVS PVDICVS.

**T**artaricus furor, in cineres regnante Pudico,  
Sarmatia totas penè rededit opes:  
Inflammas abiit Craconia: quicquid & agris,  
Porrigitur ripas, Odera, ad vsq; tuas.  
Fuerat ad Ingros Princeps, quia viribus impar  
Ad consilgendum cum subito hoste fuit:

*Stanislæ tuos cineres tellure leuauit:  
Et sacrum in fastis fecit habere locum.  
Coniuge consenuit cum virgine, Virgo Maritus:  
Addictus studijs, casta Diana, tuis.  
Bochnenses reperit thesauros primus: & inde  
Sarcijt à diris damna recepta Getis.*

**A**nno Domini 1243. Boleslaus Pudicus, patri crudeliter occiso, in regimine suc-  
cedit. Eo regnante multa mala Poloniam præmebāt: id verò ob principū plura-  
litate, qui tūc tēporis 24. erant. Quod malum tandem peius redintegratū est.

*Tartari in  
Polonia  
crudeliter  
gessantur*

Tartarorū enim 100000. in Poloniam Russiamq; populabūdi venientes, vtramq; re-  
gionem crudeliter vastabāt: ciuitatibus, villisq; succensis captiuos educebant. Rex igitur  
Boleslaus cum Henrico Duce maioris Poloniae, cæterisque principibus cōtrā Tar-  
taros vnanimiter progressi, prælium cum eis acre commiserunt. Iamque Tartari incli-  
nabantur: sed quidam Vexillifer Tartarorū, cū vexillo, in quo erat scripta litera Gre-  
ca tali modo, X, processit superius verò in cuspide hastæ, erat caput quoddam terribile  
infixum, arte magica confectum, ore fumum vaporemque sordidum in Polonos eue-  
mens: quo velut peste quadam infecti, & incantationum vi fascinati, vires amiserunt.  
Sicq; funditus à Tartaris non secus, atque à grandinibus frumenta, prostrati sunt. Cu-  
pientesque Barbari numerum occisorum peruestigare, auriculam vniciq; dextram  
amputantes, nouē saccos magnos eis impleuerunt. vbi diminuta est multitudo prin-  
cipum Poloniae, Silesiæ, atque Russiæ. Tunc temporis Tartari totam ferè Russiam, &  
Poloniam, Hungariæque & Germaniæ partem, flamma ferroque peruastrauerunt, ter-  
roréque inaudito omnia compleuerunt.

*Poloni cū  
Tartaris  
dimicant.*

*Incantatio-  
nis vis.*

*Poloni à  
Tartaris  
funduntur.*

*Auricula-  
rū nonem  
sacci im-  
plentur.*

Anno Do. 1269. visus est in cœlo exercitus equestris, inter se acerrimè configens.  
Eodem

Eodem anno mulier quædam Nobilis, in terra Cracouiensi triginta sex pueros vno partu edidit.

*Miraculo  
Monstruq;  
in Polonia*

Eodem anno in Califfia ciuitate vitulus duo capita, septemque pedes habens enixus est, cuius cadauer nec à canibus, nec auibus comestum, permansit.

Boleslaus postea Rex exactis in regno 37. annis, è viuis decessit absque prole: calibè enim vitam (vnde Pudicus appellatus est) duxisse fertur.

LESCO SEXTVS NIGER.

**Q**uanta locustarū, quo nos hac scripsimus anno,  
Appulit in nostros agmina, ventus, agros;  
Agmina tanta ferunt in nos venisse Getarum  
Sub Nigro, & primum congeminasse malum.  
Iis cecit solis, alioqui semper in hoste  
Cum quocunq; inijt prælia, victor erat.

Arma Ruthenorum, ductore superba Leone  
Et magna, exigua contudit ille manu.  
Obtriuuit quoties Lituanum & Iazigas? (hoc iam  
Interijt nostro funditus ense genus.)  
Multa in Christicolas nil laudum habitura fuerunt  
Bella: laceffitur sed quia vicit, habent.



Anno Domini 1279. Lesco niger Dux Siradiensis, mortuo fratre Boleslao Pudico, habens Regni præficitur. Quem statim pericula infecura sunt. Tartari enim validis copijs Russiam, & Poloniam iterum crudeliter peruastrauerunt.

*Tartari  
Poloniam  
vastant.*

Tandè Anno Domini 1280. Lesco Rex meliori fortuna vsus, Leonem principem Russiæ superbum, cum ingenti exercitu Tartarorum & Russorum è trita clade prostrauit, Russiæque prouincias fugato hoste: infestis armis peruastrauit, ex quibus multis trucidatis, sex millia captiuorum abduxit.

*Lesco Ni-  
ger Leonē  
Russiæ du-  
cem pro-  
strauit.*

Postea anno à Christo nato 1282. Lithuani in terram Lublinensem valida manu excurrerunt: ingentemque captiuitatem hominum eduxerunt: quos Lesco collectis vndecunque pro tempore copijs persequutus, ad Nemen & Nareuu fluuios infectos, clade cruenta prostrauit, captiuosque liberauit. Cæsa sunt tunc temporis 14000. Lithuanorum infidelium.

*Lithuanorū  
14000. ca-  
duntur.*

Demum anno Domini 1285. Lithuani collectis maioribus copijs, per abdita sylvarum in Lucouiensem tractum excurrerunt: quos Lesco similimodo affecutos fudit, & fugauit, spoliisque & captiuos ademit. Tandem multis gestis strenuè editis è viuis decessit: Cracouiæ terræ mandatus est.

*Iterum Li-  
thuanifru-  
duntur.*

HENRICVS PROBUS.

**T**eutonibus solis clauis permiserat urbis,  
Que regni titulum possidet vna, Niger:  
Illi Silesium furtim sub nocte silenti  
Mœnibus accipiunt, cui studuere, Ducem:  
Nobilium contra, contra decreta Senatus,  
Nam cui legitime Sceptra darentur, erat.  
Perfida pars vicit: regnat Probus, exulat haeres,  
Sed res parta dolo non diuturna fuit.  
Silesij Henricum dubio rapuere veneno:  
Quod factus alter, nemine & alter erat.  
Qui fraudem in vita coluit, rem fraude parauit,  
Qua perijt: dignus fraude perire fuit.



**A**nno à Christo nato 1290. Henricus Probus Dux Vratislauia, Lesconi Nigro in regimine successit. Episcopus quoque Cracouiensis cum cæteris proceribus, Boleslau, Masouie

*Lokisko' Oon sica  
Sivis*

VITAE REGVM

*Discordia principum Poloniae de Monarchia.*

Ducem ad regnum vocauerant: sed ab Heurico eiectus est. Tandem Vladislaus Cubitalis (ad quem etiam Monarchia iure naturali competebat) Dux Siradiensis, adiunctis sibi in auxilium maioris Poloniae equitibus, cum Henrico de regno acriter contendebat, exercitumque eius cruenta clade in Silesia ad Siciuicram ciuitatem, prostrauit: vbi Ducis Glogouiensis filium, & Sprotauiae principem occidit. Vnusquisque eodem tempore ex Silesijs insignem victoriam reportauit: & victor Cracouiam vltro deditam occupauit. Sed Henricus denuo ad expugnandam Cracouiam, exercitum duxit: quem Teutones ciues clandestino noctu in ciuitatem immiserunt: adeo vt Vladislaus vix cucula monastica indutus, effugerit. Et sic Henricus regno potitus est. Sed paulo post, anno in regimine non exacto, e viuis decessit: non sine veneni suspitione: Vratislaviae terrae mandatus.

*Cracouia hic capitur*

PREMISLAUS SECVNDVS.

**O**bscelus Audacis, raptum Diadema Polonis,  
Retulit istius gloria, luxq; Viri.

Magnus erat, tantum peperit qui primus honore  
Nobis: Munus & hic qui renocauit, erat.  
Splendidus, antiquis certans Heroibus omni  
Virtute, in summo quam decet esse viro.

Ceditur insidijs, celebrans solenne Lycei,  
Inuidiam virtus dat sibi, & illa necem.  
Et caute, & timide, Genio seruite potentes:  
Exitio multis lux Genialis erat.

Hac Cyrus interijt: Macedo: interijtq; Philippus,  
Hae est Argolicis, Troia cremata rogis.

*Premislaus Rex occiditur.*

**A**nno Domini 1295. Premislaus princeps maioris Poloniae & Pomeraniae, regni habenis praeficitur. Hic omnibus principibus finitimis terrorem incusserat: ideo Marchiones Brandenburgenses, impulsu regis Bohemiae Venceslai, nacta occasione, cum Rex ipse die S. Dorotae cum suis conuiuaret, ex improviso in eum iruerunt: multisq; vulneribus affectum (quamuis sese strenue cum suis aulicis defenderet) occiderunt. Septem tantum menses regno praefuit.

VENCESLAUS BOHEMIAE REX.

**A**D Venceslai usque dies, Auguste, Bohemi,  
Scortea Sarromatis tota Moneta fuit.

Nunus erat pellis, detracta animantibus illis,  
Quas Aspergillos patria nostra vocat.  
Hoc ego dum cuidam narro, qui strangulat amplo  
Arcas argento, semper egenus ait:

Ergo putrescebant tunc nummi? O dura priorum  
Tempora: tunc nasci res miseranda fuit.

Gratia magna Deo, quod homo sum natus in isto  
Seculo: cum pelles non nisi sutor habet.  
Quod si quando Deus mala vult saecula illa reuerti,  
Tunc ego tunc superi, minius esse precor.

*Peregrinae is Vladislaus exilis.*

**A**nno virginis partus 1300. Vladislaus Rex Bohemiae ad regnum Poloniae vocatur. Cum Vladislao Cubitali de regno acriter contendebat, omnesq; possessiones & arces ei ademit, quibus non Polonos sed Bohemos praefecit. Vladislaus vero omnibus spoliatus (ad quem Monarchia iuste competebat: ) in Hungariam exulans perrexit, inde Romam petijt. Demum Roma in Hungariam reuersus, sumptis ab Hungaris auxiliaribus copijs, varijs excursionibus Bohemos in Polonia infestabat. Postea Pelcen, Visliciam, & Lelouiam arces occupauit. Tandem post nebulam (vt dicitur) Phoebos illucescente, Venceslao Bohemo e viuis sublato, Vladislaus Cubitalis regno multis ab annis expectato potitur. Hic Venceslaus Bohemus, primus monetam argenteam, grossos videlicet Bohemicos, in Poloniam intulit: qui adhuc in vsu Cracouiae passim habentur. Primò verò frustulis quibusdam argenti, pellibusq; Aspreolorum, & caeterarum rerum transmutatione, necessaria comparabant. Eo quoque regnante, Cracouia muro cincta est.

*Vladislaus regno potitur.*

*Argentea moneta in Polonia.*

V L A D I S

17

POLONORVM.  
VLADISLAVS CUBITALIS VVLGO  
LOKIETEX.

**C**orpore parvus eram, subito vix altior vno:  
Sed tamen in paruo corpore magnus eram.  
Non ego Prussorumq;, Bohemorumq;, cruorens  
Iactabo, cladem nec Gedimine tuam:  
Fortunam vici, cum qua mihi bella fuerunt,  
Vt niger è terris triste volarat iter.  
Ter cecidi Regno: per te Ramnusia semper,  
Post lapsum erexi maius ad arma caput.  
Corde vir is opus est magno, non corpore: magnum  
Qui strauit Goliath, nonnè pusillus erat?  
Ingentem paruus Poliphæmum vicit Vlysses.  
Sed tamen ille hominem: tam graue numen ego?



Vladislaus  
Silesiam  
vastat.

**A**nno Domini 1306. Vladislaus Cubitalis, post multa picula perpessa, frequentibusq; repulsis exantlatis, Monarcham Poloniae se gerere cepit. Hic eodem anno, collecto exercitu, contra Henricum Ducem Glogouiae, in Silesiam processit: quam flamma, ferroque nullo repugnante peruastrauit. Postea anno Domini 1320. Vladislaus praefatus Dux, in verum Regem & Monarcham Poloniae coronatur cum Heduigi consortē suā: ab eoque tempore Ecclesia Cracouiensis iure coronandi Poloniae Reges primum dotata, & priuilegiata est. Primo enim in loco minime tuto Gneznæ coronabantur. Demum anno Domini 1326. validioribus copijs ex Lituanijs, Ruthenis, & Polonis cōscriptis, Rex Vladislaus, eadem fratris Præmislai vlturus, in prouincias Marchionum Brandenburgensium infestis armis excurrit: omniaque ab Odera fluuio & à Brandeburgā, Francfordiam vsque in latitudinem & longitudinem igne, & gladio peruastrauit: multisque spolijs onustus, cum sex millibus captiuorum, ad sua in pace reuersus est. Cum Crucigeris Prussiensibus, plurima bella gessit. Postea cum praefati Crucigeri iniuste in Polonia grasserentur: eorum iniuria Rex prouocatus, exercitum in Prussiam duxit. Cum validissimisque Teutonicis copijs, anno Domini 1331. Mense Septembri, ingenti armorum fragore acerrime confligit, ac primas acies Polono milite protriuit, fugauit & dispersit. Postea viribus recentes phalanges Teutonicorum (quibus praerant. Cōmendatores Russi de Plauno Comes, & Otto magnus de Brunsdorff) contra Polonos processerunt, bellūque redintegrauerunt: omnes tamen à Polonis prostrati sunt. Cæsa sunt in eo confictu 4000. Crucigerorum Prussiensium, cum plurimis. Cōmendatoribus. Postea Vladislaus. Cubitalis infirmitate corretus: extremum diem vitæ Cracouiae clausit, anno Domini 1333.

Craconia  
pro Coro-  
natione rē  
gū delecta.

In Mar-  
chia & a  
bundus cō-  
sensu.

Cum Cru-  
cigeris ac-  
certamen.

Crucigeri  
prostrati.

CASIMIRVS MAGNVS.

**N**il hoc splendidius, nil magnificentijs vno est,  
Quodcunque illius respiciatur opus.  
Legibus armauit patriam, placidumq; sub illo  
Libertas ad nos protulit alma caput.  
Oppida tot cinxit muris, quot penè per omne  
Hoc Regnum muris oppida cincta vides.

Tres simul hospitio excepit cum Casare Reges,  
Cum tibi dat neptem, Carole quartē suam.  
Rex ingens opibus, bello, pietate: quid illum,  
Quid premis infami Cypria sola nota?  
Hunc dici Magnum, est iniuria magna Polonijs,  
Iure suum nomen, Maximus, esse potest.

51845



**A**nno Domini 1333. Casimirus Magnus, patri iustis perfolutis, Rex communi omnium acclamatione salutatur. Regnū oblatum ex omni parte in primis pacificatur: in seditiososque, & passim latrocinantes animaduertit. Postea anno Domini 1339. Ludouicum nepotem ex sorore, Caroli regis Hungariæ filium, successorem post se in regno Poloniae assignauit, & declarauit, constituitque. Tandem 1340. Casimirus armata manu in Russiam progressus Leopolim regionis Metropolim cepit: vnde thesauros ingentes asportauit. Deinde ad Volodimiriam cōtendit: qua expugnata, Cracouiam triumphans exercitum reduxit. Denuò in Russiam validioribus copijs cinctus descendit: hasque prouincias, cum ciuitatibus ad ditionem compulit, Premisliam, Hali-



Casimirus Leopolim cepit.

Volodimiriam expugnauit.

Casimirus Russia prouincias tributarias reddidit, subiungauitque.

Haliciam, Leopolim, Sanociam, Lucouiam, Volodimiriam, Lubaczouia, Treblouiam, Tustaniam, & complures alias, quæ hucusque à regno Poloniae nō separantur. Tertio Casimirus anno Domini 1349. exercitum in Russiam duxit, arcēsque quas nondū possederat, suæ ditioni subegit.

Postea anno Domini 1363 Casimirus Rex Carolo 4. Romanorum Imperatori, Neptim suam Elisabetam, Ducis Stolpēsis filiam in matrimonium dedit: ad nuptiarumque solennia ipse Carolus Imperator, Ludouicus quoque Hungariæ, Petrus Cypriæ, Sigismundus Daniæ Reges, Otto Bauariæ, Semouitus Masouia, Boleslaus Suidnicia, Vladislaus Opoliæ Duces, satis splendido apparatu Cracouiam conueniunt, absolutoque nuptiarum conuiuio, quidam ciuis Cracouiensis, Vierinok nomine, à Rheno oriūsus, Thesaurarius regiū, hos omnes reges, & principes cum Imperatore, lautissimo conuiuio aliquot diebus excepit: muneraque insignia singulis obtulit.

Anno tandem Domini 1370. Casimirus Rex, iuxta Przedboriam ciuitatem, inter venandum, ceruum insequens, equo succumbente pedem fregit: à quo vulnere spiritum exalauit Cracouia: ibidemque sepultus. Hic omnes ferè ciuitates & arces, in Polonia muro cinxit: plurimasque arces & Basilicas condidit. Legibus quoque tam Equestribus, quam ciuilibus patriam locupletauit: quæ hucusque vigent: & omnes Reges antecessores suos, summa dexteritate in promouendis thesauris & prouentibus regni superauit: ideo Magnus iure appellatus est.

Ad nuptiarum solennia tres reges Imperator, & multi Principes à Casimiro inuitantur.

Casimirus à pedis fractura moriturus.

Casimirus bonus paterfamilias.

LVDOVICVS HVNGARVS.

**N**on quia vir fuerit, nequaquam Ludouicus, & vltimè  
 Crudelis nostras non bene rexit opes. (tor  
 Sed quia Pannonia, dum plus amat arua paterna:  
 Linquebat seuis istud ouile lupis.  
 Qui nouit quid agant famuli, si longius absit  
 Presertim fuerit qui minus asper) berus.

Hic uidet arumnas, quas multa absentia veri  
 Pastoris nostrum tum cumulabat auis.  
 Illo Rege quidem Leges creuere: sed illo  
 Rege tamen, robur non habuere suum.  
 Lex nisi tutores habeat, contra arma potentum:  
 Est quod ara neolus sub trabe necit opus.



Ecedente Casimiro  
Magno absque hærede  
masculino legitimo,  
Ludouicus Rex Hun-  
gariæ nepos eius, anno

Domini 1370. Sacrum diadema  
Polonicum suscepit. Eo in Polonia  
regnante nihil memoria dignum  
gerebatur: sed homicidia, latroci-  
niæque passim exercebantur, pro-  
pter absentiam istius. Qui verò de  
iniuria sibi illata in Hungariam ad  
Regem proficiscebantur. hi à rege  
ad reginam: à regina verò ad facto-  
res regios, & à factoribus ad guber-  
natores in Poloniam cū literis re-  
legabantur, plurimisq; iniurijs,  
& angustijs Polonia tunc temporis  
premebatur.

Postea anno Domini 1381. Lu-  
douicus filiam suam Mariam, Si-  
gismundo Marchioni Caroli quar-  
ti Romanorum Imperatoris regis Bohemiæ filio, desponsauit, regemq; Poloniæ post  
se futurum declarauit. Qui in Poloniam armata manu veniens: quasdam rebelles pu-  
niuit: rectaque contra Masouia Ducem exercitum duxit, qui etiam sceptrum iure pro-  
pinq; uatatis affectabat. Masouia itaque flamma & ferro peruastata. Posnaniam Mai-  
oris Poloniæ Metropolim profectus, ab omnibus honorificè pro Monarcha agnoscitur.  
Interea verò Ludouicus Hungariæ & Poloniæ rex è viuis decedens: Albæ regiæ sepe-  
litur, anno à Christo nato 1382. Regno Poloniæ 12. annis præfuit. Poloni itaque Lu-  
douici regis morte audita: consilium clandestinū inierunt, vt Sigismundo relicto pro-  
herede regni, Ludouici regis filiam ad se reciperent: eamq; in matrimonium tali Prin-  
cipi, qui Rempub. rectè gubernaret: ab hostibusq; vindicaret locarent. Regina itaq;  
Hungariæ Ludouici coniunx, filiam Heduigim in Poloniam misit, quæ honorificen-  
tissimè à Polonis proceribus accepta, Sacro diademate solenniter Cracouiæ ex more  
coronata est.

Anno igitur Domini 1385. Iagiello magnus Dux Lithuanie certior factus de Hed-  
uigis reginæ ex Hungaria in Poloniam aduentu: pulchritudine, moribusq; eius ho-  
nestis commotus: oratores ad eam fratres suos, Skiergielonem, & Borissum cum per-  
amplis muneribus destinauit: coniugium regnūque dotale expetens, promittens se  
cum vniuersa gente sua baptisatum: omnesq; ciuitates & arces cum suis prouincijs,  
quas Lituani à regno abstraxerunt: & etiam captiuos liberaturum: insuper etiam Ma-  
gnum ducatum Lituaniæ cum regno Poloniæ vniturū, & incorporaturum, Silesiam,  
Prussiam, Pomeraniam. armis recuperaturum, thesaurōsque omnes in vsum regni Po-  
loniæ conuersurum, omnia denique quæ ad amplitudinem Reipub. Poloniæ, & ad in-  
crementum totius Christianitatis spectarent, acturum curaturūque. Hæc legatio  
Lithuanorum, grata periucundaque Polonis erat: sed regina eam detractabat: à bar-  
bari enim matrimonio abhorrebat. Nam adhuc patre viuento, Vilhelmo Austriæ Du-  
ci desponsata erat: idè illum priorem sponsum ardenti animo complectebatur. Qua  
de causa oratores Polonorum legationem Iagelonis Lithuani, ad reginam Helisabe-  
tam in Hungariam detulerunt: quæ in omnibus se contentam esse respondit: quideū-  
que boni proceres regni constituerint. Legati igitur Polonorum in Lituaniam pro-  
fecti, vt Iagielonem in Poloniam cū promissis muneribus, Heduigi reginæ maritum,



Hungariis  
Polonia  
Rex creatus  
sur.

Sigismundus  
dux Caroli  
quartus regnans  
Polonia se  
obtinere  
tenet.

Poloni Si-  
gismundo  
sperato pro  
herede re-  
gni filiam  
Ludouici  
accipiunt.

Iagiello Li-  
thuanus,  
Heduigim  
Polonia ha-  
redem cū  
Regno sub  
conditione  
bus petiit.

Oratores  
in Litua-  
niam pro  
Iagelone

Vilhelmus  
austriacus  
Cracouia  
venit.

adduxerunt. In rerea verò Vilhelmus Austriae Dux, certior rerū Polonicarum factus, Cracouiam splendido aulicorum equitatu stipatus cum ingentibus muneribus, ad præcipiendum matrimonium venit, à reginâque alacriter acceptus, multa conuiuia quotidie alterutrum celebrabant, choreisq̄ honestè tamen & modestè indulgebāt: qua de causa proceres Poloni Vilhelmum Austriacum apud reginam videntes acceptum, gratumque hospitem, & propensam vtriusque erga se voluntatem animaduertentes, in arcem eum deducunt: cum regina desiderato matrimonio copulant. Sed Iagielonem aduenisse audientes Vilhelmum ex arce propellunt: portâsq̄ post eum obserant. Cuius expulsionē Regina animo egre ferens, suis manibus seras portæ frāgere, & contundere cœpit: optatis cum eo nuptijs in ciuitate fruitura. Sed per Consiliarios longa disuasiōe à proposito retracta est. Vilhelmus verò videns sibi proceres Poloniae apertè & obstinatè aduersari: de aduentuque Iagielonis audiens, è Cracouia cū suis (relictis thesauris) clandestinè discessit.

Vilhelmus  
Austriac  
Dux, Cra-  
couia uici-  
tur.

IAGIELO SIVE VLADISLAVS LITVANVS.

103. <sup>ab. 17.</sup> **H**ic gentilis erat Lituanus de stirpe Iagello,  
Vir bonus, & tantas inter honestus opes  
Mox est caelesti Princeps Baptismate iunctus,  
Quem subito est Dominum gens imitata suum.  
Hinc dotale capit pulchra cum coniuge Regnum,  
Et tribuit Lituanis signa Polona suis.

Rege sub hoc memorem suscepit Prussia cladem,  
Sapius & rigidus concidit ense Gethes.  
Quam multa in Regno struxit delubra Polono,  
Monstrat Gymnasium sat puto Crocatuum.  
Et linquens gnatos ex iusta coniuge natos,  
Lucida fulgentis scandit astra proli.

**A**Nno à Christo nato 1386. Iagielo Magnus Dux Lituaniae (cuius geneologia in Lituaniae descriptione latius patet,) cū fratribus suis Borisso, Suidrigelone, & Vitoldo, Cracouiam latis splendide 2. Februarij venit: vbi ab omnibus ingenti cum letitia acceptus & in arcem honorificè deductus est. Itaque 4. die Februarij, cum fratribus in fide Christiana instructus, sacro Baptismi fonte abluitur, & Vladislaus appellatur. Eadem die Baptismo absoluto matrimoniū cum Regina Heduigi cūtraxit, Magnumque Ducatum Lituaniae, Samogitiae, Russiae, sicut promiserat regno Poloniae incorporauit, vniuit, diplomatibusque, & iureiurando confirmauit. Tandem hebdomada elapsa in Regem Poloniae solenniter constituit, & sacro Diadematae coronatur.

Lituanus  
in regnum  
Poloniae ac-  
cepit.

Lituania  
Poloniae ad-  
iuncta.

Expediō  
in Litu-  
niam I-  
agielonis.

Postea nuptiarum solennis peractis, Iagielo cum Regina in maiorem Poloniam sub Quadragesimae tempore profectus est, propter pacificandas seditiones, quae per Domaratum Capitaneum Generalem maioris Poloniae, & Vincentium Palatinum, excitabantur. Rebus itaque in Polonia maiori compositis, in Lituaniam expeditionem adornauit: nolens eam amplius cultui idolorum & daemonum vacari: in Comitatu suo magnam Procerum, & Equitum Poloniae catheruam habens. Archiepiscopus quoque Gnesnensis, plurimisque Ecclesiasticorum, & Semouitus Masouiae, Cnradusque Olensticiae Duces eum secuti sunt. Vilnaeque solenniter



solenniter conuentu indicto, sub initium Quadragesimæ, de vano idolorum cultu aboliendo tractare cœperunt, sicque illa gens barbara Lituaniæ, & Samogitiæ sacro Baptismi fonte lauata est. Porrò turmatim stantes aqua lustrali (nomine vnicuiq; turmæ, Stanislai vel Petri, &c. imposito) aspergebantur, prout latius in descriptione Lituaniæ patet.

Rebus in Lituania pius Rex rectè dispositis, Vitoldum patrualem summæ rerum præfecit, in Poloniamque reuersus recta in Silesiam exercitum duxit, arcésque & ciuitates sub Vladislao Duce Opoliensi rebelli cœpit: Kzepice, Bobolicze, Olstin, Brzez-nice, Ostrefeuo, & Grabouo dictas, Boleslauicz arx septem annis obsidebatur, quam postea Ofka Ducissa vidua, penuria comeatus coacta Regi subdidit. Dux igitur Opoliensis reliquas arcés quadraginta millibus florenorum, videns se eas nõ posse defendere: Crucigeris Prussiensibus vendidit, quas illi suis præsidijs munierunt: sed Rex destinato exercitu cæteras arcés ditioni suæ subegit.

Moritur anno Domini 1399. Hedwigis Regina, de cuius vitæ sanctimonia testantur annales Polonorum. Postea anno 1400. Regi, Ciliciensis Comitis de Hungaria filia Anna Cracouiam allata est.

Tandem anno Domini 1410. Rex armatis copijs eiunctus contra Prussiensis Crucigeros profectus, superato Vistula fluuio ad Cierniense oppidum castra metatus est, vbi etiam Vitoldus patruelis Regius cum suis Lituaniis & Tartaris venit. Semouitus quoque & Ianusius Masouia Ducés, suas cohortes adduxerunt, viribus itaq; coniunctis castra ad Tanebrigum & Grimoaldum oppida mouerunt. Interea verò Rege officium missæ manè in tentorio audiente, duo nuncij alterutrum sese anteuertentes venerunt, nunciantes iam iam imminere sibi Prutenos. Attamen Rex pius à Dinino officio quin prius absolueretur discedere noluit: quo absoluto militem in acies celeriter instruxit, quinquagintaque vexilla Polonorum ordine suo distribuit. Vitoldus similiter copias suas contra hostem rectè direxit, quadragintaque vexilla Lituaniarum iusto ordine disposuit: quibus Tartarorum manum ingentem adiunxit. Interea verò Magister Crucigerorum Prussiensium, Vlricus Iungingen illudens Regi duos gladios euaginos, totidemque clipeos ei dono misit, dicens: Quid remoraris prælium ô Rex, si tibi desunt gladij: en tibi vnum, fratrique tuo Vitoldo alterum mitto: si verò campum ad ordinandum exercitum arctum habes, ego tibi suo cedam. Rex igitur pius gladios oblatos humiliter accipiens ingemuit dicens: Quamuis armis omnigenis abundo: attamè hoc munus per quod mihi signum victoriæ (Deo fauente) datur, libenti animo accipiam, his dictis, signa vtrinque canuntur, inde maximo clamore infestis signis concurrunt, Tartari & Lituani arcibus & sagittis assueti, creberrimorum telorum iactu ætera obumbrant, à Teutonibus tamen in primo conflictu fugati sunt, in quorum locum Poloni armis & viribus recentes, cum ingenti sonitu, armorumque fragore successerunt, Pruthenasque acies perfrugerunt, & vndique circumdatas, ad internisionem funditus prostrauerunt. In hoc cõflictu Magister Crucigerorum Prussiensium, Vlricus cum suis Comendatoribus (quos Siluius; 00. recenset) occubuit: Duces quoque Stetiniensis & Olesniciensis capti, cum multis alijs præcipuis Germanis Equitibus. Cæsa sunt tunc temporis 50000. Prutenorum, Teutonicorum. Siluius verò 40000. testatur. Ingentes exuias ex castris Prutenorum Poloni tulerunt: victoriãque insignem obtinuerunt, & Vexilla hostium præcipua 50. ad perpetuam rei memoriam Cracouia in Basilica arcis posuerunt.

Denuò Crucigeri auxiliares copias ex Saxonia, & à Sigismundo Romanorum Rege corraferunt, quibus Poloni pro temporis necessitate exercitu conscripto occurrerunt: manūque cum eis conseruerunt. Interea quidam Eques Polonus Ioannes Mistransiuus. Vexilli feròque trucidato Vexillum arripuit, & post tergum sibi infixit, ad suosque acies disuerberans incolumis redijt. Crucigeri itaque Vexillo orbat, ordinibus solutis, terga verterunt, quos Poloni insequentes per agros & sylvas pallantes

Lituaniæ  
& Samogitia ad fidem Christi conuertitur.

Iagiello arcas in Silesia recuperat.  
Opoliensis Dux arcés vendit.

Hedwigia moritur.

Expeditio contra Prussios Crucigeros.

Iagielloni demotio.

Superbia Crucigerorum.

Humilitas Iagielloni.  
Certamen acriminũ  
Magister Crucigerorum casus omniſque exercitus sui proſturgatus.

Ordinis Comendatores errant quasi Palatinus prouincijs comendatus præſidentes.

Poloni triumphã  
Alius consilius Polonorum cum Crucigeris  
Poloni palam victoria è Crucigeris obincent.

passim trucidabant, in quo conflictu 10000. Teutonicorum caesa sunt.

Eodem anno Hungarorum copias duodecim vexilla habentes, in Poloniam excurrentes, Poloni fuderunt. Postea anno Domini 1414. Rex cum Vitoldo ingentem in Prussiam exercitum Polonorum & Lituorum: (quod Crucigeri promissis non starent) duxit, plurimasque ciuitates & munitiones expugnauit. Militibus autem & Equitibus Lituorum in bello benè meritis insignia Stemmataque nobilitatis Poloniae pro donarijs distribuit.

Tandem anno Domini 1432. Rex Iagielo senio confectus multis gestis strenuè editis, Vladislao & Casimiro hæredibus relictis vitam cum morte foeliciter commutauit. Cracouiæ in Basilica arcis sub marmoreo sacrophugo vbi sua imago expressa est, terræ mandatur.

VLADISLAUS QVINTVS.

**L**adislac tibi Regale Polonia Sceptrum  
Contulit, ob proprij splendida facta Patris.

Hinc quoque Vngaricus desert Diademâ Senatus,  
Et que sunt lati iugera multâ soli.

Egregia verò tu præditus indole regnas.  
Ac regis imperio subdita regna tuo.

Nec piguit Macedum fines vastare remotos,  
Nominis ut feret gloria nota tui.

Donec inire petit tecum trux fœdera Turca,  
Quod facis: at latius frangere Papa iubet.

Cui tu dum pares: te ad Varnam Marte paludem  
Fudit Amurates: & tua castra capit.



Agielone Vladislao è viuis decedente, Vladislaus filius eius, anno Domini 1434. habenas Regni moderandas suscepit. Tandem anno 1437. Sigifredo mundo Imperatore Romanorum, Rege Hungariæ & Bohemiæ fatis concedente, Vladislaus, Hungariæ procerum assiduis præcibus, ad Regnum Hungariæ suscipiendum vocatus est. Itaque anno 1440. in eò profectus

Bude coronatur.

Anno Domini 1443. Vladislaus expeditionem bellicam contra Turcas suscepit, arcesque in Rascia ab eis occupatis recuperauit. Audiens tandem Turcas contra se processisse: Ioannem Huniadem Palatinum Transsiluaniam, cum armatis copijs Polonorum & Hungarorum aduersus eos destinauit, qui absque rumore in Turcas irruens omnes funditus prostrauit & dispersit. 4000. captiuorum & nouem vexilla abduxit, omnesque Slauonicas prouincias Macedoniam vsque, Hungari cum Polonis peragrarunt. Turcarum verò Imperator exercitum propter Romaniam & Macedoniam defendendam in montibus collocauit. Bassa itaque Turcicus numerofo exercitu fretus, victoriam sperans cum Polonis & Hungaris conflixit, sed spe frustratus cum Turcarum viribus ingenti clade à Christianis prostratus est: adeò vt Turcarum Imperator

Amurates ad Regem Vladislaum legatos pro pace impetranda mittere cogeretur, omnes possessiones, arces & ciuitates in Rascia occupatas restituendo, quibus restitutis ad decem annos fœdus vtrinque iecerunt, & iureiurando confirmarunt. Interea verò Iulianus Cardinalis, Legatus Apostolicus ad Regem venit: multisque & varijs persuasionibus hoc fœdus irritum fecit, Regemque summi pontificis potestate à iuramento, quo se Turcis obstrinxerat, absoluit: vtq; expeditionem aduersus Turcam Christiani nominis hostem cum vniuersitate Christianorum susciperet, persuasit.

Anno igitur 1444. armatis copijs Rex contra Turcarum Imperatorem Amuratem processit. Amurates verò re comperta inconstantiam, leuitatiq; Christianorum admirabatur: quod Dei sui nomen flocci penderent, exercitu itaque validissimo ex Asia conscripto, ad Varnam paludem iuxta littus ponti Euxini, prælium acere cum Christianis commisit, quos vndique circumdatos cruenta clade prostrauit, vbi & Rex inclitus strenui militis, & Imperatoris officium adimplens occubuit, cum multitudine Polonorum, quæ clades ingentis mœroris plantusque toto orbi Christiano causa exitit.

Præfuit Vladislaus Poloniae Regno decem, Hungariæ verò quatuor annis. Anno verò

*Polonia Hungaria Rex coronatur.*  
*Vladislaus arces Rascia recuperat à Turcis.*  
*Vladislaus Turcas profigat.*  
*Turca profigantur.*  
*Turca pacem petit.*  
*Papa fœdus frange re suadet.*  
*Vladislaus contra Turcas.*  
*Hungari & Poloni cum Rege suo à Turcis ob fœdus fractum profigati.*

verò ætatis suæ vigesimo primo, ad Varnam à Turcis occisus est, consilio summi Pontificis parens, qui cum ad frangendum fœdus barbaro hosti impulerat.

*Fides, e  
bus sero*

CASIMIRVS QVARTVS.

**P**ost fratrem Casimirus adest, quæ Turca peremit,  
Sarmaticas iustus qui regit ultor opes.  
Eripit & captas Marianis fratribus Vrbes,  
Aeterca terribili discutiente modo.  
Hoc Duce Sacrificij magnas sensere repulsas,  
Hic ubi Castaliam Vistula voluit aquam.

*Hinc repetit Maria non vi, sed munere Castrum,  
Prusiaci quod tunc incolere Duces.  
Hunc quoque Choynitiū multis licet inde peremtiū  
Sensit, & illius qua ditionis erant.  
Ducentem reliqua fœlicia tempora vitæ,  
Fata grauem nobis eripuerunt Ducem.*



Anno humanæ redemptionis 1447. Casimirus Magnus Dux Lituaniæ, fratris Vladislao Poloniæ & Hungariæ Regi, à Turcis perempto in regimine succedit.

Anno Domini 1448. Petrus Valachiæ Palatinus in verba Regis iurauit: tributumque debitum & obedientiam se præstiturum obstrinxit, quem Boctdanius frater ex illegitimo toro natus dominatu propulsare nitentur: sed ipse à Polonis cum exercitu pulsus, fugatusque & trucidatus est. Tandem anno Domini 1454. legati à Nobilibus, ciuibusque Prutenorum venientes, Regi sese in clientelam & patrocinium subijcientes venerant. Crucigeri enim intollerabili onere adiuuenticijsque eos exactionibus præmebant, vxores à viris, virginisque teneras vi tollebant, possessiones, iumenta colonis abstrahabant, vulgum in seruitutem redigentes, eorum opera velut iumentorum in arcibus, manibusque erigendis utebantur, quos Rex certo tributo indicto in clientelam suscepit, & sicut pro temporis breuitate potuit, exercitu conscripto, in Prusiam contra Ludouicum Crucigerorum Magistrum infestis armis contendit. Ludouicus quoque ingentem exercitum Teutonicum opposuit, prælium itaque ad ciuitatem Choynicze atrox oboritur. Primam aliam Crucigerorum Poloni perfrugerunt: funditusque profligauerunt, & Baltazarem Ducem Zeganensem occiderunt, Bernardumque Stumbarg Ducem exercitus ceperunt: vbi verò ad vnam cohortem Polonorum malè ordinatam peruentum est. Poloni Prutenorum vim sustinere non valentes, solutis ordinibus terga verterunt, quos Rex frustra tamen vt conuerterentur admonebat: parumque abfuit quin ipse hostium manus effugerit, multi Poloni caesi, 300. verò captiuorum abducti sunt.

*Homagium  
Palatini  
Valachia:  
Valachifunduntur.*

*Prussi à  
Crucigeris  
ad Regem  
Polonia de  
ficiunt.  
Thyranis  
Crucigerorum.  
Expeditiō  
in Prusiam.*

*Dux Zegansensem occisus.  
Clades Polonorum à  
Crucigeris*

Rex tandem nouis copijs conscriptis Prusiam infestis armis aggreditur, plurimasque munitiones & ciuitates expugnauit, & occupauit. Prusiæ autem Magister non habens vnde stipendium suis militibus persolueret, Marienburgam arcem præstantissimam eis in potestatem dedit, quousque illis stipendium persolueretur. Qui arcem Casimiro Regi pro summa 476000. florenorum: anno Domini 1457. vendiderunt, eamque cum omnibus tormentis, instrumentisque bellicis dederunt. Postea Magister Prusiæ iniuriam à rege sibi illatam ulturus, quasdam munitiones Regis in Prusiam expugnauit: qua de causa Rex armata manu egressus, Crucigeros cum validis copijs cruenta clade ad internitionem prostrauit: ipse verò Ludouicus Magister vix elapsus est: sicque Poloni (quamuis magna cum difficultate) omnibus arcibus Crucigeros exuerunt.

*Rex Prusiam vastat.  
Marienburga Poloni venditur.*

*Crucigeri funditus profligati.*

Tandem anno Domini 1466. Casimirus Rex ciuitate arceque Choynici vi expugnata, concordiam fœdusque perpetuum, suffragijs multorum Principum adductus, cum Magistro Prusiæ & ordine Teutonico iniit. Ab hocque tempore Pomeraniæ Ducatus, Michlouiensis quoque & Culmensis terra, Regno Poloniæ adiuncta est, pro quibus Poloni 180. annis, armis cum Crucigeris decertabant.

*Pax cum  
Crucigeris*

*Pomerania recuperata*

Tandem anno Domini 1490. Casimirus Rex multis egregijs gestis exactis, vitam cum morte fœliciter Grodne in Lituania commutauit, filios sex Vladislauum, Casimirum, Albertum, Sigismundum, Fridericum, Alexandrum: filias verò septem, Hedwigim,

*Casimirus moritur.  
Casimirus proles.*

VITAE REGVM

Zophiam, Annam, Barbaram, Helisabetam, &c. genuit. Vladislaus post mortem Mat-  
thiæ communibus Hungarorum suffragijs, in Regnum Hungariæ euehitur, qui etiam  
postea Regnum Bohemiæ in tutelam suscepit. Albertus verò patri in folio successit,  
Alexander Magnum Ducatum Lituaniæ, Sigismundus Glogouiæ, sorte acceperunt.  
fridericus Episcopatum Cracouiensem & Posnaniensem accepit, postea inter Roma-  
nos patres Cardinales scilicet connumeratus.

IOANNES ALBERTVS.

**D**vis Ioannes Alberte binominis agmen  
Sarmaticum, matre id perfidente tua.  
Instaurasq; nouo, sed frustra Marte tumultum,  
Virtus Patru funera mæsta sui.  
Nam. Dicus variat primo quod dixerat ore,  
Te contra Turcam velle iuuare ferum.

Instruit horrendos te contra perfidus hostes,  
Et fudit populos Marte iuuante tuos.  
Vnde nemo nostris patuli memorabile fagi,  
Dum sol syderico tramite currit, erit.  
Sic igitur multis non faustis obrutus actis,  
Terapuit iuuenem Parca seuera Ducem.

Legati Ve-  
netorum.

Oratores  
Turcarum  
indutias  
petunt.

**A**Nno à Christo nato 1492. Casimiro Rege è viuis ad superos commi-  
grante, Ioannes Albertus filius in locum eius substituitur: sacroque Diade-  
mate solenniter insignitur. Ad quem oratores Venetorum venerunt: cun-  
cta prospera, fortunamque contra hostem Christianum propitiam illi exo-  
ptantes. Postea Turcarum legati indutias petentes venerunt: cum quibus Rex foedus  
ad certum tempus pepigit.

Conuenit  
Alberti re-  
gis cū Vla-  
dislao Rege  
Hungaria  
fratre con-  
tra Turcā

Turca in-  
dutias pe-  
tit.

Expeditio  
Alberti cō-  
tra Turca-  
rum impe-  
ratorem  
infelix.

Signa ad-  
uersa.

Perfili-  
Palatini  
Valachia.

Arma in  
Turcas pa-  
rata in Va-  
lachos con-  
uertuntur.

Valachus  
Polonos fa-  
dere fracto  
seruit.

Tandem anno 1494. Albertus Rex cum fratre Vladislao Bohemiæ & Hunga-  
riæ Rege, in Liuocza conuentum habuit: consultants quomodo coniunctis viribus,  
cædem crudelissimam Vladislai patru sui, viciscere possint: propositumque constitu-  
tum nemini reuelabant. Sed Turcarum Imperator omnium exploratissimus erat:  
qua de causa legatum magnum ad Regem Albertum propter confirmandum foedus  
destinauit. Interea verò Stephanus Palatinus Valachia, vt feudalis, à Rege auxilium  
contra Turcas implorauit: qua de causa Rex apertam occasionem viciscendi barbari  
hostis nactus, ingentem validissimumque exercitum ex Polonis, Lituanis, Masouitis,  
Ruthenis, Prutenisque & Silesijs conscripsit: expeditionemque in Moldauiam cōtra  
Turcas celeriter adornauit. Vbi statim signa aduersæ fortunæ apparuerunt. Equus e-  
nim generosus in quodam paruo torrente, iuxta Leopolim Russiæ sub Rege succu-  
buit: pauculoque aquæ obrutus est. Leopoliæ etiam Eques quidam Polonus Sropski  
dictus: insane mentis clamabat dicens: Nostri in suum malum proficiscuntur. Fulmen  
quoque quendam Equitem in tentorio cum duodecim equis interemit. Palatinus  
autem Moldauia Regi cōmeatum pabulique necessaria & vniuerso exercitui, se sup-  
peditaturum promisit. Rex itaque falsis eius promissis fidem adhibens, vbi in Vala-  
chiam exercitum induxit, ad Palatinum, vt promissis stare: contra Turcasque expedi-  
tionem secum adornaret, misit. Ille verò perfidus respondit: Caueat sibi Rex à Turcis  
vel ab alijs, quod ausus sit in ditiones meas, me in scio venire. Rex verò secundò & ter-  
tio eum admonuit, vt promissa persolueret: sed Palatinus hæc flocci pendebat: qua de  
causa Poloni iniuste exacerbati arma quæ in Turcas parauerant in suos conuerterunt.  
Soczauamque Valachia Metropolim obsederunt: quam grandioribus machinis bel-  
licis admotis oppugnarunt. Sed Vladislaus Rex Hungariæ inter Regem fratrem suum,  
& Palatinum inimicitias per legatos composuit. Foedere itaque alterutrum firmato:  
Rex infirmitate, partim ex aduersa fortuna: partim ex nimijs curis correptus, in Polo-  
niam cum vniuerso exercitu reuertitur. Cumq; in medituliū syluæ amplissima (quæ  
Bukouia, à faginis arboribus dicitur,) penetrarent: vbi arbores succisæ erant, Step-  
hanus Palatinus Valachia foedifragus: contra ius diuinum & humanum, à fronte & à ter-  
go armata manu in Regis copias irruit, ingentiq; & cruenta clade Polonos inopina-  
tos oppressit, captiuorumque multitudinem abduxit. Inter quos Insigniores erant,  
Nicolatus

Nicolaus Palatinus Rufsiaë, Gabriel Comes à Tenczin, Ioannes Zbigneuius Capitanei Mariëburgensis filius, & alij complures qui sanguine suo vitam Regis redimerunt. Vbi adhuc signa huius cladis infœlicis offa videlicet albëtia in hac sylua ipsemet vidi, cum Magnificus Dominus à Lasko: Palatinus Siradiaë, Despotam Heraclidem in occupanda Valachia iuaret, in cuius castris ego peditum præfectus fui: anno Domini 1562. Sed ad rem redeo.

Anno Domini 1493. Mense Ianuario, & Februario tantus calor, quod in illis regionibus mirum est, in Polonia extiterat, vt pomeria florent, aues nidificarent: graminæque pulcherrimè virescerent. Postea mense Marcio tanta frigora subsequuta sunt, vt hæc omnia gelu arrefacta marcescerint.

Anno sequenti iuxta Cracouiam in villa Czarna dicta, mulier quædam puerum cum Leporino collo, & auribus peperit: qui ore aperto hiabat. Non multum post, altera mulier serpentem cum puero edidit: qui serpens puerum ad intestina vsque corrofit.

Anno Domini 1499. Cracouiaë Iudea mulier vitulum bicipitem peperit, qui vnū caput in cauda, aliud verò in principio habebat: cauda verò in tergo sita erat, pedes septem in dextro latere: in sinistro verò nullum habebat: multo tempore extra Cracouiam hoc monstrum, vt ab hominibus videretur expositum erat.

Anno Domini 1501. Albertus Rex Cracouia in Prussiam profectus, Toruniaë apoplexia correptus extremum diem clausit. Actatis suæ 41. anno, Regnavit octo annis totidemque Mensibus.

ALEXANDER.

**M**ulta laborati hoc recinunt de Rege libelli,  
Quam duri proptus Martis ad arma fuit.  
Nil illum morbi, nil frigora sana monebant,  
Vt non inceptum perficeretur opus.  
Sapius in sano compressit Iazigas arcu,  
Et dedit horrenda millia multa neci.

Indigna vlciscens seu periuria Mosci,  
Illius constans abstulit vltor opes.  
Nec tantum bello studuit, sed legibus æquis,  
Subiectam patiens est moderatus humum.  
Illa ducis laus est certo verissima magni,  
Qui sacra, qui iustum cum pietate colit.

**A**nno à Christo nato 1501. Alexander Magnus Dux Lituaniaë, fratri Alberto in regiminæ successit. Postea anno Domini 1506. expeditionem in Valachia adornauit, multasque arcès ad Tyram fluuium sitas sub Valachis expugnauit. Eodem anno in Lituania profectus, Vilmæ infirmitate correptus est. Interea verò Tartarorum 20000. populabundi in Lituania excurrerunt: cõtra quos Rex Stanislaus Kiskam Lituani cum armata manu destinauit: ipseque sua persona semiviuus ferè exercitum sequutus est, recensitisque copijs in Lida arce remansit. Lituani igitur inopinatè in Tartaros securos, ad Kleczo oppidum ingenti impetu irruerunt, quos ad vnum cruenta clade fuderunt, & spolia, captiuosque abegerunt. Quæ victoria cum Regi iam animam agenti nunciaretur: ille quamuis beneficio linguæ priuatus, manus tamen in altum extollens, suspiransque cum lachrimis Deo gratias egit, omnibusque circumstantibus manum porrigens, ad superos commigtauit: anno ætatis suæ 45. Vilmæ vbi & sepultus quiescit: quatuor annis, & mensibus octo Polonia regni scepra tenebat. Magno verò Ducatui Lituaniaë 14. annis præfuit.

SIGISMUNDVS PRIMVS.

**C**um iurarat atrox deuictõ Glinscius hoste  
Suspectam, pulsa suspitione, fidem.  
Qui caperet Regni post mortem fratris habenas,  
Tota Sigismundum terra Polona cupit.  
Hoc, qui Magnatum tunc nemo tenatior æqui,  
Maior consilijs, & pietate foret.

Dos Regum decorabat eum clementia, solus  
Deq; Iagelona stirpe superstes erat.  
Prostravit fretum numerofo milite Moschum,  
Millia quo bello bis cecidere decem.  
Quãtus amor populog; suo, externisq; Monarchis,  
Tantus erat Turcis, & tibi Theuto tremor.

**A**nno Domini 1507. Curato sumptuosè funere Alexandri Regis, Sigismundus frater eius Dux Glogouia, & Opauia Capitaneus Generalis, Magnus Dux Lituania regni gubernacula suscepit. Hic lapsam ferè Rempub. Polonam humeris suis erexit, qua rectè constituta, & vndique pacata aduersus Moschouia Principem Basilium armatas copias duxit, Tartaris Præcopēsibus in auxilium sibi acceptis: arcēsque plurimas expugnanit, & suorum præsidijs muniuit.



Eodem anno Tartari in provincias Russiae excurrerunt, cōtra quos Castellanus Leopoliensis, cum quingentis equitibus Polonorum profectus, gētem barbaram auspice Deo inopinatè oppressit, & profligauit, spoliāque abegit.

Anno 1509. Palatinus Valachiae foedifragus in Russia armata manu excurrit: Leopolimque spoliavit vnde thesauros plurimos abstulit, Rohatiniā arcē deditione cepit, de Polonorumq;

contra se expeditione audiens in Valachiam aufugit: quem Poloni insequuti, damna in Valachia ferro & igne nullo obstante: (ipse enim Palatinus in abditis sylvarum latitabat) maxima intulerunt. Hasque munitiones, Dorochiniam, Sczepanouice, Czarnouicze, Botufaniam, Chocimiam ceperunt, Soczauam Metropolim regionis grauitè oppugnarunt: sed re infecta multimodis spolijs onusti, vniuersa regione peruaftata, ad sua reuertuntur. Cumque Tyram siue Nestrū fluiuium trajcerent, Valachij nafta occasione è syluis ad pugnādum instructi errumpunt, cum quibus equitatus aulae Regie qui adhuc in hostili ripa remanserant, manus acriter commiserunt, à tergoque hostium aliquot cohortibus Polonorum clandestino transmissis omnem exercitum Valachiorum fuderunt.

Postea anno Domini 1512. Tartari Præcopenses stipendiarij Regis, in 24000 equitum in Russiam excurrerunt, ad Viskiouiūque in Podolia castrametati sunt, ad quorum vim reprimendam Poloni & Lituani expeditionem susceperunt: certamenque acre cum eis commiserunt, & in vna ala Polonorum ad castra hostium vbi captiui Polonorum Lituānorūque erant; penetrarunt: captiuos soluentes, ad arma excitarunt. Statim igitur captiui soluti à tergo, illi à fronte in Tartarorum ordines solutos irruerunt: quos paruo negotio fuderunt, & celebrem victoriam impari Marte obtinuerunt.

Anno 1514. Sigismundus Rex audiens Smolensko arcem munitissimam in ditione Lituānorū à Moschouia Duce Basilio captam, exercitum ad vlciscendum hostem duxit. Moschus verò 8000 equitum contra Regem destinauit: Polonorum autem, & Lituānorū copiae 35000 non excedebant. Constantinus itaque Ostrouski Dux, exercitus strato ponte pedites vltra Boristenem iuxta Orsham oppidum transfert. Equitatus verò augustum vallum sub ipso castro Orshae superat. Mox vbi dimidia pars exercitus Boristenem transfret, nunciatur Ioanni Andree Celadin cui summa rerum à Moscho commissa erat, vt hanc exercitus partem inuaderet. At ille respondit: si partem hanc exercitus oppresserimus, quid postea faciemus: cum cæteri metu perculsi terga vertent, expectemus tantisper dum totus exercitus transferatur: tantæ enim sunt

Moschouia  
depradatur.

Tartari  
profligati.

Valachia  
Poloniam  
lospitat.

Poloni  
Gl.  
scuntur,  
Valachos  
egregie.

Valachi  
adueniunt  
à  
Polonia.

Tartari  
in  
Russia  
grassantur  
Poloni  
vni  
phatur  
de  
Tartari.

Expedio  
Regis  
contra  
Moscho  
vni  
Duce  
Constantinus  
Ostrouski.

Andreas  
Celadin.

sunt vires nostræ, vt circumuentos hostes Moschouiam vsq; velut iumenta agere possimus, tandem quod vnicum restat totam occupemus Lituaniam, signa itaque vtrunque canuntur, Moschouitæ primi in Lituanos impetum faciunt: illi haud timidi strenuè resistunt. Postremò maxima vi certatur, Lituani studio cedentes ad collè vbi tormenta collocata erant: ea in Moschos insequentes exonerant: extremamq; aciem eorum in subsidijs collocatam feriunt, turbant, dirimuntq;: hoc nouo belli genere Moschi perterriti terga vertunt, quos Lituani cum Polonis conuersi omnibus copijs effusis insequuntur, fugant, confodiunt, cæduntq;e, bellum sola nox dirremittit. Est inter Orsham & Dubrounam, fluuius Cropsiuna dictus: in cuius dubijs & altis rippis Moschi fugientes, tot submersi, vt cursus fluminis impediretur. Capti sunt in eo conflictu omnes militiae Præfeti, & Consiliarij, qui ad Regem missi sunt. Ioannes verò Celadin supremus Dux exercitus cum duobus præcipuis viris, Vilnæ in compedibus ferreis detinebatur. Cæsa sunt tunc temporis Moschorum 42000. capti 2000. exceptis ijs qui in fuga aquis obruti sunt. Ex Polonis & Lituanis 300. duntaxat occubuere, ab hoc tempore Moschouie Dux campestre prælium nõ audet Regis Poloniae opponere, Moschouitæ Principes accepta suorum clade, Smolensko continuò relinquens in Moschouia fugit, Lituanicus verò exercitus Smolensko obsedit: sed eam capere non potuit, benè enim firmatam Moschus reliquerat: tribusq;e alijs castris citra Smolensko occupatis, quibusdam peruastatis præda onusti ad sua reuersi sunt.

*Certamen  
acriè cum  
Moschouitæ.*

*Moschouitæ  
crudeliter  
prosequuntur.*

*Numerus  
Moschorum  
occisorum.*

*Moschus  
fugit.*

*Smolensko  
obsidetur.*

Anno Domini 1515. Mense Iulio, Sigismundus Poloniae, & Vladislaus Hungariae Bohemiaeque Reges, fratres germani, cum Maximiliano Imperatore Viennæ Austriæ conuentum insigni splendidoque apparatu habuerunt.

*Conuentus  
Regum Po-  
loniæ &  
Hungariæ  
cum Impè-  
ratore.*

Tandem anno Domini 1518. Bona Ioannis Sfortiæ Ducis Mediolanensis filia. Sigismundo Regi, Cracouiam allata est: cui Episcopi, Magnates, Equitesque Polonorum, insigni ac splendido apparatu obuiani processerunt, Hæc anno Domini 1520. filium Sigismundum Augustum Cracouia in absentia Regis peperit.

*Bona Du-  
cis Medio-  
lani filia  
Sigismundo  
nuptia.*

Anno 1525. Albertus Marchio Brandenburgensis, Magister in Prussia ordinis Teutonici, post plurima bella & simultates cum Polonis susceptas, videns frustra contra stimulum calcitrare, Regni Poloniae Sigismundo iuramentum Cracouia solenniter præstitit, habitumque ordinis abiecto in Ducem sæcularem Prussiae creatus est.

*Magister  
Prussiae or-  
dinis Teu-  
tonici Re-  
gis iugum  
ubii.*

Postea anno Domini 1526. decedentibus immature ætate Stanislao & Ioanne Ducibus Masouia: Ducatus Masouia Regi Poloniae cessit.

*Masouia  
Polono re-  
gi cessit.*

Anno Domini 1530. Sigismundus secundus Augustus patre viuente sacro Diademate solenniter Cracouia coronatur, decem duntaxat ætatis suæ annos habens.

*Sigismundus  
Augustus  
suo cor-  
natur.*

Anno 1531. Petri Palatinus Valachia infestis armis in Pokuciam irruit, Snijatinq; & Coloniam cum adiacentibus pagis exussit. Rex itaque sex millibus militum pro stipendio conscriptis, Ioannem de Tarnouia Comitem eis præfecit, contra Valachiosq; destinauit. Poloni igitur ad Obertinam castra metati sunt, in loco munitissimo. Petri verò Palatinus Valachia cum quinquaginta millibus Valachiorum, & Turcarum atque Hungarorum in colle editiori sese apparuit: tormenta que bellica aliquot in Polonos direxit: nihil tamen effecit. Postea vtrunque tormenta exoneratur, plurimosq; Valachiorum Poloni globis glandibusque ferreis trucidant. Inde infestis armis maximo clamore vtrunque concurrunt, gladijs, lanceis, omni que telorum genere res geritur. Poloni fortitudine, Valachij multitudine superabant. Postea Poloni tormenta, bombardasque in Valachos exonerant: exercitumque eorum sudunt, dissipant, & vndique affligunt. Sicque Valachij ordinibus solutis terga vertunt, quos Poloni omnibus copijs effusis insequuntur, fugant, cædunt, turbant, trucidantque. Itaque omnis generis rerum copia ex castris eorum onusti, quinquaginta maioribus tormentis ablatis, millique captiuis insignioribus abductis, ad Regem reuersi sunt cum insigni victoria.

*Valachia  
Poloniâ  
infestat.*

*Acerrimè  
fictus.*

*Poloni Va-  
lachos pro-  
fligant.*

Anno Domini 1532. in Morauia supra Olomunciam tres soles apparuerunt.

*Tres soles.*

Anno 1535. Quæzina tutor Gubernatorque moderni Ducis Moschouia, valida ma-

Moschouia  
re Litta-  
nia Vastia.

Poloni in  
Moschouia  
contendunt

Starobud  
capti...

Sigismundus  
aus mortu-  
us.

Melstinski  
Christi  
fave finxit

Latrocinium  
in imagine

Exorcismos  
supra la-  
pillos.

nu in Lituaniam excurrit, quam igne & ferro peruastauit, quindecim miliaribus à Vilna reuersus est. Rex itaque Poloniae milites stipendiarios, voluntariosque, quibus Ioannem de Tarnou praefecit, in Moschouiam destinauit, cum quibus Lituani vires suas coniunxerunt, sineque hostiles ingressi arcem Homel expugnarunt, suisque praesidijs munierunt. Inde recta ad Starodub arcem munitissimam, in qua Owczina, Suyfki, & Koluczow caeterique Proceres Moschorum erant, contendunt: eamque grauiter tormentis bellicis adactis oppugnant. Moschouiae quoque quorum numerosa multitudo in arce fuit strenue sese defendunt. Arx ex roboribus aedificata terraque & lapidibus propugnacula, & parietes impletae erant: ideo tormenta in cassum exonerabantur. Postea pulueribus, bombardarijs suppositis, arcem infenderunt: thesaurosque ingentes quibusdam flamma absumptis asportauerunt. Owczina Gubernator totius Moschouiae, Suijski, Koluczow, caeterique Magnates & proceres Moschouiae capti sunt. Vulgi vero multitudo exercitum Regium numero 60000. superabat: qua de causa Ioannes Comes de Tarnow, supremus Dux exercitus, omnes senes, plebeios, & paru idoneos decolari iussit, iuuenibus, nobilebusque & virginibus relictis.

Anno Domini 1548. Sigismundus Rex multis gestis praclaris summa cum laude strenue editis, imperioque in pace relicto, & Reipub. rebus recte dispositis, vitam cum morte foeliciter commutauit, ipso die solenni Paschae aetatis suae 81. annos, menses duos, & dies septem peregit, Cracouiae in Basilica arcis honorifice 26. die Iulij sepultus.

Martinus Bielcki Polonus, qui annales Polonorum vulgari lingua conscripsit: facit mentionem, in principio imperij huius Sigismundi primi: Nobilem quendam Iacobum Melstinski, praetorem de Brezinij ciuitate, ex leuitate quadam animi, seu potius desperatione, nomen autoritatemque Christi sibi asciuisse, Petrumque Zatorfki ciuem Cracouensem, ceterosque sibi similes latrones duodecim, secundum numerum Apostolorum elegisse: singulisque nomina Apostolorum imposuisse: se vero Iesum Christum appellasse. Qui per villas ubique ambulantes: prodigia, morionum, & praestigiarum more exercebant: sicophantasque alios, & latrones velut mortuos subornantes suscitabant: pisces in paludes lutosas primo impositos, ubi nunquam eos nasci possibile erat, in nomine Christi sui manibus capiebant: panes in fornaces imponebant: in nomine Christi cum illic ante non essent, depromebant: cum ingenti simplicis vulgi admiratione. Quodam tempore ad Cestochouiam Monasterium diuae virginis imagine celebre, praedictus Christus cum suis Apostolis ubi adhuc ignotus erat venit, cumque illic aliquot diebus morarentur, vnum ex suis quasi ab se sum à daemone subornauerunt: cuius opera victum acquirebant, cum sua coquina carerent: ille enim quasi daemophoretus per hospitia, diuersoriaque ambulans, carnes de coquinis rapiebat, in suosque proieciebat, qui cruce illas munientes carnes comedebat. Illic autem ingens erat confluxus populi tunc temporis ad diuae virginis imaginem, quae ibi perinde, vt apud nos in Loreto miraculis celebris est. Praedicti itaque sicophanta, illum obsessum suum, ad altare diuae virginis ducunt: duplici veste ad id studio praeparata indutum, in cuius intercapedinem necessaria imponere possit: lapillos vero intra indusium à corpore ei imposuerunt, cumque ad altare deduceretur, ille è manibus ducentium furibundus, sese proripiens, in altare oblationibus pecuniarijs onustum irruit, pecuniasque de altare rapiens in vestis duplicatae intercapedinem eas imponebat. Monachus vero ab altari diuino officio intermisso aufugit: caeteri Monachi stupidi accurrentes cingulum illius resoluunt, putantes eum pecuniam intra indusium posuisse: sed lapilli duntaxat quos ante studio imposuerat. in terram exciderunt: pecunia vero in veste duplicata remansit. Monachi igitur moesti pecuniam arte daemone in lapillos transformatae putantes, exorcismos, orationesque supra lapillos sine intermissione fundunt: vt deinde in pristinam formam transformarentur: sed cum lapilli immutati in sua forma perseverarent, Monachus librum Agendam (vt dicitur) indignabundus in terram proiecit dicens: adhuc talem daemone nunquam experti sumus: abite cum eo ad omnes daemones. Hoc latrocinio praedicti sicophantae perpetrato, cum illa pecunia recta in Sile-

fiam vicinam Poloniae perrexerunt, simplicem vulgum suis praestigationibus seducen-  
 tes, ubi ad quandam matronam nobilem, in quodam pago diuertentes, dicunt ad  
 illam: Christus te cum suis Apostolis visitat o mulier, ideo te offer illi, & saluabitur a-  
 nima tua. Illa vero virum domi non adesse, in cuius absentia id sibi non licere, respon-  
 dit. Cui Apostoli dixerunt: Habesne mappas vel telam ad sacrificandum: mulier vero  
 ligaturam telae illis obtulit. Qui dixerunt, hanc nobiscum accipiemus, Christusque ti-  
 bi benedicet, ut tibi linum abundantius crescat, ostende aliam si habes telam: quam  
 cum similiter accipere volebant, mulier dixit: non dabo vobis hanc: maritum enim  
 timeo. Illi autem frustulum fomitis cum igne in telam inuolentes mulieri reddide-  
 runt: quam illa nihil suspicans in cistam reposuit. Itaque cista a tela, a cista vero domus  
 accensa in flammam abiit. Vir igitur illius vxoris reuersus domum, conflagrantem in-  
 ueniens: causam sciscitatur, cui vxor se male Christum cum suis Apostolis tractasse re-  
 spondit: ideo hanc plagam iniuste in se permisisse. Vir autem ira exandescens, latro  
 hic inquit nequissimus, & non Christus fuit. Ideo cum vicinis malefactores persequi-  
 tur, quos in quadam villa insequuti sunt. Ille itaque pseudochristus reanimaduersa ad  
 illum qui vocabatur Petrus dixit: Petre iam mea passio, calixque quem bibiturus sum  
 appropinquat. Cui Petrus: Et mihi ut video Domine imminet. Christus vero dixit: Pe-  
 tre ego aliter non possum, nisi per fenestram hinc euadere. Ad quem Petrus: Et ego te  
 quoad viam non derelinquam Domine, sed quocumque tu fugieris, sequar te. Sicque  
 ille Christus per fenestram, Petro sequente aufugit: ceteri quoque Apostoli qua po-  
 tuerunt euaserunt. Quos villani vna cum suo Christo insecutos, & vndique circum-  
 uentos baculis, fustibusque praestis cadunt, dicentes: Prophetisa nobis Christe cum  
 tuis Apostolis, qua in sylua hij baculi creuerint. Sicque plagis emendati vitam suam  
 poenitentiam agentes, postea emendarunt, dicentes: Difficile est nobis Christi passio-  
 nem, Apostolorumque tormenta subire.

Aliud la-  
 trocinium  
 Pseudochri-  
 sti.

Fuga Pseu-  
 dochristi

Pseudochri-  
 sti cum A-  
 postolis bac-  
 ularur.

SIGISMUNDVS AVGVSTVS.

**A**Nno salutiferi virginis partus 1548. iustis Sigismundo primo honorifice sum-  
 ptuoseque persolutis, Sigismundus Augustus, filius eius Magnus Dux Litua-  
 niae: Regni habenas moderandas suscepit, quas summa cum prudentia & for-  
 titudine in pace gubernauit.

Sigismun-  
 dus 2. Aug-  
 gustus.

Hic anno Domini 1543. Ferdinandi Romanorum Hungariaeque & Bohemiae Re-  
 gis filiam Helisabetam, matrimonio sibi copulauit, quae Cracouiam honorifice al-  
 lata est. Postea immatura aetate & sine prole anno Domini 1545. decima quinta Iulij e  
 viuis decessit.

Prima u-  
 xor Augu-  
 sti.

Deinde Barbaram Lituanam ex domo Radiuilorum, quae ante Gastoldo Lituano  
 nupta fuerat, duxit. Inuita matre Regina Bona, Proceribusque Poloniae repugnanti-  
 bus, hocque matrimonium indignè ferentibus, & parum abfuit quin rebellio eorum  
 coepta in perniciosam seditionem abiisset. Haec quoque non multo post e viuis subla-  
 ta est sterilis: non sine veneni suspitione, quam Rex Cracouia, Vilnam vsque Metro-  
 polim Lituaniae deduxit, ibidemque in Basilica arcis diuo Stanislao Sacrata, honorifi-  
 cè rumulauit.

Secunda  
 uxor.

Hac mortua ad redintegrandam cum Ferdinando amicitiam, & affinitatem couer-  
 sus, alteram filiam eius Catherinam, quam Franciscus Dux Mantuae viduam relique-  
 rat, germanam sororem Helisabetae duxit. Nuptiarum solennia celebrata sunt Craco-  
 uiae 31. Iulij anno Domini 1553. quam postea sterilitate causata repudiauit: Maximilia-  
 noque fratri Romanorum Imperatori in Germaniam honorificè remisit.

3. uxor.

Tandem anno Domini 1557. iustissimum bellum aduersus Guilhelmum Furtem-  
 berk, Magistrum Liuaniae ordinis Teutonici suscepit: centenisque millibus equitum  
 & peditum electorum, tam Polonorum quam Lituanorum Rutenorumque accin-  
 ctus, in Liouiam sua persona contendit. Sed Liouiae Magister difficilè contra stimu-  
 latus.

Augustus  
 contra Li-  
 uones con-  
 tendit.

lum calcitrare videns, supplex pacem efflagitat, præliumq; depræcatur, & se cum vniuerso ordine, & tota ditione in fidem & clientelam Regis submitit, prout latius in Liuoniæ descriptione patet.

Tandem Princeps Moschouæ anno Do. 1558. hæreditarij cuiusdam iuris & denegati tributi prætextu numerofo cum exercitu in Derptensem Liuoniæ prouinciã excurrit, Derptamq; ciuitatem Episcopalem cum arce cepit, ac plures munitiones temporis successu expugnauit. Itaq; Sigismundus Augustus Rex, Liuones feudales & clientes suos strenuè propugnando bellum (pio dolore stimulatè) cum Moschouæ Magno Duce suscepit, quod vario Marte tam in Liuonia quam in Russia alba, diu durauit, & in hũc diem fœdere intercedente perseverat.

Anno Domini 1562. sub tẽpore Carnispruij Februarij 23. die, Ioannes Basiliades, Magnus Dux Moschouie, trecentenis millibus armatorum coadunatis in sua perzona Poloczka dura oppugnatione cepit, vnde thesauros dictu incredibiles, captiuorumque octuaginta millia quibusdam cæsis, in Moschouiam abduxit. Iudæos verò omnes baptismum abhorrentes, aquis Dvinae fluij submergere fecit. Solũmodò Polonos stipendiarios remuneratos, liberos dimisit.

Postea anno Domini 1564. Magnus Dux Moschouæ, detentis oratoribus Lituanorum, diutius in Moschouia, exercitum celeriter conscripsit, quem absolutis oratoribus in Lituaniam populabundum destinauit. Hic exercitus in duas partes diuisus vnus à Smolenko Duce Srebrnij, alter à Poloczka Duce Soiski contendebat, qui in cæpis Czafniciensibus ad Vlam fluium castrametatus est. Nicolaus verò Radiuil Palatinus Vlnensis, Dux exercitus Lituanie supremus, & Gregorius Chodkiewicz, Campiductor, rem certam ab exploratoribus de illis tenentes, parua manu hostes aggreduntur, securusque & inopinatos cadunt, trucidant, confodiunt, fugantque: qui per syluas & agros paludes, partim à colonis cæsi, partim aquis submersi sunt, quorum triginta millia occisa esse compertum est. Ibidem Petrus Soiski supremus Dux exercitus Moschouitici vulneratus fuga euadens, à Rustico securi (cum magno dolore Lituanorum, quod viuus nõ caperetur) occiditur, Vlnam delatus honorificè in Rutenorum Basilica sepelitur. Alius verò exercitus, qui à Smolensko ad Orsham cum Duce Srebrnij contendebat, audita suorum cruenta, infortunatè clade, metu perterriti, omni bellica ipsaque copiosissima suppellectilè abiecta, in pedes sese coniecerunt: turpique fuga saluti suæ consuluerunt.

Anno Domini 1564. ipso festo diuæ Margarete, Magnificus Dominus Stanislaus Pacz Archidapifer Sacræ Regiæ Maiestatis Magni Ducatus Lituanie, ac locum tenens



Bellum cũ  
Moschorũ  
Duce.

Dux Mo-  
schouia Po-  
loczkam  
cepit.

Moschouie  
se fuderunt

Soisks occi-  
ditur.

Srebrnij  
fugatur.

tunc temporis Palatinus Vitebliensis, collecto ex Vitebliensi Palatinatu exercitu, adiuncta curia sua, & duobus centurionibus, alijsq; cohortibus, quibus præfecerat Duce, Isidorum Signiferum Vitebliensem, & Ioannem Snieporod tenentarium Vitebliensem, hi in armatura leui duorum millium, contra hostem Moschum, qui tunc temporis arcem Iezciriscza tredecim millibus armatorum grauius oppugnabat, processerunt, manusque acriter conseruerunt, & hostium perrupta acie tormēta obtinuerunt: vltiorēque exercitum qui fugam cœperat, insequuntur, trucidant, verberant, cōfodiunt, nonnullos captiuant: octoque millia Moschorum cæsa, cæteri armis abiectis quoquo potuerunt fuga saluti suæ consuluerunt. Nostri verò omnem suppellectilem bellicam, & vniuersa hostium arma, tormentumque magnū: tela ignea, vexilla, bombardas, & id genus alia abstulerunt, & ipsi Dei benignitate sani & incolumes spolijs onusti paucis in conflictu desideratis, ad Vitepskam redierunt. Georgium autē Tommak Dux exercitus hostilis vix euasit, qui postea viribus resumptis, eandem arcem Iezciriscza acerrima oppugnatione, & igneis telis expugnauit.

Moschonia  
ta sternuntur.

Postea aliquot annis vario Marte vtrinque certatum est, magnis & paruis congressibus, arces quoque alterutrum tentatæ & Dux Romanus Sanguiko Campiductor exercitus Lituanici vires Moschorum debilitauit: paruaq; manu magnas copias hostiles sæpius fudit. Sussam & Vlam arces Moschouiticas sæpius tentauit.

Dux Romanus  
manus.

Anno Domini 1567. 16. Septembris, nostrates ex Vitebska in Sitno lacu Moschorum trecentos occiderunt, bombardas 120. pulueris, globorumque multitudinem, & spolia abstulerunt. Eodem anno, pedites nostri ex Vitebska 12. Decembris, sub arce Vielis multos Moschos prostrauerunt, cæteri ex ijs fugientes in Duna fluuiio submersi sunt. Duo nobiles Alexius Simiczow, & Bachdanus Hreori cum multis alijs captiui abducti.

Sitno lacus.

Moschonia  
ta cæsi.

Tandem anno Domini 1568. Sigismundus Augustus Rex, conscripto validissimo exercitu, ipsoque electissimo plusquam centum millium cum tormentis, & omni suppellectili bellica sufficienti sumptuosaque, in Moschouiam sua persona tendere proposuerat, ad Rodoskowiczeque à Wilna 24. miliaribus progressus, ibidem castrametatus, aliquot hebdomadis transactis, re infecta exercitus parte dimissa, ipse Grodnam reuersus est. Stipendiariorum militum, equitum, & peditum copias, cum tormētis magnis muralibus, ad Vlam arcem Moschorum expugnandam destinauit, quibus Illustrem Dominum Ioannem Chotkiewicz, Capitaneum Generalem Samogitiæ, virum militiæ peritum, & in bellis de Carolo quinto optime meritum præfecit: sed quamuis arcem grauius strenuèque oppugnarent, auxilio obsessis adueniente, re infecta obsidionem soluere coacti sunt, quam postea Dux Romanus Sanguisko inopinata irruptione cœpit & exussit: anno Domini 1568. 28. die Septembris. Hostium maior pars cæsa, cæteri combusti, quidam in Duna & Vla fluuijs, qui eam præterfluunt fugientes naufragio perierunt: pauci captiui abducti, ex nostris aliqui vulnerati, spolia magna, exuias, pecuniæ argenteæ multitudinem, & tormenta aliquot abstulerunt, & cætera multa instrumenta bellica. Victus maior pars combusti, arcem ipsam nostri occupauerunt, quam & nunc suis præsidijs tenent, attamen longè à priori structura, (vt eam Moschouitæ firmauerant) differentem. Hanc nos anno Domini 1564. cum eam in primis Moschouitæ ædificare cœperunt obsideramus, nihil tamē nescio cuius causa (alter iudicet) effecimus, quamuis in strenua peditum oppugnatione quidquā defuerit. Ibi Nicolaus Venetianus Rotmagister peditum in Leplo, glandæ bombardæ ictus strenuè officium suum adimplens hebdomada elapsa in Vitebsca occubuit. Ego quoque cum peditibus Rotæ meæ tormenta defendens, vndique hostili manu ex arce errumpente circumdatus, vim impetuofam sustinere non valens, vix de manibus ferè hostium, armata manu euasi.

Expediit  
in Raschowice Regis

Vla obsessa

Vla capta.

Venetianus  
nos occisus

Eodem anno 1568. Nostri pedites Viteblienses nocturna irruptione inopinata iuxta Vielisam arcem Moschouiticam exusserunt, hostiumque 300. occiderunt, & spolia magna abegerunt. Ianuarij 5. die.

Vielis cæsa  
suo.

Viciat di-  
repta.

Postea 7. Ianuarij, iisdem pedites nostri sub arce Moschouitica Viciat, ciuitatem septis penetratis, perfractisq; exusserunt, multis occisis bombardas & spolia exuuiasque multas abstulerunt, parum abfuit, quin arcem ipsam caperent.

Kozacy.  
Corsari.  
Freibueri.

Eodem tempore Ianuarij 18. Birula cum suis peditibus (qui vulgo *Kozacy* dicuntur, id est, qui hostem furtiuè & inopinatè adoriri solent, Italice Corsari, Germanice Freibiteri dicuntur, qui in mari latrocinantur: sed Rutenis huiusmodi *Kozacy* dicuntur, qui vias hostium circumfidet, & furtiuè inopinatèque interdum decem *Kozacy* prædicti, ad centum Moschos ex insidijs irruunt, inopinatosq; trucidant, ex Moschouia terra à Ducatu Biela magnis spolijs onustus, cū captiuorum multitudine Vitebskã redijt.

Viciat ann.  
Sa.

Tandem 28. Ianuarij nostrates pedites ex Vitebska & Surasa arcibus, cū equitibus Domini Palatini Vitebliensis Paczi, Viciatam circumusserunt, errunpentes hostes ex arce cum Rotmagistro eorum Poluiato occiderunt. Aulicos quoq; Magni Ducis præcipuos triginta, cum trecentis equitibus ad præsidium arcis ferendum eadem nocte venientes, inopinatos in ciuitate fuderunt, cæteris fuga dilapsis. nondum enim in arcem quod intempestiuè venerint, intromissi erant, Ioannem Michaelis Holouinum insignem virum, Magni ducis Pincernam captiuum multis spolijs onusti Vitebskam adduxerunt.

Ceprius in  
signis.

Eodem anno 27. Maij die, in festo Ascensionis Domini, nostrates ex Moschouia cū magnis spolijs & exuuijs venerunt. Rotmagistrum cum vxore & septem nobiles, cum multis alijs captiuos adduxerunt.

Viciat ann.  
Sa.

Eodem tempore 29. Augusti Viteblienses nostri, ciuitatem sub arce Viciat exusserunt, captiuisq; & exuuijs onusti, Vitebskam redierunt. Huiusmodi autem excursions innumeras nostri pedites Viteblienses cum maximo damno hostili quotidie, dies noctesque exercebant, propter suam vtilitatem, videlicet, spolia enim magna referebant. Arcium reliquarum finitimarum excursions taceo, nisi huius mentionem facio, cuius ipse præsidia egi.

Tartari  
Nahaseem.  
Jes. in Sere  
mice Viteb  
skam oppu  
gnant.

Anno supradicto 1568. Septembris 29. die in festo Diui Michaelis Archangeli noctu diem veneris præcedente, Moschouitarum cum Tartaris Nahaicensis Horde, sex milia numero, sub Vitebskã venerunt, quibus prærant tres Palatini præcipui, Seremiet, Basilius Buturlin, & Hreori Szoborow, duobus diebus sub arce exactis, ciuitate in duobus locis succensa nocte tertia sequente discesserunt.

Postea per legatos, oratorisque generales, Magnus Dux Moschouia & Rex Polonia, foedus ad tres annos vtrinque percusserunt. Legati nostri anno Domini 1571. Varsouiam ad Regem ex Moschouia foedere cõfirmato redierunt, ex Polonia Palatinus Ino Bladislaiensis, ex Lituania Castellanus Samogitia.

Sigismundus  
dux Augu-  
stus Rex  
moritur.

In hoc foedere anno Domini 1572. Serenissimus, Inuictissimusque Rex Polonia Sigismundus Augustus, Magnus Dux Lituania, Russia, Prussia, Masouia, Samogitia, Liuania, &c. Dominus & hæres, pacis in tota vita sua amantissimus, verèq; Christianissimus appellandus obdormiuit in Christo, Julij 18. die Knyssinia, in confinibus Lituania, & Podlassia, Masouiaq; Interregnum per integrum annum pacificum, & Diuina ferè protectione communitum, contra spem omnium, nullo finitiorum hostium ne quidam mustitante durauit.

Inter regna Regni Polonia fuere nouem à Lecho primo authore & propagatore gentis, ab anno Domini, vt quibusdam placet 550. vsque ad hunc annum currentem 1572. in quo naturæ debitum persoluit prædictus Inuictissimus Princeps Sigismundus Augustus.

Primum inter regnum post Lechij deficientem progeniem in Polonia exitit, cui postea incerto tempore Visimirus, secundum quosdam, Visimiro autem Cracus successit.

Secundum inter regnum post Vandam Craci filiam, quæ dijs virginitatem deuonens, victo tribus cruëtis prælijs, Ritagora Duce Germanorum, in Vistulam sese precipitauit, postquam duodecim Palatini prouincias distributas rexerunt.

Tertium

Tertium interregnum cum equorum cursu Præmislao sterili decedente, de Principatu decertarent, dum Lesconi infimæ familiæ iuueni Sceptrum obueneret.

Quartum interregnum post Popelum secundum, Crusphiciæ à muribus deuoratum, quando Piaustus ille Crusphiciensis ciuis, & agricola simplex, sed probitate polens, communi omnium consensu Monarcha designatus est.

Quintum interregnum post Miecziſlaum siue Miesconem 2. quando Rixa vxor sua Senatus consensu, Imperium aliquod annis, cum detrimento Regni administrauit, quæ postea ob suam peruersitatem à Polonis iuste in Saxoniam ad fratrem Imperatorem Romanorum, cum Casimiro hærede innocuo exclusa est.

Sextum interregnum post Præmislauum occisum ab Othone Lango, & Marchionibus Brandenburgensibus, quando Venceslaum Bohemorum Regem, ad scepra regenda vocauerunt.

Septimum interregnum post Casimirum Magnum Vladislai Lokietkonis filium, quando Ludouico Hungariæ Regi habenas Regni obtulerunt.

Octauum interregnum post Ludouicum Hungariæ & Poloniæ Regem, quando Iagelonem Lituani, ad Reginæ Heduigis filia Ludouici connubium vocauerunt, cui & Regnum obtulerunt. Huius posteritas ad hoc vsq; nonum modernum interregnum durauit. Sed ad rem vnde digressus sum redeo.

Anno eodem 1572. statim post mortem Regis multi conuentus particulares, nobilium & procerum Regni, Magnique Ducatus Lituaniæ celebrati sunt, de pacificandis finibus tam Podoliæ à Tartaris, quàm Lituaniæ, Russiæq; à Moschouitis, & de electione Regis tractantes. Subinde multi legati & oratores, tam à summo Pontifice Imperatorisque Romanorum Maximiliano, quàm à Rege Franciæ & fratre suo Henrico Andegauensium, & Borboniorum Duce, à Rege Suetiæ, aliisque Monarchis, Ducibus, & Principibus circumiacentibus adueniebant. Omnia tamen in pace Diuinâ protegente clementia, contra spem omnium agebantur.

*Conuentus  
de electione  
Regis.*

*Varijs in  
legationibus*

Tandem anno Domini 1573. in Sabbato magno Paschæ præcedente Tartarorum mille octingenti, cum Ducibus Baca & Sicoza, in Podoliam sub Baram arcem excurrerunt, vicisque aliquod & prædijs circumiacentibus succensis, cum spolijs reuertentes ab aulicis & seruatoribus Buczacij Capitanei Camienecensis, inopinata irruptione trucidantur, confodiuntur, & spolijs abiectis cæteri in fugam conuertuntur.

*Tartarâs  
prestrati.*

Electio incepta est celebrari extra Vistulam orientem versus apud Varsouiam in tentorio magno 7. Aprilis die, vbi omnis Senatus Regni, & Magni Ducatus Lituaniæ de eligendo nouo rege consultabant. Interea Machmet Bassa supremus Constantinopoli, litteras intercessorias per oratorem suum ad Senatum destinauit, intercedendo nomine Imperatoris sui pro Henrico Andegauensium, Borboniorum Duce, Regis Galliæ fratre, in Regem eligendo, multis conditionibus vtilibus Regno proposuit. Hic legatus retentus erat à Buczacio Capitaneo Camienecensi, tandiu donec innotesceretur Senatui. Venit itaque Varsouiam 12. Maij, auditus 17. absolutus. 21. Postea ab ipso Imperatore Sultano Zelim orator Achmet Czaus venit, Imperatoris sui gratiâ, amicitiam & beneuolentiam omnem Senatui denunciâns, rogando sinceriterq; optando, quatenus aliquem ex suis dignum virum, in Regem eligere dignaretur, ex hijs præcipuos proposuit, Iacobum Vchanski Archipræsulem Gnesnensem, Primate regni, Ioannem Fierlei de Dambrouicza Palatinum Cracouiensem, regni Marschalcū, Georgium Iazlowieczki Palatinum Russiæ, Nicolaum Mieleczki Palatinum Podoliæ, quod si id facere tenerint, obnixè rogauit, vt huiusmodi Regē ab extraneis quaererent, qui fœdus & amicitiam cum Imperatoribus Turcarum & Tartarorum auxiliars copias, ad quemuis hostem eorum si oporteret reprimendum. Pro quo beneuolenti auxilio Senatores ei gratias egerunt: dicentes, sibi benignitate Diuina ad quælibet hostem propulsandum vires proprias sufficere, huiusmodique auxilijs minimè egere.

*Electio res  
gna.*

*Orator à  
Bassa Tur  
carum.*

*Orator im  
peratoris  
Turcarum.*

*Legatio  
Turcica.*

Itaque post multas consultationes, Henricum Andegauensium, Borboniorumq;

Ducem, eligendum censuerunt, aliquot Palatinibus Cracouiae videlicet, Sendomiriae, & Podoliae non consentientibus, priusquam sententiae de religione in suo statu concluderentur, & iura, ac leges cum immunitatibus nobilium recte constituerentur: sed in eundem Regem in quem caeteri consentiebant.

Archiepiscopus itaque Gnesnensis, Primas regni, Henricum praedictum Andegauenis Ducem, Regem electum esse denunciauit. Quamobrem commoti sunt Domini Marschalci, & caeteri ordines ad quos hoc officium pertinebat, multiq; re incontinua, domos suas repetere proposuerat. Postea diuina affulgente gratia, dissidijs vtrinque compositis, insimul conuenerunt: Maijque 13. & 14. diebus, pacta & conditiones ad libertatem, immunitates, leges & iura regni, Magniq; Ducatus Lituaniae, cum Legatis Francicis Henrici Ducis statuerunt. quae omnia iuramento solenniter (cuius formam Episcopus Cracouiensis tradebat:) praedicti legati confirmauerunt, & firmiter tenenda, administranda, augendaque semper a Duce suo, Rege futuro promiserunt. His solenniter peractis, omnes & singuli, tam Poloni quam Lituani vnanimiter concordibus vocibus, & suffragijs electum & confirmatum Regem Poloniae, Magnumq; Ducem Lituaniae, &c. supranominatum Ducem Andegauenis Henricum Caroli Regis Galliae fratrem, denunciauerunt, solenniterque confirmauerunt. Quem Ioannes Fierlei de Dabrowicza Palatinus Cracouiensis, Marschalcus Regni Poloni, & Ioannes Chodkiewicz, Capitaneus Samogitiae, Marschalcus Generalis Magni Ducatus Lituaniae Lituaniis, proclamauerunt. Sicq; rebus omnibus conclusis, Varschouiae in Ecclesiam Diui Ioannis, tam Catolici quam Euangelici conuenerunt: concordibusque vocibus vnanimiter, Te Deum laudamus, & alia secundum ritum Ecclesiae Romanae decantauerunt: bombardas & tormenta grandia, ad laetitiam exprimendam explodentes.

Consilio nondum dimisso tabulae electionis confectae sunt. Ad eas in Galliam perferendas, & salutandum Regem Electum delecti tam a Senatu Poloniae, & Lituaniae, quam ab Equestri ordine, tredecim oratores magno nati loco, & singularis prudentiae viri. Legationis Principem locum obtinebat Adamus Conarski Episcopus Posnaniae, eius collegae Albertus a Lasko Palatinus Syradiensis: Ioannes Comes a Tenczin Castellanus Voiniciensis: Ioannes Tomiczki cum Nicolao filio, Gneznensis Castellanus, Andreas Comes a Gorka: Ioannes Herbortus Castellanus Sanocensis, Stanislaus Criski Castellanus Raciaznensis: Nicolaus Christophorus Dux in Olika & Nieswiez, Ioannes Zamoiski Belsensis Praefectus: Ioannes Zborowski Odalanouiensis: Nicolaus Fierlei Casimiriensis: Alexander Prunski Palatinides Kiouiensis: qui petita quidem facultate nondum tamen impetrata per Germaniam transeundi accelerantes in Galliam salui peruenerunt, Parisijs 14. Calendas Septembris foeliciter appulerunt, nullo suorum in itinere relicto, quorum praeter legationis Principes & complures nobilissimos adolescentes, in comitatu erant amplius ducenti quinquaginta: omnesque a Rege Carolo & suis procuratoribus comiter qua cum decebat reuerentia suscepti, omnibus officijs blandè hospitalitatis tractabantur.

Conclusionibus autem & conditionibus vltro citroque alterutrum absolutis & compositis, frequentibus conuiujs lautissime apparatus interuenientibus, Rex electus Henricus omnibus rebus ad tantum iter comparatis, Parisijs valedixit. 4. Calen. Octobris. Abeuntem vniuersa Gallica nobilitas, ciuium omnium turmae faustis omnibus sunt prosequuti.

Rex Carolus proposuerat cum vniuerso comitatu ad vltimos regni fines cum fratre amantissimo progredi, nec prius diuelli, quam ad Germania limites ventum esset: verum in ipso itinere morbo coreptus propositum mutare coactus est: animo & corpore fratris discessum aegre ferens. Rex electus, fratre Carolo amantissimo infirmo relicto, a Catalanorum finibus Nansium peruenit: vbi a Duce Lotaringe Sororio, cum omni comitatu, lautissimo hospitalitatis apparatu exceptus est. Tunc temporis verò duplex gaudium accidit: nam Claudia coniunx Ducis filiam recens enixa erat: cui in sacrosancto Baptismo, Posnaniensem Episcopum, & collegas, Christiano ritu sponsores esse voluit.

Postea

Legati in Galliam.

Henrici Regis Parisijs discessum.

Henrici Regis.

Postea valedictione Sororio data, Henricus ad Imperium citato cursu pergens Blamontum peruenit, vbi cum Catarina charissima matre, & Frãisco Duce Alenconiorum fratre dilectissimo, cum Margaritãq; sorore amantissima, & alijs proceribus Gallia ultimo amplexus est. Eum in Poloniam vsque sedis Romanæ nuncius Episcopus Montisfregalis, & magna nobilitatis Gallicæ caterua, Duces & Comites magnoque in illis regionibus natali loco viri sexcenti ferè, cum suo comitatu Gallico, præter Polonos secuti sunt. Germania Principes Blamontum vsque regi obuiam venerunt, vt potè Christophorus Friderici Comitris Palatini filius, Princeps Paruæpetræ cum Ludouico fratre, per quos velut itineris duces Rex Tabernas oppidum deducitur, vbi ab Episcopo Argentorati susceptus est incredibili hospitalitatis officio, cum vniuerso comitatu. A Tabernis per Nemetes & Vangiones ad Rhenum fluuium celeberrimum venit, quo superato ad Fridericum Comitẽ Heidelbergæ agẽtem diuertit, qui etiam Regem & insperatum hospitem, summa hospitalitate profecutus est. Transito postea Rheno Vangiones reuertitur, & Moguntiam peruenit, à cuius vrbis Antistite cum sexcentis equitibus Germanis, honorificè exceptus est: Rhenoque fluuio tertio superato, Francofordiam ad Menum sitam contendit, vbi etiam à ciuibus summa cum obseruantia tractatus fuit. Francfordia mouens Fuldam oppidum in vigilia Natalis Domini peruenit, vbi festis transactis, Vahicum appulit, vbi etiam à Philippo Lãdgrauio cum tribus equitum Teutonicorum millibus occurrente, maximo hospitalitatis honore susceptus est. Postea superatis Visurgi & Albi fluuijs in Saxoniam intrauit, ibiq; à Casimiro Saxonie Principis genere, cum duobus millibus equitum, nobilitatis Saxonica armatorum salutatus est, & ad fines ipsos regionis honorificè perductus. Locris postea à Legato Maximiliani Imperatoris mille quingẽtis equitibus cincto susceptus, & salutatus ad Marchiæ Brandeburgensis Principis Polonia Vassallis, fines perductus, à cuius quoque aulicis nullo officio hospitalitatis prætermisso honorificètissimè exceptus Francfordiam Oderæ fluuio qui Polonia fines cum Germanis dirimit contiguã perducitur. Poloni itaque fines suos vltra Oderam iam læti considerantes, Deo omnipotenti vota persoluebant. Rex etiam Henricus Imperatori omnibusq; Germaniæ Principibus, per quorum regiones iter habebat, pro fide publicè data, & sincerè conseruata gratias immensas per facundũ oratorem, suoque ore proprio confirmatas egit. Tandem fœliciter Miedzirzece oppidum Polonicum peruenerunt, vbi maximo cum gaudio à Nobilitate gentis Polonia, proceribusque & magnatibus summo apparatu pompis copijsque instructissimis susceptus est. Post hoc in maioris Poloniae Metropolim Posniam honorificentissimè deductus, magnificentissimèque acceptus plures dies in ea transiit, & Cracouiã contendens, ad sepulturam Sigismundi Augusti prædecessoris sui solenniter honestandam, Albertum Marschalcum Franciæ, Comitem Radessarum præmisit. Quæ tunc temporis ante aduentum suũ solito more peragebatur, ea nunc nobis breuiter describenda videntur: nam cum de Serenissimi & potentissimi Regis Diui Sigismundi Augusti vitæ curricula, rebusq; feliciter gestis, tum placida & beata ex hac mundi colluuiæ emigratione, inter regniq; fœlicissima tranquillitate, multa superius commemorata sint, id vnum re humanissime Lector, desiderare amplius velle existimaui, qua is funeris pompa, & honore ad sepulturam latus, quoque splendore, & qua magnificentia, iusta ei facta essent, de qua re, quoniam ea quoque vt reliqua, honorificentissima ipsi meritò cõtigerunt, quàm potero paucis dicam.

Cum enim iam annos 50. exegisset, & arduis curis ijsque frequentibus regni debilitatus, & lenta morbi diurni tabæ confectus esset, integris planè vniuersis, & immotis animi sensibus, de ærumnosa hac vita, obitu sanè per quam tranquillo, & pio discessisset, Knyssinæ quo se Varsouia Lituaniam inuisurus contulerat. De Knyssinia postea Tikocinam arcem quam ipse ædificauerat munitissimam, duobus miliaribus distantem, funus deductum, tandem Varsouiam vno quasi anno exacto, Varsouia Cracouiã cum magna Senatorum pompa, Regina sorore sequẽte, deducitur ad sepultu-

Henrici ingressus in Germaniam

In Saxoniam ingressus

Ingressus in Cracouiã

Ingressus in Poloniam

ram, cum iam foelix aduentus Regis electi Miedzirzeeciam nunciaretur, ante Cracouia aduectum, Pradnik Curia depositum, triduoque exacto, omnibus pro iustis perloluendis tanto Principe dignis praeparatis, 15. Februarij die omnes Senatores, & Episcopi, ac Equites qui ad id funus cohonestandum & expectationem futuri regis vndiquaq; confluerant, Ingubri vestiti habitu, ad Serenissimam Reginulam Annam Infantem, prudentissimam, pijsissimamque & honoratissimam virginem, in arcem omnes sese conferunt. Similiter matronae Illustres retris velamentis capita obuolutae confluunt, quae Principem moestam, atque adeo exanimatam ferè largifluifq; confectam lachrimis, amanter & diligenter consolabantur. Hac dū fierent, interim aerae campanae, in aedibus sacris vrbs omnibus, & circumquaque in pagis vicinis paracialibus, nuspiā cessabant, quibus & vrbs ipsa, & omnis circumuicinia latè personuit: sic omnes Senatores Reginulam Pradnik vsq; prosequuntur. Inde funus plumbeo loculo depositum serico viloso nigro obductum, Stematibus & Insignis regni ornatum octo equis absolute nigræ gredinis deducitur, aulicis circumquaque serici vilosi tegumenta longè per terram erantia tenentibus. Sequebatur verò longè honestissimus Illustrum & ornatissimorum virorum comitatus, quibus omnibus vnus habitus atratus & lugubris erat. In his Nobilissimi, Grauisissimi que viri Legati externorum Principum, Archiepiscopusq; & Episcopi cum Abbatibus conspiciebantur. Infans moestissima à Legato summi Pontificis & Venetorum oratore pedetentim deducebatur.

Hinc 32. feretra serico viloso, & pannis aureis, holosericoque praeciose tecta praeferruntur cum Insignijs Regijs. Equi 33. similiter omnis generis sericei coloris tecti velamine, vtrunq; latus armis regni ornati deducuntur. Demum singularum Prouinciarum vexilliferi, vexilla terrestria, armati equites infidentes generosi praeferrunt.

Primo vexillum nigrum aulae regiae, aquila alba coronata cum expansis ad volandum alis in campo rubeo praeferebatur: aquilam verò omnia insignia Prouinciarum regni cingebant.

Postea Magni Ducatus Lituaniae vexillum rubeum equo currenti cum equite armato gladium supra caput tenenti, ex alia parte quatuor columnis insigniebatur, in campo rubeo. Postea vexillum Goncza dictum cruce duplici in campo lasurino insignitum.

Cracouiensis terrae vexillum rubeum, aquila alba similiter insignitum.

Sendomiriensis terrae vexillum rubeum insigniter, clipeo siue scuto diuiso, in vna medietate lineas tres rubeas, & tres albas, in altera campum lasurini coloris cum tribus ordinibus stellarum portante.

Kalisiensis terrae vexillum capite bifontis inter cornua coronam auream gestante, per naresque circulum aureum habente, in campo more scachorum distincto albo & rubro insignitur.

Posnaniensis terra aquilam albam simplicem in campo rubeo gestat.

Siradiensis terra leonis rubei & aquilae nigrae medietate, corona insigniti.

Cuiuuiensis leonis nigri, & aquilae rubeae coronatorum medietate.

Lanciciensis aquilae albae & leonis nigri coronatorum medietate.

Rauensis terrae vexillum aquila nigra R: in pectore aureum gestante insignitur. Similiter Plocensis littera P: in pectore ad differentiam ornata.

Belzensis Grifone albo in campo rubeo insignitur.

Lublinensis terra Ceruum in collo coronatum gestat in campo rubeo.

Podoliensis terrae vexillum, Sole radianti in campo albo.

Leopoliensis, Leone petram ascendente in campo lasurino.

Premisliensis aquila aurea bicipiti coronata in campo lasurino.

Chelmenensis vrsus inter tres arbores gradienti in campo glauco.

Dobrinensis capite humano coronato ex corona cornubus eminentibus.

Vielunensis agno Dei cum vexillo cruce insignito, & calice, in campo rubeo.

Sadecensis scuto diuiso, in cuius medietate, tres lineae rubeae & glaucae, in altera nouem

noeuem stellas in campo rubeo gestat.

Liuenfis aquilæ rubeæ & vrsi albi medietate coronati.

Drohicinenfis Stemmata Magni Ducatus Lituaniæ, ex alia parte aquila alba insignitur in campo rubeo.

Kiuiensis sancto Georgio draconem lancea feriente in campo lasurino, ex alia parte vrsi albo in campo viridi ornatur.

Ducatus Prussiæ aquila nigra, ex alis manu armata cum gladio prominente, vexillum rubeum ornabatur.

Ducatus Silesiæ Grifone albo in campo rubeo vexillum insignitur.

Palatinatus Valachiæ vexillum capite bifontis inter cornua stella & latere dextro luna defectuosa ornatum, cum circulo per nares transducto, in campo cœlestino.

Zatoriensis Ducatus vexillum cœlestini coloris, aquila alba literam Z: in pectore ornata insignitur.

Oswiecimensis aquila nigra O: literam in pectore ornata in campo lazurino.

Masouia Ducatus aquila alba cum Ducali pileo in campo rubeo.

Slupcensis Ducatus Grifone rubeo in campo albo, vexillum insignitur. Similiter

Pomeraniæ Ducatus iisdem armis vtitur.

Ante funus Regium Magnificus dominus N: Macziewski integra armatura cum equo tam affabre facta subtilissimèque, tum argento, tum coloribus distincta, vt omnium oculos in admirationem conuerteret armatus, in manu gladium auratum punctura ad latus conuersum gestabat. Hunc sequebatur armiger atra veste circumdatus hasta cuspide in terram conuerso cum vexillo, scutoque à leua cum insignijs Regijs armatus. Ensis quoque Regni gladium punctura conuersum ad latus præferbat. Tum pomum typum mundi representans, sceptrum, corona aurea à Senatoribus, quibus id competebat, portabantur. Legati autem singularum prouinciarum antecedeabant. Post Nobilitatem succedebat vrbs Senatus & populus longo ordine. Omnes quoque processiones omnium Ecclesiarum præibant, longo honoratissimoque & præcedentium & comitantium agmine. Ex ludis, deinde literarijs pueri de more antecedeabant cum cantoribus lugubres cantiones decantantes, hos almæ vniuersitatis doctores, & magistri, omnisque studiosorum ordo in sequebatur. Hinc plusquam 4. millia obscuro, & tristi habitu vestiti vulgus, cum funalibus & candelis vndique collucentibus ibat. Vbi iam in arcem ventum est, in ædem catedralem, quæ vndiquaque defixis cereis collucentibus ardebat, funus honorificentissimè deponitur. Regalibus supra impostis, Exinde finitis cantionibus vstitatis & solennibus, orationem funebrem habuit Abbas Magilensis, pietate & doctrina venerabilis, postea conuenientissimis decentissimisque ceremonijs exequiarum absolutis, in tumulum maiorum suorum deponitur. Postera die in omnibus Ecclesijs Episcopi omnes sacra celebrabant, ad omnes sanctos, ad sanctum Franciscum, apud sanctam Annam, Stephanum, Marcum, apud sanctam & indiuiduam Trinitatem, & in arce apud Diuum Stanislauum. Vexilliferi quoque singuli cum suis vexillis, & turba vulgus cum cæteris eadem vt prius processione cum equis totidem, & feretris prædictis vrbe mustrabant, eques quoque ad funeris feretrum cætra fractus vndique cassidem pro plumis cereis ardentibus circumuolutus, equo delabitur, hasta contracta, & gladio proiecto, cumque cantaretur Agnus Dei, Cancellarius, & Vicecancellarius sigilla Regis mortui confregerunt: cæteri autem Senatores suas sceptrâ posuerunt in altari. Ciues quoque vrbs suas exequias funebres in Ecclesia parochiali apud sanctam Mariam celebrabant.

DE CELEBERRIMO INGRESSU CRACOVIAM, ET CORONATIONE PRÆCLARISSIMA HENRICI VALESY, POTENTISSIMI & INVICTISSIMI POLONIA REGIS.

ANNO quo Diuina potestas humana in specie salutis nostræ restaurandæ gratia cœlitus sese demisit 1574. curato solenniter sumptuoso funere Diui Sigismundi AUGUSTI.

gusti, & depositis atris lugubribusque vestimentis, & pullis integumentis, omnes ordines regni, & Magni Ducatus Lituaniæ, Russiæ, Masouia, ac cæterarum regionû Sarmatiæ, in noui regis desideratissimum aspectum anhelantes, tædioque viuendi illius expectatissimi vultus, non secus ac patres in lyngo ardentes, animos affectionatissimos ad honores illius adiecerunt, nullisque sumptibus quamuis profusissimis ad cohonestandum tantum Principem pepercerunt. Longum esset hic referre incredibilem, inestimabilemque vestitum apparatus, quibus inter se cum pomposi Poloni, tum Magnifici & profusi Lituani, & vinci impatientes cum Masouitis Ruteni, magnificentissimis sumptibus concertabant, & quisque quibus potuit quam maximo sumptu comparatis, suum præ cæteris in Regem affectum ostentare nitebatur. Hij aureis, isti argenteis, illi holosericeis, alij polymitis, alij planis, alij villosis, tum infectis purpura, & tinctis murice & cocco, tum Attalica Semiramidaque textura, & Phrygio opere elaboratis, insertisque cum vnionibus variarum gemmarum lapillis, resplendebat. Equi omnibus tales, quales Vergilius Turno fuisse describit, & Homerus ad Troiam narrat venisse Menonis, Euripidesque Rhesi Tracum Principis. Ea erat pomparum solennitas, cui nihil adijci ad gloriæ magnitudinem potuisset. Cracouia quoque vrbs Regni caput & Metropolis nihil ad tanti Principis aduentum expectatissimum omisit, non sumptibus, non continuis laboribus quicquam pepercit, quid referam publicos, priuatosque apparatus, quacunque ingressurus erat, Rex expurgatæ plateæ, frondibusque abiectis, ac pinearum semper virentium exornatæ, parietes peripetasmatis auro purpuraque distinctis, & hinc longè pendentibus, in arce vbiq; radiabant, affixa longis tractibus in palatijs aurea balthea, tum aurea & argentea vasa instar scalarum per gradus exposita, crebris repercussis Solis radijs fulgurabant, illa quoque olim pulueribus squalentia ob diuturnam Regis mortui absentiam inaurata pauimenta, aurea lacunaria optimè extersa, excussa, & expolita resplendebant. Plebs quoque passim portas, ac fenestras virentibus fertis coronabat, alij ad nocturna lumina funebula parabant, alij lignorum strues congerebant, tormenta bellica in vallo & propugnaculis arcis, & vrbs disponebatur, nullus aut ætate, aut valetudine tam imbecillis, qui otio detineretur, qui non aliquid ad publicum gaudiū pari lætitiæ, diligentiaque, aut excogitaret, aut operaretur. Cumque iam omnia apprimè & plusquam perfectè apprata optatam diem expectarent. Rex electus ad Balicias sequimiliari à Cracouia distantem villam Palatini Cracouiensis hæreditariam aduenit, innumerata Gallorum, & Polonorum multitudine stipatus: ibi noctem ineffabili sua & omnium cum lætitiæ foeliciter transegit. Die verò illa optatissima, & niueo calculo signanda illucescente, quæ erat 18. Februarij. Cum discursu triumphali Nobilium turmæ plateas vrbs compleret, tantaque hilaritudine cuncta gaudebant, & serena facie gestiebant, vt præter peculiarem morem, etiam equi & canes, & quæque domestica hominibus animalia, iucundis gestibus, vocibusque exultare sentirentur, canoraque auiculæ suauissimos concentus, vltra consuetum adsonaret, exultantiumque vocibus ipsum cælum reboaret, Phoebus pater, qui caput suum atris olim (ob Regem mortuum mœrorem exprimens) nubibus, ocaluerat, obscura caligine pariter cum hominibus disiecta, igniuomis radijs corruscans, propriæque lucis candore resplendens gratissimus apparuit. Interque & post coronationem aliquot hebdomadis assiduè lætus permansit, vt non bruma: sed ver ipsum appareret. Antequam se autem à Balicijs Rex mouisset, de repente vndarum violenter altis de montibus cadentium in speciem effusa Senatorum, equitum, populi, & totius vulgi, vtriusque sexus inestimabilis multitudo, in occursum eius, magnifico ornatu, spectabiles, Xerxisque exercitum referentes, omnes campos extra urbem, omnes montes, colles, aggeres, omnes vias, ac villarum tecta & summa arborum opleuerunt, densissimisque turbarum globis, principi suo quam longissimè obuiam procedere gestiebant. Primus autem Senatorum Archiepiscopus Gnesnensis Hungarico habitu ducentos hastatos equites fulgentes, holoserico auro intertexto, produxit, quos ipse insequitur rubea rheda, quam sex equi sericeo rubeo ornati trahebant, vectus in qua cum eo Episcopi Posnaniensis, Adamus Conarski,

narski, & Plocensis, Petrus Miscoſki ſedebant. Crux autem præferebatur. Hos Leo-  
 polienſis Archiepiſcopus Stanislaus Slomowski, cū Camenecēſi Epicoſcopo, ſubſequū-  
 tur, qui etiam ſplendenti equitatu roboreq; militum magnum triumpho ſupplemē-  
 tum addiderunt. Cracouiēſis Epicoſcopus Franciſcus Craſſiński, proximus fuit, quem  
 Italico ornatu ducenti equites, holoſerico veſtiti, marturibus ſubdiſto & argento af-  
 fabrè depiſto, aureis torquibus inſigniti, præcedebant. Eius veſtigijs Cuiavianſis Sta-  
 niſlaus Carncoſki cum Chelmenſi Epicoſcopo, & Lancicienſi Palatino viris & equis  
 illuſtres inſiſtebant. Caſtellanus Cracouiēſis Hungarico ornatu, primus poſt Epicoſ-  
 pos, ducentos haſtatos equites auro & argento conſpicuos, clipeiſq; & vexillis fulgē-  
 tes produxit. Hinc Palatini ſumma grāuitate inſignes procedunt, quorū primus Cra-  
 couienſis, cum fratre Sandomiriēſi Capitano generali, trecentos viros, auro argen-  
 to iuxta, ac equos Hungarico more, & Scytico ſupra modum exornatos producunt.  
 Sandomiriēſis quoque Palatinus, cum fratre Enſifero regni, ducentis quinquaginta  
 equitibus tam ad pompam, quam ad pugnam perfectè inſtructis holoſerico auro & ar-  
 gento fulgenti Hungarico more pariter cum equis veſtitis commitati procedunt. Hos  
 Oſwiecimienſis, Breſinenſiſque Caſtellani ſubſequūtur, qui numero & apparatu hoc  
 triumphale cumulabant agmen. Tandem Caſſienſis Palatinus Hunnorum habitu  
 inſtructam turmam clenodijs, monilibuſque corruſcantem, & equis auro ornatis ſu-  
 perbam ducebat. Hunc lumen patriæ, & firmum virtutum omnium propugnaculum  
 Albertus à Laſko Palatinus Siradienſis viſendo apparatu, cum quadringentis equiti-  
 bus Hungarico & centum Scytico more inſtructis procedit, qui omnium conſenſu fa-  
 cilè tulit, in hoc triumpho partes priorès, tanta enim cura ſuas appaſuerat turmas, vt  
 neque virum alio equo, neque equum alio viro indigere diceres. Poſtea Podolia Pal-  
 tinus huic triumpho agmini 150. equitibus armatis decora quaſi addidit corolaria. De-  
 nique Lituaniæ & Ruſſiæ proceres permiscui, ſumptuoſè & profuſè pompoſi, acies tã  
 ad bellum quam ad triumphum inſtructas producunt, Quorū primus Nicolaus Geor-  
 gius Radiuſ Dux, Palatinus Vilnenſis, decōris Patriæ, & Senatoris eruditi, ac ſoler-  
 tis plenèque Diuini ingenij equitatus, Polonorum adæquat laudem. Hunc Caſtella-  
 nus Trocenſis decenter tam viris quam equis inſtructus committatur. Hinc Ioannes  
 Chodkieuicius Samogitiæ Generalis Capitanus, &c. bello ac pace clariffimus, & ad  
 res magnas gerendas natus procedit. Deinde eiufdem Ducatus Theſaurarius ſuppre-  
 mus, & Miſcenſis Caſtellanus equis & viris auro corruſcantibus ſuperbi ſequuntur.  
 Poſtea Nicolaus Chriſtophorus Radiuſ Dux, Curia Marſchalcus, Italico eoq; ſum-  
 ptuoſiſſimo equitatu cinctus. Tandem exercitum Campiductor, Inciſor, Dapiſer, Po-  
 cillator, hij Hungarico, illi Italico, iſti Scytico, Moſchouiticoque habitu & ornatu ſu-  
 perbè inſtructi inſequuntur, & alij innumeri quos recensere longum eſſet. Dies me-  
 deficeret, ſi ordine perſequar ſingulos, qui viri, qui Heroes, qui Duces, ad illam cele-  
 britatem cohoneſtandam vndique confluxerunt. Apparebat Lituānorum equitatu  
 tria millia ſuperare, holoſerico, gemmis, vñionibus, corruſcantē. Poſt Lituānos pro-  
 ceres Dux Conſtantineus, Kiouia Palatinus cum duobus filijs, vno Italico, altero Mo-  
 ſchouitico habitu ornatu, præcedentibus trecentis equitibus ſuperbè auro & argento  
 rigentibus ſtipatus occurrebat. Braſlauienſis quoque Palatinus Wolinius ſuos Scyti-  
 co more pulcherrimè & ſumptuoſiſſimè veſtitos ducentos produxit, pharetris, & ar-  
 cubus auro corruſcantibus. Tandem Culmenſis, Mariemburgenſis, & Pomerania Pa-  
 larini Germanico ritu ſuperbas producunt acies. Duſcius quoque Pruthenus 36. e-  
 quites loriceis indutos & auro fulgentes adiunxit, eiſdem. Hinc Comites à Tecin, Ioā-  
 nes Woinienſis, & Andreas Belzenſis Caſtellani, familia antiqua, & rebus inſigniter  
 geſtis Illuſtres, 250. Hungarico more haſtatos equites, clipeiſ, vexillisque ac veſtibus &  
 equis auro micantibus, educunt. Eos Herbortones, ingenio & prudentia, librisque à  
 ſe editis clari, cum ducentis. Camenecenſis, Sauichmoſtenſiſque Caſtellani cum cen-  
 tum quinquaginta equitibus cincti. Andreas Wapowski cum centum, & Bieccēſis ac  
 Radomienſis cum octuaginta benè armatis egrediuntur. Poſt hos Stanislaus Comes

Tarnow Castellanus Cechouienſis 200. equitibus, clipeis, haſtiſq; & vexillis auro redimitis, marice tinſta cocco & marturibus ſubducta veſtitis, cum tormentis duorum curuum affabrè inſtructis progreditur.

Caſtellani quoque cæteri quos ſigillatim numerare infiniti laboris eſſet, benè in acies iuſtructi, & ad triumphum cohonestandum tanti Principis conuenientes, ſubſequuntur. Cancellarius quoq; cum Teſaurario Regni Hieronymo Buzinſki omni virtute & patriæ amore Senatores venerandi, ſuas copias inſigniter adornatas præſentat: Poſt hos Marſchalcus Curix, Andreas Opaliński vndiquaq; virtutibus abſolutus vir, cum 75. equitibus Italico more egregiè exornatis. Deinde vltimum agmen claudebāt Capitanei ciuitatumq; & officiorum regionum præſecti, qui etiam ſuas in acies pompoſè inſtructi ingentem exercitum exprimebant, aliorumque aut adæquabant, aut ſuperabant laudem, & vereor ne tantorum illuſtrium virorum ſplendore captus obuias imprudens alios præteream, alios verò abſque diſcrimine ponam. Lublinenſis verò Palatinus Macieomſki cum filio, & nepotibus inſigni virtute præſtantibus 200. equitibus cum vulturinis alijs & clipeis ac vexillis Hungariçè terribilibus. Hos Dzialini, Seignieuiorum, Camieneciorum, Ocieſcij, Coſcielecij, Tomicij Caſtellani Gneſnenſis cum filio, Padnieuij, Barſi, Bonaronū, Miſcouij, Droieuij, Leſniowolij, Staſkouij, Nemitæ, Reiorum cum Oloribus integris coronatis & lilijs in pectore ſuper clipeos ad ſimilitudinem candidarum aquilarum inſignitis, Noſcouij, Belzenſis præſecti Zamoiſcij, alijsque innumerabiles & inæſtimabiles equitum exercitus, vt ita dicam, omnibus portis, & ſuburbiorum latebris ſeſe effundebant. Aulici quoque Regis mortui officia ſua minimè neglexerunt, equi quoque ſingulorum Senatorum, & equitū ducticij, magnam triumpho præbebāt amplitudinem, Cubicularij etiam Regis mortui, hi Italica, illi Hungarica ſpecie auro & argento, veſteq; prætexta fulgidi, cæteros claudebant, quibus nihil neque dici, neque fingi ſpecioſius poteſt. Poſt Senatorum & equitum turmas, ciues cum plebe, ſubſequebantur, quorum equites Germanico habitu erant 120. pedites 4000. adæquabant, omnes fulgidis armaturis ſplendidi, ac diſcolori veſtitu & vexillis ſecundum opificum contubernia, corruſcantes, ſimiliter Cleprianæ, Caſimirianæ, & Stradomianæ gentes. Exercitu omni per hunc modum diſpoſito, iuxta Lobzoppium & Bronouice vicos ciuitatis. Rex ſuis Gallis, Guafconibus, & magna noſtrorum turba ſtipatus aduenit, tormenta autem vbique horribiliter interdum exploduntur, & tarantara, tarantara acriter reſonant, ibi Epiſcopus Plocenſis Miſcouius facunda & Ciceroniana oratione, Regem omnium ordinum nomine ſalutauit. Bibracus poſtea Regio nomine affabiliter ad omnia reſpondit. Dehinc ciues Caſimirienſes, Cracouienſes, & Clepardiēſes, cum ſalute humiliter impertiunt, qui etiam placida, & optimè ſpei plena reſponſa retulerūt. Abſolutis ſalutationibus, Rex ſingulos exercitus, agmina conſtricta, oculis perlustrat auidè, quæ tanta erant hominum benè armata congeries, vt plerique vſu rerum bellicarum periti, eandem etiam valido hoſti opponi potuiſſe affirmarent, tormentorum magiſtri & ſclopetarij tonitrua crebra iterant, reſonant, & concutitur ſonitu æter. Tandem Rex circiter primam noctis horam urbem ardentibus facibus reſplendentem diui Floriani portā ingreditur, albo equo & ſublimi altitudine illuſtri magnificentiſſimè epiphianto, phaleratoque auro vndique refulgente veſtus, cui inſidens altior omnibus eminebat, vt à cunctis conſpiceretur. Conſules autem urbis vmbellam auream vſque in arcem ſuper illum portauerunt, veſte nigra pellibus panterinis ſuffulta indutus erat, Vaſcones ſclopetarij 40 & Helueticum alabardis 60. duobus cum tympano & fiſtulo præeuntibus latera eius maniebant, quibus hoſerice virides veſtes, croceo colore diſtinctæ erāt, in primo loco circa Regem Niuernenſis, & Dumeneius Duces, Marchio Elbenſis, Duca de Gwiſa, alij primores Galli, & aulici Regij, ſinguli honoris cauſa inter binos Palatinos deducebantur, ſequebantur & anteibāt tympaniſtarum, tibicinum, cornicum, multitudo, ſinguli ſuum tarantara reſonantes. Succedebant quoq; diuerſorū principū, & populorū, oratores & legati, populus promiſcuus per varias turmas & cuneos egrediens

egrediens Regē suū videre gestiens, quo ille procedebat ferebatur, omnes sui ordinis & decoris obliti quem fors cuique locum obtulisset, occupabat. Conscendunt alij tecta, & summis pendunt tegulis, alij trabibus insident, alij columnis implexi, alij muris hærent, omnes fenestræ, omnes rimulæ suis spectatoribus refertæ, perforati parietes, diruptæ maceries, quo oculos suos tam expectati Regis spectaculo populus expleret, nullus locus non occupatus, ne ijs quidem qui non nisi ruinosum & periculosum caperet vestigium. Cum ad forum fuisset peruentum, tandem omnium aures tubarum clangore, & sclopetariorum bombardariorumque tonitribus obsurduerant: in ipso autem Castrensium portæ vestibulo, arcus affabrè extractus erat triumphalis, tapætis exornatus aureis, in quo tibicines officium suum strenuè adimplebant, in summitate verò turris aquila alba subtiliter & artificiosè facta lilijs in pectore insignita, in omnes partes quo Rexibat circumuoluebatur, stridentibus alis, & capitis inflexione, ac quodam strepitu lætitiæ quasi præferens. Cumque Rex arcem ingrederetur, sclopetæ omnes, tum & maiores machinæ tanto strepitu, fulgoreque; exonerabantur, ac si Iupiter ipse quid quid vspiam, in tesauris suis fulminum, tonitruumque; conclusum habuerit, id totum pariter, simulque; nunc cælo demississet, tum verò genere, tympanorum, tybium, tubarumque; sonis nubes perstrepebant. Arcem ingressus vbi etiam supra, aquila affabrè facta alis applaudebat, in Ecclesia Diui Stanislai Cathedrali, à Canonicis salutatur, & postquam Te Deum laudamus, suaui melodia decantaretur, ad Reginalem Maiestatem recta deducitur, vbi vltro citroque data salute in palatium auro splendidum cœnaturus, & acquieturus pergit. Postridiè verò Rex in Senatusconsultū veniens per Bibracum Cancellarium priuatū, omnibus ordinibus Regni gratias egit: quod sibi integrum atque floridum tantum Regnum Diuinitus administrandum præstiterint, Deumque Omnipotentem præcatur, vt is ipsis, atque adeò toti Reipub. Christianæ sit salutaris, polliceturque daturum se sedulè operam, vt conceptæ de se apud illos opinionum cumulatæ satisfaciatur, & vt coronatio properaretur obsecrat. Ad hæc sequenti die Sandiuoius Carnouius Refferendarius Regni Maiestatem Regiam à Nobilitate affabili oratione salutauit, in qua & Reipub. incolumitatem, & Regiam dignitatē sufficienter deduxit, explanauitque, vt omnibus satisfactum videretur. Regio quoque; nomine similiter responsum est, omnibus cum satisfacere, & salua omnia sibi concredita conseruare velle, & non tantummodo literis approbare, verum etiam sanguine obsignare paratum esse. Eadem die Sole Occidente cum magna Episcoporum caterua, & Legato summi Pontificis in rupeculam Casimiræ, Diui Stanislai (vbi occisus fuit,) ædem, Polonorum patroni, deducitur, vbi Deo deuotissimè supplicauit, & sacris de more exosculatis in arcem redijt. Quam visitationem sancti Stanislai in Rupella omnes Reges ante Coronationem obire debiti sunt, ex more recepto.

ORDO QUALITER SERENISSIMVS REX POLONIAE Iuxta VETEREM CONSVETVDINEM CORONATUR, & quæ solennitas & cæremoniæ circa id seruari sint solitæ.



*Præmissis congregantur Episcopi & consiliarij Regni, alijque; Officiales, item Abbates insulati, ad minus ex Diocesi Cracouiensi, qui omnes conuenire tenentur pro die statuto coronationis.*

*Rex itaque electus parabit se vt dignè accedat mensam Diuinam Corpus Christe sumpturus in die coronationis, vnde ieiunio, elemosina, & confessione expiabit peccata sua. Sequenti autem die quæ erit Dominica, qua Rex est benedicendus. Archiepiscopus & Suffraganei, Abbates insulati, alijque; Prælati omnes conueniunt mane in Cathedrali Ecclesia, omnes amicti stolis pivialibus, mitris, insulis, superpellicis, & id genere sacerdotalium, Senatores*

O R D O

quoq; omnes, & equestris ordo congregatur, quibus sic peractis, processione ordinata per magistrū ceremoniarum, cum turribulo & aqua benedicta alijsq; episcopalibus de Ecclesia in palatiū eunt, schola cum sacerdotibus & Abbatibus ad scalas palatij remanentibus, soli Episcopi cum Archiepiscopo palatium ascendunt, ad deducendum Principem in Ecclesiam Catedralē, qui antea induitur per supremum Regni Marschalcum, vel per Magistrum ceremoniarum sandalijs, tunica, chirotecis, alba, dalmatica & pallio siue capa, quem sic ornatum & inter Barones primoresq; regni stantem, Archiepiscopus aqua benedicta aspergit, post hoc collectam dicit:

Deus humilium institutor, qui nos Sancti Spiritus illustratione consolaris, præten-  
de super hunc famulum tuum Henricum Gratiam tuam, vt per eum tuum in nobis  
adesse sentiamus aduentum.

Hinc Rex in Ecclesiam per Cracouiensem, & Cuianiensem Episcopos deducitur, à dextra leuaq;  
apprehensa, præferentibus Castellano Cracouiensi coronā, Palatino sceptrum, Vilnensi item Pala-  
tino pomum aureum, & Andrea à Zborodō gladium euaginatū, Episcopi cū Archiepiscopo cruce  
precedente, Abbates infulati, & cateri principes suo ordine quilibet succedebant, similiter Duces  
Francia, & externorum Principum legati. Regalia suprascripta à Senatoribus qui ea portabant ac-  
cepta in altare deposita sunt, Rex in solio sistitur, ante quem Archiepiscopus certas orationes pro-  
nuntiat.

Antequam autem Rex coronaretur, orta est magna controuersia, ratione Confederationis,  
inter quosdam Catholicorum, & Euangelicos sub interregno facta, Episcopis eandem, vti diuinitus  
pariter, ac Ecclesiasticis contrariam legibus, ipsiq; inuitis, & reclamantibus factam, improbantibus,  
Euangelicis contra, propter rerum suarum securitatem, omnino firmam haberi contententi-  
bus, sed postea omnis illa contentio, inuento medio Deo volente sedata fuit, & pace facta vnus E-  
piscoporum dicit subsequenter Orationem.

**O**Mnipotens sempiternae Deus, coelestium ac terrestriū moderator, qui famulum  
tuum ad Regni fastigium, dignitatemq; dignatus es prouehere, concede quæ-  
sumus vt à cunctis aduersitatibus liberatus, & Ecclesiasticæ pacis dono munia-  
tur, & ad æternæ pacis gaudium, te donante peruenire mereatur, per Christum Domi-  
num nostrum, Amen.

*Finita oratione admonet diligenter Regem, de fide, de pietate in Deum, & de alijs virtutibus  
Regis dicens:*

Cū hodie per manus nostras optimè Princeps, qui Christi Saluatoris nostri vi-  
ces in hære fungimur, quamuis indigni sacram vnctionem, & Regni insignia sis susce-  
pturus, bene est, vt te prius de onere, ad quod destinaris aliquantulum moneamus,  
Regiam hodie suscipis dignitatem, & regendi fideles populos tibi commissos curā  
sumis: præclarum sanè inter mortales locum, sed discriminis, laboris, atque anxietatis  
plenum, verum si consideraueris, quod omnis potestas à Domino Deo est, per quem  
regnant Reges, & legum conditores iusta decernunt, quodq; de grege tibi commis-  
so, ipsi Deo rationem redditurus, primum pietatem seruabis, Dominum Deum tuū  
tota mente ac puro corde coles, Christianam Religionem ac fidem Catholicam, quā  
ab incunabulis professus es, ad finem vsque inuiolatam retinebis, eamq; contra  
omnes aduersantes, pro viribus defendes. Ecclesiarum Prælati ac reliquis sacerdoti-  
bus, condignam reuerentiam exhibebis, Ecclesiasticam libertatem non conculcabis,  
iusticiam sine qua nulla societas diu consistere potest, erga omnes inconcussè admini-  
stabis, bonis præmia noxijs debitas pœnas imponendo, viduas, pupillos, pauperes, ac  
debiles, ab omni oppressione defendens, omnibus te adeuntibus benignum, mansue-  
tum, atque affabilem pro Regia tua dignitate præbebis, & ita te geres, vt non ad tuam,  
sed ad totius populi vtilitatem regnare, præmiumq; benefactorum tuorum, non in  
terris, sed in cælo expectare videaris, quod ipse tibi præstare dignetur, qui viuunt & re-  
gnat Deus, in sæcula sæculorum.

*Absoluta oratione interrogat illum Episcopus hys verbis:  
Vis fidem sanctam, à Catholicis viris traditam tenere, & operibus iustis seruire.*

R. Vola.  
Vis

CORONATIONIS.

80

*Vis Ecclesiis Ecclesiarumq; Ministris tutor & defensor esse. R. Volo.*

*Vis Regnum à Deo tibi commissum, secundum iustitiam Patrum tenere, regere, & defendere. R. Volo. Et in quantum Diuino fultus suffragio, ac solatio omnium fidelium suorum ualero, ita me fideliter per omnia acturum esse promitto.*

*Finita interrogatione, Rex coram Archiepiscopo genu flexus capite ad aperto, dicit in hæc uerba: Ego Henricus, Deo annuente futurus Rex Polonorum, profiteor & promitto coram Deo, & Angelis eius, deinceps legem & iustitiam, & pacem Ecclesie Dei, populoq; mihi subiecto, pro posse & nosse, facere atq; seruare, saluo condigno misericordie Dei respectu, sicut in consilio fidelium meorum, melius potero inuenire. Pontificibus quoq; ecclesiarum Dei, condignum & canonicum honorem exhibere, atq; ea qua ab Imperatoribus & Regibus Ecclesie collata, & reddita sunt, inuiolabiter obseruare: Abbatibus, Comitibus, & Vasallis meis congruum honorem, secundum consilium fidelium meorum prestare.*

*Post hoc, utramq; manum ponit supra Euangelia dicens: Sic me Deus adiunet, & hæc sancta Euangelia.*

*Postea dicit Archiepiscopus Collectam.*

**O**mnipotens sempiternæ Deus Creator omnium, Imperator Angelorum, Rex regum, & Dominus Dominantium, qui Abraham fidelem seruum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moisi & Iosue populo tuo prælatis, victoriam multiplicè tribuisti, humilemque Dauid seruum tuum Regni fastigio sublimasti, & Salomonem sapientiæ pacisque ineffabili munere ditasti, respice quæsumus Domine, ad præces humilitatis nostræ: & super hunc famulum tuum Henricum, quem supplici deuotione veneramus, & in regem eligimus, Benedictionum tuarum dona multiplica, eumque dextera potentie tuæ, semper hæc & ubique circunda: quatenus prædicti Abrahamæ fidelitate, Moisi mansuetudine fretus, Iosue fortitudine fultus, Dauid humilitate exaltatus, Salomonis sapientia decoratus, tibi in omnibus complaceat, & per tramitem iustitiæ inoffenso gressu semper incedat. Tuæ quoque protectionis galea munitus, & scuto insuperabili iugiter protectus armisque cœlestibus circumdatus, optabilem de hostibus crucis Christi victoriam fideliter obtineat, & triumphum foeliciter capiat, terroremque suæ potentie illis inferat, & pacem sibi militantibus lætanter reportet, per Christum Dominum nostrum, qui virtute crucis tartara destruxit, Regnoq; Diaboli superato, ad cœlos victor ascendit: in quo potestas omnis Regniq; consistit victoria: qui est gloria humilium, & vita salusque populorum: qui tecum uiuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

ALIA ORATIO.

**T**e inuocamus Domine, Sancte Pater Omnipotens sempiternæ Deus, ut hunc famulum tuum Henricum, quem tuæ Diuinæ dispensationis prouidentia in primordio plasmatum, usque ad hunc præsentem diem iuuenili flore lætantem crescere concessisti: eum tuæ pietatis dono ditatum, plenumque gratia & veritate, de die in diem coram Deo & hominibus ad meliora semper proficere facias: ut summi regiminis solium gratia supernæ largitatis gaudens suscipiat, & misericordie tuæ muro, ab hostium aduersitate vndique munitus plebem sibi commissam cum pace propiciationis, & virtute victoriæ foeliciter regere mereatur, per Christum Dominum nostrum, Amen.

*Post hæc Archiepiscopus genua flectit, & Rex in faciem prouoluitur: Cantores autem canunt, choro correspondente, & cum cantant hunc versum. Et obsequium seruitutis nostræ tibi rationale facias. R. Terogamus audi nos. Archiepiscopus stans ad Regem prouoluitum, cum cruce dicit: Et hunc electum in Regem: Coronandum, benedicere digneris. R. Terogamus audi nos.*

*Iterum canit: Et hunc electum in Regem Coronandum benedicere & consecrare digneris.*

*R. Terogamus audi nos.*

O R D O

*Post hoc Episcopi omnes cum Abbatibus genua flectentes, letaniam prosequuntur supra Regem prouolutum, quam cum finierint, Archiepiscopus Orationem Dominicam exorditur: Pater noster, &c. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo. V. Saluum fac seruum tuum Domine. R. Deus meus sperantem in te. V. Esto ei Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.*

O R E M V S.

**D**EUS qui populis tuis virtute consulis, & amore dominaris, da famulo tuo Henrico sapientiæ spiritum, cum regimine disciplinæ, vt tibi toto corde deuotus, in Regni regimine maneat semper idoneus, tuoque munere ipsius temporibus, securitas Ecclesiæ dirigatur, & in tranquillitate deuotio Christiana permaneat, vt in operibus suis bonis perseverans, ad æternum Regnū te duce peruenire valeat, per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Benedic Domine hūc Regem Henricum, qui Regna omnia moderaris à seculo, & tali eum benedictione glorifica, vt Dauidicę teneat benedictionis & sublimitatis Sceptrum, & glorificatus in eius protinus rapiatur merita, da ei tuo spiramine cum mansuetudine, ita regere populum tuum, sicut fecisti Salomonem tuū conrinere regnum pacificum, sit tibi semper cum timore subditus, tibi que militet cum quiete, sit tuo clipeo protectus, cum proceribus, & vbique tua gratia victor existat, honorifica eum precunctis Regibus gentium, vt foeliciter populis tuis dominetur, & foeliciter eū nationes adoret, viuat inter gentium cateruas magnificus, sit in iudicijs æquitatis singularis, locupletet eum tua perdiues dextera, frugiferam obtineat Patriam, & eius liberis tribuas pro futuram, Protella ei prolixitatem vitæ, & in diebus eius oriatur iusticia, à te robustum teneat regiminis solium, & cum iucunditate & iusticia, æterno gloriatur in regno, per Christum Dominum nostrum, Amen.

*Postea Archiepiscopus sedet, Rex verò genua ante eum prouolutus, Dalmatica & piualia exuitur. Archiepiscopus autem intincto pollice dextro in oleo sacro ungit illi dextram à palma, ad cubitum, & inter scapulas, & in brachio dextro, dicens:*

*Vngo te in Regem ex oleo sanctificato in Nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen.*

*Pax tecum. R. Et cum Spiritu tuo.*

O R A T I O.

**V**NGO te in Regem ex oleo sanctificato Spiritus Sancti gratia humilitatis nostræ officio in te copiosa descendat, vt sicut manibus nostris indignis, oleo materiali pinguefcis exterius ablutus, ita eius inuisibili vnctione delibutus, impinguari merearis interius, eius quoque perfectissima spiritali vnctione semper imbutus, & illicita declinare tota mente discas seu valeas, & vtilia animæ tuæ, iugiter cogitare, optare, atque operari queas, auxiliante Domino Iesu Christo, qui tecum viuit & regnat, Deus Dei filius Iesus Christus Dominus noster, qui à Patre oleo exultationis vnctus est, præ participibus suis, ipse per præsentem sanctæ vnctionis infusionem Spiritus Paraclyti, super te Benedictionem infundat, eundemque vsque ad interiora cordis tui penetrare faciat. Quatenus hoc visibili & tractabili oleo dona inuisibilia percipere, & temporali Regno, iustis moderationibus executo, æternaliter corregnare ei merearis, qui solus sine peccato Rex Regum, viuit & gloriatur, cum Deo Patre in vnitatem Spiritus Sancti, Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Oremus.

**O**Mnipotens sempiternus Deus, qui Azachiel super Siriam & Iehu super Israel per Heliam, Dauidē quoq; & Saulem per Samuelem Prophetā in Reges inungi fecisti, tribue quāsumus, manibus nostris opem tuā benedictionis, & huic famulo tuo Henrico, quem hodie licet in dignis in sacro vngimine delingimus, dignā delibutionis huius efficaciam, & virtutem concede, Constitue Domine principatum super humerum eius, vt sit fortis, iustus, prouidus, & indefessus Regni huius, & populi tui gubernator, infidelium expurgator, iustitiā cultor, meritorum remunerator, Ecclesiā tuā sanctā, & fidei Christianā defensor ad decus, & laudē tui nominis gloriosi, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecū viuit & regnat in vnitāte Spīritus Sancti Deus, per omnia sēcula sēculorum, Amen.

Christe perunge hunc Regem in regimen, qui vnixisti Sacerdotes, & Prophetas, Reges, & Martyres, qui per fidem vicerunt Regna, operati sunt iusticiam, atq; adepti sunt repromissiones, tua sanctissima vnctio super caput eius defluat, atq; ad interiora descendat, & cordis illius intima penetret, & promissionibus, quas adepti sunt victoriosissimi Reges, gratia tua, dignus efficiatur, quatenus in præsenti sēculo foeliciter regnet, & ad eorum consortium in cœlesti regno perueniat, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum viuit & regnat &c. Vnctus est oleo lætitiæ præ consortibus suis & virtute sanctæ crucis potestates aëreas debellauit, tartara destruxit, Regnum Diaboli superauit, & ad cœlos victor ascendit, in cuius manu victoria virtus & potestas consistunt, & tecum viuit & regnat per omnia sēcula sēculorum, Amen,

Deus qui es iustorum gloria, & misericordia peccatorum, qui misisti filium tuum vt pretiosissimo sanguine suo genus humanum redimeret, qui conteris bella, & es propugnator in te sperantium, & sub cuius arbitrio, omnium Regnorum continetur potestas, te humiliter deprecamur, vt præsentem famulum tuum Henricum in tua misericordia confidentem, in præsenti regali sede benedicas, eiq; protinus adesse digneris. & qui tua expetit protectione defendi, omnibus sit hostibus fortior, fac eum Domine beatum, & victorem de inimicis suis, Corona eum corona iustitiæ & pietatis, vt ex toto corde, & tota mente in te credens, tibi deseruiat, sanctam tuam Ecclesiam defendat & sublimet, populumq; à te commissum iustè regat, nullum ius insidiantibus malis iniustitiam vertat. Accende Domine cor eius, ad amorem gratiæ tuæ, per hoc vnctionis oleum, vnde vnixisti Reges & Prophetas, quatenus iustitiam diligens, per tramitem iustitiæ familiariter populum ducens, post peracta & disposita in regalia excellentia annorum curricula, ad te peruenire mereatur, per Dominum nostrum Iesum Christum & cetera.

Prospice Omnipotens Deus serenis optatibus hunc gloriosum Regem Henricum, & sicut benedixisti Abraham, Isaac, & Iacob, sic illum larga benedictionis spiritalis gratia, cum omni plenitudine potentiæ irrigare, atq; perfundere dignare, tribue ei de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & olei, & omnium frugum opulentiam, ex largitate diuini muneris, longa per tempora, vt illo regnante sit sanitas corporū in Patria, & pax inuiolata in Regno, & dignitas gloriosa Regalis Palatii, maximo splendore Regiæ potestatis omnium oculis fulgeat, luce clarissima clarescat, atq; splendore, quasi splendidissimo fulgore maximo perfusus lumine videatur, Tribue ei Omnipotens Deus, vt sit fortissimus protector Patriæ, & consolator Ecclesiarum, atq; cœnobiorum sanctorū, maxima cum pietate munificentiæ, atq; sit fortissimus Regū, triūphator hostiū, ad opprimendos rebelles & paganos nationes, sitq; suis inimicis, satis terribilis, præ maxima fortitudine regalis potentiæ. Optimatibus quoq; & præcellis proceribus, ac fidelibus sui regni sit magnificus, & amabilis ac pius, vt ab omnibus timeatur & diligatur. Reges quoq; de lumbis eius per successiones temporum, futurorum egrediantur, qui Regnum hoc valeant regere totum, & post gloriosa tempora, atq; foelitia præsenti vitæ gaudia æterna in perpetua benedi-

G ione

ORDO

ione habere mereantur. Quod ipse præstare dignetur qui viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

*Postea ipiscopus aliquis, eorum manu gestans, inuncta loca detergit, dicens:*

Deus Rex Regum, & Dominus Dominantium, per quem Reges regnant, & legum conditores iura decernunt, dignare propitius Benedicere hoc Regale ornamentum, & præsta vt famulus tuus Rex noster Henricus, qui illud portaturus est, ornamento bonorum morum, & sanctorum actionum, in conspectu tuo fulgeat & post temporalem vitam, æternam gloriam quæ temporis non habeat finem, sine fine possideat, per Dominum &c.

*Demum induit Regem piualis, & Dalmatica, dicens:*

Accipe pallium, quatuor initijs formatum, per quod intelligas, quatuor mundi partes, diuinæ potestati esse subiectas, nec quenquam posse foeliciter regere in terris nisi sibi potestas fuerit collata de cœlis.

*His absolutis Archiepiscopus manus abluit, & deposita infula dicit Confessionem. Rex vero deductus in solium orat, & post alleluia in Missa, orationes pro Rege aliquis Episcorum dicit. Postea Regi genu flexo, Archiepiscopus gladium porrigit, dicens:*

Accipe gladium desuper Altari sumptum per nostras manus licet indignas, vice tamen, & auctoritate sanctorum Apostolorum consecratum, regaliter tibi concessum, nostroq; benedictionis officio, in defensionem sancte Dei Ecclesie, diuinitus ordonatum, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, & memor esto eius, de quo Psalmista prophetauit dicens: Accingere gladio tuo, super femur tuum potentissime, vt in hoc per eadem vim æquitatis exerceas, molemq; iniquitatis, potenter destruas. Et sanctam Dei Ecclesiam, eiusq; fideles propugnes, atq; protegas, neq; minus subfide falsos, quam Christiani nominis hostes execres, ac disperdas, viduas atq; pupillos, clementer adiuues, & defendas, desolata restaures, restaurata cõserues, vlciscaris iniusta, cõfirmes bene disposita. Quatenus in hoc agendo virtutum triumpho, gloriosus iusticiæq; cultor egregius, cum mundi Salvatore, cuius typum geris, in nomine eius, sine fine regnare merearis, qui cum Deo Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Ibidem ulterius in Missa proceditur, & accingens illi gladium Archiepiscopus, dicit:*

Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, & attende, quod sancti, non in gladio, sed per fidem vicerunt Regna.

*Postea ei Diadema imponens dicit:*

Accipe Coronam Regni, quæ licet ab indignis, Episcoporum tamen manibus capiti tuo imponitur, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quam sanctitatis gloriam & honorem, & opus fortitudinis intelligas significare, & per hanc te participem ministerij nostri, non ignores ita vt sicut nos in interioribus, pastores rectoresq; animarum intelligimur, ita & tu contra omnes aduersitates Ecclesie Christi defensor assistas, Regniq; tibi à Deo dati, & per officium nostræ benedictionis in vice Apostolorum, omniumq; sanctorum regimini tuo commissi, vtilis executor, per spicuosq; regnator semper appareas, vt inter gloriosos atletas virtutû gemmis ornatus, & præmio sempiternæ foelicitatis coronatus, cû redemptore & saluatore nostro Iesu Christo, cuius nomen vicemque gestare crederis, sine fine glorieris. Qui viuit & imperat Deus cum Patre & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum.

*Demum pomum typum mundi refferens in sinistram & sceptrum in dextram ei dedit, dicens:*

Accipe virgam virtutis atque veritatis, qua intelligas te obnoxium mulcere pios, terrere reprobos, errantes viam docere, lapsis manū porrigere, disperdere superbos, & releuare humiles, & apperiat tibi ostium Iesus Christus Dominus noster, qui de semetipso ait: Ego sum ostiū, per me si quis introierit saluabitur, qui est clauis Dauid, & Sceptum Domus Israël, qui aperit, & nemo claudit: claudit & nemo aperit, sitq; tibi auctor qui eduxit vinctum de domo carceris, sedētem in tenebris, & vmbra mortis, vt in omnibus sequi eū merearis, de quo Dauid Propheta cecinit: Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga æquitatis, virga regni tui, & imitādo ipsum diligas iustitiam, & odio habeas iniquitatem, qui propterea vnxit te Deus: Deus tuus ad exemplum illius, quem ante sæcula vnixerat, oleo exultationis, præ participibus suis, Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum eo viuit, & regnat Deus in sæcula sæculorum.

*Inter offertorium, Rex panem & vinum in altare offert, Pacemq; vt dicitur, exosculat, & sacrosanctum corpus diuinum accipit. Post hoc gladius ei discinditur. Absoluto sacro in tronum medio templo ordinatum deducitur, vbi ab Archiepiscopo intronifatur & gubernaculis regni præficatur dicente:*

Sede & retine à modo locum tibi à Deo delegatum, per auctoritatem Omnipotentis Dei, & per præsentem traditionem nostram omnium, scilicet Episcoporum, cæterorumq; Dei seruatorum, & quanto clerum sacris altaribus propinquiorem aspicias, tanto ei potentior in locis congruis honorem, impendere memineris, quatenus Mediator Dei & hominum, te mediatorem cleri & plebis, in hoc Regni Solio confirmet, & in Regno æterno, secum regnare faciat, Iesus Christus Dominus noster, Rex regum & Dominus dominantium, qui cum Patre & Spiritu sancto, viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum.

*Tandem Archiepiscopus exorditur, Te Deum laudamus, quo absoluto, stans à dextris Regis dicit: Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua. R. Iusticia & iudicium preparatio sedis tua. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.*

## O R E M V S.

**D**Eus qui victrices Moisi manus, in oratione firmasti, qui quamuis ætate languesceret infatigabili, sanctitate pugnabat, vt dum Amalech iniquus vincitur, dū prophanus nationum populus subiugatur, exterminatis alienigenis, hæreditati tuæ possessio copiosa seruiret, opus manuum tuarum à nostræ orationis exauditione confirmamus & nos apud te Sancte Pater Dominū Saluatorem, qui pro nobis manus suas extendit in cruce, per quem etiam præcamur altissime, vt tua potentia suffragante, vniuersorum hostium, frangatur impietas, populusq; tuus cessanti formidine, te solum timere condiscat, per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

## O R E M V S.

**D**Eus inennarrabilis auctor mundi, conditor generis humani. confirmator Regni, qui ex lumbis fidelis amici tui, Patriarchæ nostri, Abrahæ prælegisti Regem sæculis pro futurum, tu præsentem insignem Regem hunc, cum exercitu suo, per intercessionem omnium sanctorum vberi benedictione lucupleta, & in Solium Regni firma, stabilitate connecte, visita eum per interuentum omnium sanctorum, sicut visitasti Moïsem in rubo, Iosue in castris, Gedeonem in agro, Samuelem crinitum in tēplo, & illa eū promissione, & sydereâ benedictione, ac sapiētix tuæ rore perfundere digneris, quam Dauid in Psalterio, Salomon filius eius te remunerante percepit de cœlo. Sis ei cōtra ecies inimicorum lorica in aduersis, galea in prosperis, sapientia in protectione, clypeus sempiternus, & præsta vt gentes illi teneant fidem. Procures atque optimates

ORDO CORONATIONIS

fui habeam pacem, diligant charitatem, abstineant à cupiditate, loquantur iustitiam, custodiant veritatem, & ita populus iste pullulet, coalitus benedictione Trinitatis, vt semper maneant tripudiantes, armis gaudentes & in pace victores, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Tunc Rex accepto in manus sacro gladio, aliquos tum nobiles, tum consiliares viros, habita cerimonia dignitate, ad equestris ordinis dignitatē praeinctos prouexit. His peractis Rex in palatium deducitur, cibum capessurus vbi instructus mensis, accumbebat summū tronum ipse, ac deinde per ordinem ceteri principes suas mensas accumbunt, tunc primores Barones & Senatores loca sua occupant, Marschalci ceterisque officarijs munia Regalia obeuntibus, Dapiferis Architriclinijsq; praeuntibus cū suis scipionibus, argenteis canistris panem, & auratis patinis varia tuceta, leucopaga, frictellas, tortas, & quicquid praeclarum ars appetitia exquisitissimas sumptuosissimasq; per ordinem epulas copiosè apponunt, assa, ellixa, iusculenta, frixa, pastillia, promulsidaria, pultaria, crustulenta, aliag, lautissimorum eduliorum genera sapidissimis succorum, multiingis cōdimētis suffusa, quae L. Luculli Romani mensas superabant. Tandem die Luna sequenti iisdem quibus antea insignia praeferentibus, in forum summa cum celeritate deducta, à ciuibus in edito solio ad id pulcherrime iuxta praeatorium facta, iusuradū & argenti ingentia per amplaq; munera accepit. Ibi etiam assumens in manum aureum pomum, tum euaginatū gladium eliquod strenuos & benemeritos viros equestri ordini asciuit, ac aurata militia condonauit. His peractis ad Andrea Zborouij nuptias pedes, omnibus plateis & tectorum summitatibus, multitudine oppletis, iuit. Peracto prandio hastiludia Rege inspiciente exercebantur extra muros, ibidem & postera die Sacra Regia Maiestas liberalissimè tractabatur. Samuel autem Zborowski qui ad coronationem neglexerat venire, centum viginti equites sumptuosissimo ornatu Hungarico ei offenderit. Plurimū postea dies in audiendis gratulantium Principum externorum legationibus & in quibusdam causis decidendis transacti sunt. Atq; hāc veram Coronationis augustissimi Poloniae Principis descriptionem, Lector candidè, boni consule. Vale. & nos redama.

REGNI POLONICI CVM SVIS  
PALATINATIBVS DISTRICTIBVS  
QVE SIVE PROVINCIIS, CIVITATIBVS-

& Arcibus principalibus compendiosa descriptio.

\* \* \*

**R**EGNUM Poloniar in Sarmatia Europea amplissimum & nobilissimū, ab oriente nonnihil in Septētrionem reflectendo, Masouiar Lithuaniarq; contiguum est. A Septentrione Prussie, mariq; Germanico siue Venedico adhæret, Ameridie et oriente simul Russia, Podolia, Valachiaq; & montibus Hungariae, Beskid dictis terminatur, ab occidente Silesia, Saxoniaque & Albi fluuiio fines suos terminat.

Porro Polonia bipartita est, maior & minor. Maior ideo dicitur, quod in ea Lechus autor Polonorum imprimis confederit, ibidemque Gnesnam ciuitatem Regni sedem, fundauerit. Sed postea sedes Regia Cracouiam minoris Poloniae Metropolim translata est, vbi in hunc vsque diem perseuerat, atque hanc ob causam minor Polonia maiori anteponitur, quam imprimis describendam aggrediemur.

Craco

Fines regni  
Poloniae.

Poloniae  
descriptio.



Cracouia vrbs celeberrima minoris Poloniae metropolis, in planicie insigniter ad Vistulam fluiuium nauigabilem quo merces omnis generis Gedanum emporium Prussiae, deportantur, condita, muro duplici valloque inexcusso, & fossa muro praecincta cingitur. Arx verò in Scopulo eminenti Vauel dicto ad eundem fluiuium sita, sede Regum Poloniae vbi coronantur & sepelliuntur celebris, Gymnasioq; & vniuersitate clara. Eidem aliae tres ciuitates Clepardia, Stradomia, Casimiria contiguè adhærent, hanc Rudawka amnis, illas verò Vistula fluiuius iaterfluit. Porro Cracouienses Aduocato supremo carent, ea de causa, quod anno Domini 1312. Regnante Vladislao cubitali, quidam aduocatus Cracouienfis Germanus authorem se perfidiae in deditioe vrbs Boleslao Duci Opoliensi praebuerit, qui postea perfidiae dignas poenas, cum suis complicibus dedit. Ab hoc tempore Rex ipse Praetura Cracouienfi potitur. Castellanus quoque Cracouienfis Palatinum in Senatus consensu accubitu, locoque superat: nam cum Boleslaus Krziuousti, Rex Poloniae (de quo supra) bellicosissimus à Rutenis dolo circumuentus esset. Palatinus honore postposito, cum maiori parte exercitus aufugit, Rege in medio hostium relicto. Ab hocque tempore Castellanus primas obtinet, in caeteris verò illius Regni Prouincijs, Palatinus Castellatum dignitate antecellit.

*Aduocatus Cracouie.*

*Palatinus & Castellanus.*

CIVITATES DISTRICTVALES IN TERRA  
Cracouienfi.

**H**As ciuitates districtuales praecipuas vbi iudicia, causaque nobilium disceptantur, continet: Palatinatus Cracouienfis, quibus Capitanei iudices & alij Regia munia obeuntes praestant.

**BIECZ** ciuitas muro circumdata, in planicie sita, eam Rapa fluiuius praeterfluit, in quo spumae, ex quibus sulfur conficitur, colliguntur, à Cracouia quindecim miliaribus abest.

**BOYNICZ** Ciuitas lignea ad Dunaiecz fluiuium sita, à Cracouia 9. mil. distat.

**SANDECZ** Ciuitas murata in planicie condita: quam Dunaiecz fluiuius praeterlabitur, à Cracouia 11. mil. distat.

**LELOVIA** Ciuitas murata, in colle sita, arcem inferius conditam habet, quam Biala fluiuius aluit, à Cracouia 11. mil. abest.

**KZYAZ** Ciuitas lignea, à Cracouia mil. 7. distat.

**PROSZOVICZ** ciuitas lignea in planicie sita, in qua curia Regia ad Sozeniaua fluiuium condita est, à Cracouia 4. mil. distat, in qua conuentiones terrestres nobilium celebrari solent.

Sunt etiam aliae multae ciuitates & oppida nobilium & magnatum in terra Cracouienfi: sed hic nisi eorum in quibus terrestria officia celebrantur, mentionem facimus.

In eadem terra Cracouienfi tres sunt fodinae insignes, quae magnis prouentibus thesaurum Regium adaugent. Prima in Olkuffia 5. mil. à Cracouia, vbi plumbi copia, argentumque effoditur. Secunda in Bochnia ciuitate, quae 5. mil. à Cracouia distat, vbi sal glaciei simile perspicuum grandibus massis effoditur. Tertia in Wieliczka 2. milia. à Cracouia, vbi etiam sal glaciale, sed vilius Bochnensi copiose effoditur.

SENATUS PRINCIPALIS TERRAE CRACOVIENSIS.

Episcopus }  
Castellanus } Cracouienfis.  
Palatinus }

Castellanus } Sandecensis.  
} Boynicensis.  
} Byecensis.  
} Osiecimensis.

POLONIAE  
**VEXILLVM TERRESTRE BELLICVM AQVILA**  
*alba coronata in campo rubeo, per alas linea aurea protensa, insignitur.*



Distriktus Sandecensis vexillū peculiare habet, clipeo diuiso bicolori insignitum. In eadē terra Cracouiensi duo Ducatus continentur, qui iure naturali in ditionem Regni cesserunt, Zatoriensis & Osowiecimensis.

**O**SWIECIM ciuitas principalis prædicti Ducatus lignea, in planicie sita, arcē quoque lineam argila circumlinitam habet, quam fluuius quidam præterlabitur, 7. mil. à Cracouia. Vexillum aquila nigra, O, in pectore habente, insignitur.

**Z**ATOR ciuitas lignea cum arce, à Cracouia 5. mil. in planicie Vistulam fluuium sita, quæ Ducatus caput erat, cuius vexillum aquila lasurini coloris, Z, in pectore gestante insignitur.

Huius Ducatus Zatoriensis Princeps à Spitzkome Myskowsky equite Polono, dolose, occisus est, ab hoc tempore in Regis Poloniæ ditionem cessit.

**SANDOMIRIENSIS TERRA.**

**S**ANDOMIRIA ciuitas principalis, muro circumdata, in colle ad Vistulā fluuium condita, à Cracouia 22. mil. distat. Arcem muratam à meridie Vistula, præterfluam habet. Hæ ciuitates districtuales præcipuè ad eam pertinent.

**C**HECINY ciuitas in loco plano sita, arx verò murata in eminenti scopulo condita est, à Cracouia 13. miliaribus abest. Fodinis lasuli clara, vbi & argentum reperitur.

DESCRIP TIO.

**KÖREZIN** ciuitas noua lignea, arcem muratam ad **Viflok** fluium sitam, habet, quam vndique paludes circumdederunt.

**VVISLICIA** ciuitas lignea, quam **Nida** fluius circumfluit, muroque circumdata inter lutosas paludes in scopulo sita, in quibus ingens colluies reptilium omnigenorum grassatur.

**PILZNO** ciuitas lignea ad **Viflok** fluuium sita.

**OPOZNO** ciuitas murata in planicie, quam **Pilcza** fluius præterlabitur.

**RADOMIA** ciuitas muro valloque circumsepta in planicie sita.

**POLOVIEC** ciuitas lignea inter colles constructa.

**ZAWICHOST** ciuitas lignea ad **Vistulã** fluuium sita, arcem muratam in vltiori **Vistulæ** ripa habet.

**ZARNOW** oppidum ligneum.

**MALOGOST** ciuitas lignea.

SENATORES TERRÆ SANDOMIRIENSIS.

Palatinus & Castellanus Sandomiriensis.

Castellanus { **Viflicensis.**  
**Radomiensis.**  
**Zawichostensis.**  
**Zarnouicensis.**  
**Malogostensis.**  
**Polanecensis.**

Vexillũ terrestræ gestat pro stemmate, clipeum diuisum, in vna medietate lineas tres rubreas, & tres albas: in altera campum laurini colores, tribus ordinibus stellarum insignitur.



LUBLINENSIS TERRA.

**LUBLIN** ciuitas murata fossa stagnisq; ingentibus circumdata. Arx in colle eminentiori ad stagnum amplum condita, muro validissimo fossaque profunda cingitur. In hac ciuitate tripl-

ces per annum nundinæ, quatuor hebdomads durantes, celebrantur. Primò pro festo Pentecostes. Secundò pro ferijs Apostolorum, **Simonis & Iudæ**. Tertio pro festo purificationis **Mariæ**. Ad eas ex remotissimis regionibus negotiatores, **Turcæ, Armeni, Græci, Germani, Moschouitæ, Lituani,** & cæteri ex circumiacentibus regionibus, conuenire solent. **Iudæi** maximam suburbiorum partem occupant, ibiq; Synagogam habent præcipuam. Arcem **Bystrzica** fluius alluit. Distat autem **Lublina** à **Sandomiria** 14. mil. à **Cracouia** 36. à **wilna** 70. à **warsouia** 24. Has ciuitates districtuales terra **Lublinensis** complectitur.

**VRZENDOW** ciuitas lignea ampla ad stagnum sita, à **Lublina** 7. mil. abest.

P O L O N I A E

**LVLQW** ciuitas lignea in planicie sita, ex vna parte palude lutuosa, ex alia vallo munitur, à Lublina 14. mil. abest, districtum satis amplum complectitur.

**PARCOM** ciuitas lignea, in planicie ad stagnum ingens sita, à Lublina 9. miliarib. abest.

**CASIMIRIA** ciuitas lignea, inter scopulos ad Vistulam condita, quæ tempore exundationis Vistulæ media ferè aquis obruitur, à Lublin 7. mil. distat.

Senatores duos præcipuos terra Lublinensis habet, Palatinum videlicet & Castellanium.

*Vexillum terrestre Ceruo albo in collo coronam gestante in campo rubeo insignitur, hoc vt sequitur modo.*



DE TERRIS DISTRICTIBVS QVE MAIORIS  
Polonia.

**P**OSNANIA ciuitas insignis maioris Poloniæ metropolis, ad Varthâ fluuiû nauigabilem, & Proсна amnem, inter colles condita, muro duplici, fossa- que profunda cingitur, ædes in eâ pulcherrimæ insigniterq; ex lapidibus sectis constructæ. Arx murata in eminentiori colle, inter Vartham & Pro- snam fluuios sita. In vltiori ripa Varthæ suburbia sunt amplissima, stagno ingenti paludibusque circumdata, quæ frequenter cum circumadiacentibus pagis e- undatione Varthæ, obruuntur, adeo vt aliquando solummodo summitates ædifici-  
suo

DESCRIP TIO.

35

rum ex aquis appareant: ipsa que ciuitas in muro aliquando inundatur, vt in foro plateis que passim nauigetur, sed tamē hæ exundationes duobus tribusue interdum diebus grassantur. Nundinæ in Posnania celeberrimæ ter in anno exercentur. Primæ in principio Quadragesimæ, quæ quatuor hæbdomadis durant. Secundæ pro festo diui Ioannis Baptistæ, quinque hæbdomadis durantes. Tertiæ pro festo sancti Michaëlis, quæ quinque integris hæbdomadis celebrantur.

CIVITATES DISTRICTVALES IN TERRA

Posnaniens.

**K**OSCIEN ciuitas in planitiæ inter paludes lutuosas sita, duplici muro valloque & fossa munitur, à Posnania 7. mil. distat.

**MIEDZYRZECZE** ciuitas lignea in planicie inter flumina paludesque lutuosas (vnde & nomen habet) sita, finitima Silesiæ, Pomeraniæ, arcem muratam natura & oportunitate loci munitissimam, muro valloque in excusso & fossis profundis circumsepta, nullo modo expugnari sese, nisi fame patitur. Eam Duces Germaniæ aliquot annis graui obsidione præmebant: attamen re infecta cū dedecore discedere coacti sunt, à Posnania 15. mil. distat.

**O**STRESOW ciuitas lignea finitima Silesiæ, in planicie latissima sita, quam syluæ vndique circundederunt.

**W**SCHOW ciuitas murata, in planicie sita, à Posnania 11. mil. abest.

**S**REMSK Præmecz, Rogozno, ciuitates lignæ, ad officium Posnaniense pertinentes, in quibus iudicia terrestria celebrantur.

SENATORES TERRAE POSNANIENSIS.

Episcopus  
Palatinus } Posnaniensis.  
Castellanus }

Sremscensis  
Miedzirzecensis } Castellanus.  
Præmecenensis  
Rogosiensis }



Vexillum terræ Posnaniensis aquila alba cum expansis ad volandum alis insignitur hoc modo.

CALISIENSIS TERRA.

**C**ALIS ciuitas muro circumdata inter paludes sita, quam Prosna fluuius præterlabitur. Arcis muratæ ruinæ restant, per Crucigeros Prussienfes desolatæ.

Has ciuitates districtuales hæc terra complectitur.

**G**NESNA ciuitas muro circumdata in planitie inter lacus collesque sita, Archiepiscopali se de clara. Hæc prima omnium ciuitas in Polonia à Lecho autore Polonorum condita, vbi imprimis sedes Regia habebatur. Ibiq; Princeps Poloniæ Boleslaus Cha-

P O L O N I A E

bri ab Othone Romanorum Imperatore Regium Diadema accepit, quo hucvq; Reges Poloniae vtuntur. In hac ciuitate est Ecclesia Cathedralis Metropolitana, in qua corpus Diui Adalberti Episcopi Pragensis depositum est. Distat autem à Calis 14. mil. à Posnania 7. In ea nundinae insignes, praecipue verò pro festo sancti Adelberti celebrantur.

PYZDRY ciuitas murata in planitie ad fluuium Varta inter syluas sita, à Calis 9. mil. distat.

WARTHA ciuitas ampla ad eiusdem nominis fluuium sita.

NAKLO ciuitas lignea ad fluuium Notesiam ex Goplo lacu emergentem, Arx murata inter lutosas paludes sita.

LAND ciuitas ad Wartham fluuium, à Gnesna 4. mil. abest.

KONIN ciuitas murata, Warthaq; fluuiio vna cum arce in gyrum circumducta, & nisi pontibus ad eam peruenitur 8. mil. à Calisia abest.

SLVACZA ciuitas muro fortissimo propugnaculisq; munita, ad Wartham fluuium.

KOLO ciuitas lignea circumsepta, Warthaq; fluuiio in gyrum vna cū arce aliquoties circumluitur 8. mil. à Calisia distat.

LAND & Camenecia ciuitates in Pomeraniae finibus.

SENATORES PRAECIPVI TERRAE CALISIENSIS.

Archiepiscopus Gnesnensis.

Palatinus Calisiensis.

Castellanus Calisiensis.

Gnesnensis  
Nakylcensis  
Camenensis  
Landensis } Castellanus:



Vexillum terrestre capite Bisontis inter cornua coronam auream gestante, per naresq; circulum aureum habente in capite in modum latrunculariorum siue scachorum albo & rubro insignitur hoc modo.

SIRADIENSIS TERRA.

SIRADIA ciuitas lignea muro circumducta in planicie sita. Arx murata ad Wartham fluuium condita. Haec prouincia olim pro Ducatu amplissimo computabatur, secundoque genitis Regum Poloniae attributa erat. Has ciuitates districtuales complectitur.

VIELVNIA ciuitas muro forti propugnaculisque & fossa profunda circumsepta, eam vna cum arce Profna fluuius praeterlabitur.

SADEK ciuitas lignea in planicie ad stagnum sita, à Siradia 5. miliaribus abest.

PETRICOVIA ciuitas murata inter loca palustrosa condita, vbi Comitum generalia communi approbatione omnium Regum Senatorumque Poloniae celebrari constitutum est. In suburbio curia Regia & turris, in qua causae iudiciales celebrantur sita est, quam fossa profunda ambit. Curiae quoque Episcoporum, Magnatumque Poloniae frequentes ibidem extructae sunt. Deinde extra ciuitatem curia ingenti sumptu ex lignis lenigatis insigniter sub nemore amenissimo extructa est, quam Rex cum omni comitatu suo tempore Comitiorum propter salubriorem auram incolit, Bugey appellata.

Rosperza

ROSPRZA ciuitas lignea in planicie paludibus circumflua.

SPICIMIRIA ciuitas lignea.

In hac Siradiensi terra, Nobiles id regum priuilegijs concessum habent, cæra rubea in obfignandis literis vti, cum id in illis prouincijs nemini nobilium solūmodo magnatibus, & in officio Regio, siue terrestri præfectis concedatur. Id verò indè promouerunt, cum Pruthani, cum Polonis in acie acriter confligerent, Lancienses à Pruthenis, Crucigeribus superati, vexillum sui Palatinatus amiserunt, quibus Siradienses in auxilium venientes, vexillum ab hostibus recuperauerunt.

SENATORES SIRADIENSIS TERRAE.

Palatinus }  
Castellanus } Siradiensis.

Rospiriensis }  
Spicimiriensis } Castellanus.  
Vielunensis }



Vexillum terrestre medietate Leonis rubei, & medietate Aquile nigrae in campo Lafurino insignitur, hoc vt sequitur modo.

Vielunensis quoque districtus suum vexillum proprium habet, Agnum Dei cum vexillo cruce insignito, in campo rubeo.

LANCICIENSIS TERRA.



LANCICIA ciuitas muro fossaque obducta in planicie vndique paludibus lutosis circumdata. Arx murata in scopulo, fossaque profunda obstructa, eam Bfura fluuius præterlabitur. Ibidem in villa Kosciol dicta, Ecclesia Cathedralis ex lapidibus seclis constructa est, satisque sumptuose prouisa.

ORLOVIA ciuitas lignea, ex vna partium fluuio lutuoso, & per amplexu, ex altera lacunis palustrosus munitur, 4. mil. à Lancicia distat. In eodem districtu ciuitas Piatek inter lutosas paludes Bfuram fluuium sita, ceruisia boni saporis, quæ in ea coquitur, per totam Poloniam celebris habetur.

BRESINIA ciuitas lignea satis ampla inter stagna sita, à Lancicia 7. mil. abest.

Konarzew, Inowlodz, Biechow, & alia multæ plurimæq; ciuitates & oppida lignea ad Lanciensem iurisdictionem pertinent.

SENATORES TERRAE LANCICIENSIS.

Palatinus }  
Castellanus } Lanciensis.

Bresiniensis }  
Konariensis } Castellanus  
Inowlodiensis }  
Biechouiensis }

POLO N I A E

Vexillum terreſtre medietate Aquilæ albæ & Leonis nigri aurea corona inſigniti exornatur, in campo rubeo, hoc modo vt vides

C V I A V I A E S I V E V L A D I S L A V I A E T E R R A .

**V**Ladiſlauia ciuitas ampla ſede Episcopali clara, inter ſtagna ad Viſtulam fluuium cõdita. Re- gio hæc magna ex parte paluſtrofa eſt, ſyluæque in ea rariffimæ, idè in- colæ inopiam lignorum patiuntur.



**B** I D G O S T I A ciuitas murata in pla- nitie ſita, eam Barda fluuius nauiga- bilis quo merces ex maiori Polonia in Viſtulam fluuium deportantur, alluit, à Vadiſlauia 6. mil. diſtat.

Senatores tres præcipuos, terra Vadiſlauienſis habet, Palatinum & Caſtellanum, Bydgofciæque Caſtellanum.

B R E S T I E N S I S T E R R A .

**B**R E S T I A ciuitas murata, progugnaculis vallo, foſſaque munitæ in planiciæ inter lutuoſos paludes condita.

Hos diſtriçtus complectitur.

**R** A D Z I E I O W ciuitas lignea, in campo aprico ad lacum ingentem ſita:

**C**R V S P H I C I A ciuitas lignea antiquitus condita, & prima poſt Gneznam, arx mu- rata ad Lacum ingentem, Gopla dictum, ſita, ex quo lacu mures olim prodierant qui Popelum Principem Poloniæ ibidem in arce deuorauerant, prout latius in geſtis Re- gum Poloniæ diximus. In hac ciuitate ſedes Regia olim habebatur, ſed poſtea Craco- uiam tranſlata eſt.

**K** O W A L O W opidum ligneum in locis paluſtroſis conditum.

S E N A T O R E S T E R R A E B R E S T I E N S I S

Palatinus	} Breſtienſis.	Crusphicienſis	} Caſtellanus.
Caſtellanus		Coualouienſis	

Cuiuienſis terræ vexillum, quo Vadiſlauienſis & Breſtienſis Palatinatus inſimul vtitur, Aquilæ rubæ Leonisq; nigri medietate, in campo aureo, hoc modo: excepto quod non habet coronam auream.

R A V E N S I S T E R R A .

**R**A V A ciuitas lignea in planicie ſita, Arcem muratam in ſcopulo ad Rauã fluuium habet.

**S**O C H A C Z O V I A ciuitas lignea, ſeptis ex vna partium circumdata, arx verò in ſcopulo eminenti murata, quam fluuius Bſura præterlabitur.

Gofstin

**GOSTININ** ciuitas lignea in planicie inter paludes lutuosas, arx in scopulo murata fossaque pa ludibus obducta.

**GAMBIN** ciuitas lignea ampla, in planicie sita. Senatores tres principales habet terra Rauensis, Palatinum, & Castellatum Rauensem, Sochaczouensem, & Gostinensem.



Vexillum terrestre aquila nigra in campo rubeo, literam, R, in pectore insignitur.

*PLOCENSIS TERRA.*

**PLOCZKO** ciuitas murata, ad Vistulam fluium condita, sede Episcopali clara, arcem quoque muratam in colle eminenti sitam habet.

**BIELSKO** ciuitas lignea in planicie sita, à Ploczko 2. mil. abest.

**RACZYAYAS** ciuitas lignea, inter lutuosas paludes, à Ploczko 8. mil. distat.

**SIEPRCZ** ciuitas lignea, in collo eminent, inter paludes, à Ploczko mil. 5. distat.

**SRENSKO** ciuitas lignea in planicie sita, arx murata inter stagna paludesque ingentes, à Ploczko mil. 10.

**MLAWA** ciuitas lignea Prussiae finitima, eam eiusdem nominis fluius praterlabitur, à Ploczko 11. mil. distat.

**PLONSKO** oppidum ligneum à Ploczko 7. mil.

**RADZANOW** ciuitas lignea ad Vkra fluium sita, arx murata in scopulo inter lacunas palustrosas, à Ploczko 8. mil. distat.

P O L O N I A E  
S E N A T O R E S T E R R A E P L O C E N S I S .

Episcopus }  
Palatinus } Plocensis.  
Castellanus }

Raczyafensis }  
Syeprcensis } Castellanus.

Vexillum terræ Plocensis, Rauensi simile, nisi quod aquila, P, litera in pectore insignitur hoc modo.



D O B R I N E N S I S T E R R A .

**D** O B R I N I A ciuitas lignea septis circumdata, in scopulo ad Vistulam sita, arx à Crucigeris demolita.

**S L O N S K** ciuitas lignea, in planicie ad Vistulam, à Dobrinia duobus miliaribus abest.

**R I P I N** oppidum ligneum, in planicie ad Odleam fluuium conditum, à Dobrinia 5. mil. abest.

**G O R Z N O** ciuitas lignea, inter syluas in colle, vallo, fossaq; aquis repleta obdusa, à Dobrinia 6. mil.

Pro hac prouincia Poloni cum Crucigeris, Prussiensibus frequenter digladiabatur.

Tres Senatores præcipuos terra Dobrinensis habet: Castellanium Dobrinensem, Ripinensem, & Slonscensem.

Vexillum terræ Dobrinensis caput humanum cornutum duabus coronis redimitum fronte & collo in campo rubeo gestat hoc modo.

D U C A T U S M A S O V I A E .

**M** Asouia Regio, amplissima Poloniae coniuncta, Prussia à Septentrione, Lituaniam ab oriente & Russiam nonnihil in meridiem reflectendo in vicinia habet. Quondam sui iuris Principes habebat, secundoq; genitis Regum Poloniae attributa erat, sed anno Domini 1526. decedentibus immatura ætate, Ioanne & Stanislao Ducibus, vnicis Regionibus hæredibus, Ducatus Masouiae in ius Regis Poloniae cecidit. Incolæ eodē idiomate nisi sibilis quibusdā differenti habituq;, moribus & religione cū Polonis vtuntur. Viri sunt strenui & bellicosi, in Martemq; cruentum proni:

Has præcipuas ciuitates Masouia complectitur.



Varschouig

**V**ARSCHOVIA ciuitas insignis murata totius Masouiaë Metropolis, duplici muro, fossa que ob ducta, in planicie ad Vistulam condita, arx quoque murata ciuitati contigua Vistulae impendet. Pons ibi amplissimus ligneus ingenti sumptu in Vistula fabricatur. Has ciuitates districtuales precipuas habet.

**CZERSKÓ** ciuitas lignea in planicie, ad Vistulae fluum sita, arcem murata in scopulo eminentibus altis conspicuam habet, à Varschouia 5. mil. abest.

**WYSSEGRÓD** ciuitas lignea, in planicie ad Vistulam, arx in colle murata, Varschouia 12. mil.

**ZAKROCZIM** ciuitas lignea ad Vistulam fluum, arx in colle murata. 8. mil. à Varschouia abest.

**CZIECHANÓW** ciuitas in planicie sita, valloq; circumsepta, arx inter lutosas paludes, fossa profunda munitur, à Varschouia 12. mil.

**CZERNIENSK** ciuitas lignea ampla, arcem & monasterium Augustinorum adiunctum habet.

**PVLTOŃSKO** ciuitas murata, ad Narew fluum vnà cum arce sita.

**ROSAN** ciuitas in planicie, arx verò in scopulo ad fluum Narew condita.

**VARKA** ciuitas ampla lignea, in planicie ad Pilczam fluum sita, à Varsch. 8. mil.

**BLONYE** ciuitas lignea ampla, à Varsouia 4. mil.

**TARCIN** ciuitas lignea, à Varschouia 5. mil. abest.

**GRODZYEC** ciuitas lignea, à Varschouia mil. 7. à Tarcin 2. distat.

**Prafnis** ciuitas ampla lapideis ædificis ornata.

**Lomza** ciuitas ampla ad Narew fluum nauigabilem sita, in ea ædificia pulcherrima murata à Varschouia 20. mil. distat.

SENATORES PRIMARII DVCATVS MASOVIÆ.

Palatinus Masouiaë Generalis.

Varschouienfis  
Cercscensis  
Vysegrodiensis  
Zakrocimensis  
Cziechanouienfis } Castellanus.



Vexillum Masouiaë Aquila alba cum expãfis ad volandum alis in campo rubeo insignitur, hoc modo vt vides.

LIVENSIS TERRA.

**L**IVO ciuitas lignea, arx murata ad Lijecz fluum condita.

**WEGROW** oppidum ligneum à Livo medio miliari distans.

**WIZNA** ciuitas in planicie ad Narew fluum sita, arx in colle fossa circumducta.

**NVR** ciuitas lignea ampla, ad fluum eiusdem nominis sita.

**CAMENYEC** ciuitas lignea in planicie ad Bug fluum à Livo 8. mil. sita.

P O L O N I A E

Senatores hos duos præcipuos terra Liuenfis habet, Lituensẽ  
& Biznensẽ Castellanos.

Vexillum terre Aquilæ medietate ruberæ & Vrsi albi coronati insignitur, hoc modo vt vides.

P O D L A S S I A E T E R R A.

P O D L A S S I A regio ampla, Masouia ab occidente, Lituania ab oriente contigua, olim sub potestate & imperio Lituanorũ erat, sed nunc anno Domini 1569. per Sigismundum Augustum Regem Poloniae, & Magnũ Ducem Lituaniae, Regno Poloniae adiuncta & appropriata est. Incolæ eius Masouitæ Ruthæni, atque Poloni: has ciuitates districtuales præcipuas complectitur.



BYELSKO ciuitas lignea amplissima Podlissiae principalis, ad Byala fluuium sita, Lituaniae contermina. Arx lignea fulminis ictu in praesentia Regis incensa penitusque exusta est, à Narew 4. mil.

BRANSKO ciuitas lignea ad Nur fluuium à Byelsko 3. mil. sita, in ea Curia Regia iudicialis, in qua causæ nobilium disceptantur.

SVRAS ciuitas lignea inter colles ad Narew fluuium sita, arx in colle fossa circumducta, à Byelsko 3. mil.

TYKOCZIN ciuitas lignea in planicie ad Narew fluuium sita. Arx natura & oportunitate loci munitissima, propugnaculis valloque; forti proportionaliter circumsepta Narewque; fluuiio & paludibus circumdata, vt ad eam nusquam aditus pateat, machinis tormentisque bellicis bene prouisa. Thesaurus enim Regius in ea asseruatur. Rex Sigismundus Augustus eam magnis impensis restaurari fecit, monetaque ibidem cuditur, à Byelsko 10. mil. distat, à Wilna 42.

KNYSSYN ciuitas lignea à Tikoczin 2. mil. in planicie inter stagna, syluas, paludesque; lutosas sita, ibidem Curia Regia extracta est. Hortus quoque; Regius amplissimus, vario genere animalium piscinisque diuersis reffertus. Venationes enim illic omnium ferarum copiose exercentur. 12. mil. à Byelsko distat.

NAREW ciuitas lignea inter syluas ad fluuium eiusdem nominis à Bielsko 4. mil. condita.

WASILKOW oppidum ligneum ad Narew fluuium, in quo Capitaneus regius residet.

AVGVSTOW ciuitas noua amplissima à Rege Sigismundo Augusto, à quo & nomen habet fundata, 20. mil. à Bielsko distat.

D R O H I C I N E N S I S D I S T R I C T V S.

D R O H I C I N ciuitas lignea ad Bug fluuium condita in colle curiam Regiam, in qua causæ nobilium disceptantur habet, à Byelsko ciuitate 10. mil. à Warschouia 30. distat.

MYELNIK oppidum ligneum ad Bug fluuium conditum, arx verò in colle eminenti, à Drohicin 5. mil.

LOSICZE ciuitas lignea ad stagnum amplissimum sita, à Drohicin 3. mil.

MORDI oppidum ligneum in planicie ad stagnum situm, à Drohicin 5. mil.

Ex his

DESCRIP TIO.

Ex his duobus districtibus Podlassiæ Bielscensi & Drohicinensi, pro expeditione bellica 20000. nobilium statuuntur.

Huius terræ duo sunt præcipui Senatores, Palatinus & Castellanus:

Vexillum terrestræ Podlassiæ bicorne crocci coloris Stemmæ, Magni Ducatus Lituaniæ, in campo albo insignitur, viro videlicet armato, gladium tenente equo insidente, ex alia verò parte, aquilam albam in campo rubeo gestat, postquam Regno Poloniae est incorporata. Similiter Bielscensis, & Drohicensis districtuum vexilla unicoloria insignitur.



DE TERRIS ET DISTRICTIBVS RVSSIAE  
Regno Poloniae incorporatis.

**D**E gentis Roxolanorum siue Ruthenorum vel Rufforum origine varij varia sentiunt, quos Sauromatas, Slauonesque ex posteritate Iapheti (prout latius in deductione Sarmatarum Polonorumque diximus) constat esse. Quidam eos à fusco gentis colore Ruffos dici autumant, alij à disseminatione, siue dispersione, Rozsieia enim Slavis disseminationem significat, quod melius ad veritatem quadrat, cum totam Sarmatiam Europeanam, & Asiaticæ partem occuparent, ab Oceanoque glaciali ad Mediterraneum vsque mare & sinum Adriaticum, à Pontoque, Euxino ad Balticum Oceanum vsque eorum coloniae extenduntur, vnde & Græcis Sporij, id est, dispersi dicuntur:

Qui imprimis Rutenis imperauerint incertum est, cum literarum prorsus ignari essent, donec anno Domini 796. Michael Curopalatus Imperator Cōstantinopolitanus characteres ad scribendum Bulgaris misisset, quos etiam Ruthæni omnes susce-

perunt, & ab hoc tempore illa quæ poterant ante & post gesta recordari litteris mandabant. Regionibus Ruffiæ duo præcipui Principes præfunt, vt pote Magnus Dux Moschouiz, qui fe Imperator totius Ruffiæ appellat, plures enim in ea, Ducatus poffidet. Secundus Rex Poloniæ, qui etiam Magno Ducatui Lituaniæ præeft, Ruffiæ Ducatus Lituaniæ incorporatos, vt pote Vitebfceſem, Kiouienſem, Mſczyſlauienſem, &c. poffidet, quos vna cum Lituania deſcripſimus.

Nunc cæteras Regiones Ruffiæ, Poloniæ adhærentes, cum præcipuis ciuitatibus deſcribemus, in quibus magna ex parte Poloni colonias ſuas habent, Procereſq; & Equites fere omnes Poloni ſunt, ac maior pars religionem Romani ritus amplectitur, vt pote ciues & nobiles, exceptis colonis & agreſtibus qui Græcorum dogmata in religione ſequuntur, de quorū religione & ritibus latius in Moſchouiz deſcriptione patet.

LEOPOLIENSIS ET HALICIENSIS TERRA.

**L**EOPOLIS ciuitas inſignis Ruffiæ Polono Regi ſubiectæ, Metropolis, Leone Ruſſorum Principe condita, duplici muro propugnaculiſq; fortiſſimis vallo & foſſa profunda, tormentiſq; & ſuppelledili bellica expeditiſſime prouiſa. Arx vna in ciuitate, alia verò in eminentiſſimo ſcopulo ciuitati impendente munitiſſimè condita eſt, cuius aſpectus 10. mil. patet. Emporio, ſedeq; Archiepiſcopali clara, Metropolitanus quoque Ruffiæ ibidem ſedem ſuam retinet. Eccleſiæ in ea Romanæ & Græcorū obedientiæ plurimæ. Armeni quoque ibidem Baſilicam ſuæ religionis antiſtitemq; & ſacerdotes habent.

HALICIA ciuitas lignea ampliſſima antiquitus condita, vna ex Ducatibus Ruffiæ: Eam à Moldauia Prud fluuius, ex alia parte Tyras, Neſter vulgo dictus præterlabitur. Arcem ligneam in colle eminenti adiunctam habet.

Has ciuitates præcipuas diſtriſtuales, Leopoliens ſis & Haliciens ſis terra cõplectitur:

ZIDACOW in Pokutia, ciuitas lignea, in planicie ad Striy fluuium ſita, Arx in colle eminenti vallo circumſepta.

GRODEK ciuitas circumſepta, vna cum arce in planicie ſtagnis circumuallata, à Leopoli 4. miliar.

BYSKO ciuitas inter lutoſas paludes ex quibus Bug fluuius oritur ſita, quo merces variæ ex Volhynia in Viſtulam deportantur, à Leopoli 5. mil. diſtat.

STRIY ciuitas lignea, ad fluuium eiufdem nominis condita.

WIZNA ciuitas in planiciæ inter paludes ad fluuium ſui nominis extructa.

SNIATIN ciuitas lignea ſeptis circumdata, confinis Moldauiz, cum Prud fluuius præterlabitur, à Leopoli 12. mil. diſtat.

COLOMIA ciuitas lignea ſub monte ad Prud fluuium ſita, ibidem ſal decoquitur.

ROHATIN ciuitas lignea ſeptis circumdata in planicie, eam Rohatinka fluuius præterlabitur. Arcem inter ſtagna & paludes in colle ſitam habet, à Leopoli 10. mil. diſtat.

DOLINIA oppidum ligneum inter colles ſitum.

LYBACZOW ciuitas lignea in planicie ſita, caſtrum inter paludes ſtagnantes conditum.

SENATORES PRAECIPVI HARVM TERRARVM.

Archiepiſcopus Leopoliens ſis.

Leopoliens ſis

Haliciens ſis

Palatinus Ruffiæ Generalis

Lubaczouiens ſis

} Castellanus.

Vexillum Leopoliens ſis terræ, Leonem fuluum coronatum petram aſcendentem in campo laſurino geſtat, hoc vt ſequitur modo.

Haliciens ſe



Haliciense verò vexillum Monedulam coronatam cum expansis alis in campo rubeo pro Stemmate gestat, hoc vt vides.

BELZENSIS TERRA.

**B**ELZ ciuitas lignea, ampla in planicie sita. Arcem ligneam lutosi paludibus late stagnantibus circumductam habet, quam nequaquam Tartarica sagitta attingit.

SOKAL ciuitas circumsepta in planicie ad Bug fluuium sita. Arx in colle eminenti lignea.

HRVBYESOW oppidum cum castro in colle situm.

HRODLO ciuitas stipitibus præacutis circumsepta, arcem in colle Bugo præterfluã habet.

GRABOWYEC ciuitas lignea in planicie sita, arx in colle eminentissimo natura & oportunitate loci munitissima accessuq; ardua.

THYSSOWICE ciuitas lignea, arcem in colle habet.

Senatores præcipuos duos terra Belzensis habet, Palatinũ videlicet & Castellaniũ.

Vexillum terrestre Griphonem album coronatum, in campo rubeo pro Stemmate gestat hoc modo.

CHELMENSIS TERRA.

**C**HELM ciuitas septis circumdata, sede Episcopali clara, arx in eminentiori colle sita, lignea, argila oblinita 4. mil. aspectus illius patet.

CRASNISTAW ciuitas murata ad stagnum amplissimum sita, arx in planicie murata, quam Viepr fluuius nauigabilis præterlabitur, à Lublina 7. mil. In ea Capitaneus generalis regius residet.



P O L O N I A E

RATNO ciuitas lignea ampla inter paludes latissimè stagnantes sita, à Chelmiaq; 24. ferè mil. pontibus stratis ad eam peruenitur. Arx in colle eminenti ad Perepetū fluuium nauigabilem condita. quam Tur fluuius alia ex parte paludesq; lutosæ muniūt, accessusq; omni ex parte difficilis.

LYBOW LYA ciuitas ad Bug fluuium sita, arcem in colle eminenti habet. Senatores duos principales Episcopum videlicet & Castellanum, terra Chelmen-  
fis habet.

Vexillum terrestre Vrso albo inter tres arbores in campo aureo gra-  
diante insignitur hoc modo.

PREMISLIENSIS TERRA.

PREMISLIA ciuitas murata ad San fluuium nauigabilem sita, sede Episcopali clara. Arx in colle in vltiori rippa eiusdem fluuij cōdita propugnaculisq; apprimè munitissima. Ibidem hortus ingens regius omni genere ferarum reffer-  
tus.



SAMBOR ciuitas septis circum-  
data ad Tyrā fluuium, vnā cum arce sita Hungariæ finitima.

DROHOBYCZ ciuitas stipitibus præ acutis in planicie munita, Salis fodinis clara.

SANOK ciuitas lignea inter colles ad San fluuium extructa, arx in colle murata.

PRZEŃORSK ciuitas in colle muro circumdata, ad Mlecza fluuium sita.

KROSNO ciuitas murata lasiolda fluuio circumdata. Vislok verò fluuius eam me-  
diam interfluit. Ibidem medio miliari Camyeniecz arx in eminenti scopulo murata,  
natura & oportunitate loci & propugnaculis munita.

SENATORES TRES PRAECIPVOS TERRA PRAEMIS-  
liensis habet.

Episcopus }  
Castellanus } Premisliensis.

Castellanus }  
Sanocensis.

Vexillum terrestre aquilam auream bicipitem coronatam in campo lasurino pro  
Stemmate gestat.

PODOLIAE REGIO.

PODOLIA Regio amplissima Moldauiz & Valachiz à meridie finitima est, ab oriente verò vastissima campestris desolata, ad Tanaim fluuium palu-  
desq; Meotidis, & Pontum Euxinum vsque, Tartarosq; Præcopenses habet. Omnium rerum ex terra nascentium fertilissima, adeò vt colonus, quamuis quomodocunque in agrum semen iniecerit, centuplum fructuū referat. Prata quoque mirum immodum luxuriantia, adeò vt bouis cornua vix è gra-  
mine appareant: terra tamen dura & petrosa nimis, adeò vt bisenos boues coloni ara-  
turi, aratro iungere cogatur. Attamen intollerabile pondus boues anhelantes testan-  
tur.

Podolia  
omniū fe-  
uacissima.

tur. Mellis sylvarum passim abundantissimæ, stipitibus enim cauatis vbiq; mella rosca depromuntur. Armentis gregibusq;, & feris omnigenis redundans. Eam antiquitus Allani, Goti, Getæ, Cumani, Polonij, & Roxolani incolebant. Circassorum reliquæ adhuc extant, ad Boristenem fluium.

Has præcipuas ciuitates, arcesq; hæc Regio complectitur.

**CAMYENIEC** ciuitas Moldauia finitima, Diuinaq; ferè manu inter arduas cliuofasq; rupes condita, portas solummodo duas habet. Arx quoq; natura & oportunitate loci rupe petrosa, vndique cincta, quam vnà cum ciuitate Smotricz fluius præterlabitur, fossaq; profundissima naturali cingitur. Arx ipsa muro propugnaculisq; munita. Ciuitatem verò rupes altissima, saxosa, accessuq; ardua inexpugnabilem facit, quam ita suo ambitu includit, vt minimè ædium quamuis eminentiorum tecta apparent. Sæpius ab ea Tartari, Valachijq; & Turcæ cum ingenti strage & dedecore repulsi & fugati sunt. A chocimia Moldauia arce duobus mil. distat.



**BAR** ciuitas septis circumdata in planicie à Bona Ioannis Sfortia Ducis Mediolani filia, Sigismundi Regis Polonia condita, quam à Baro patria appellauit. Arx in colle murata, paludibus latè stagnantibus circumdata.

**MYEDZIBOSZ** ciuitas & arx ampla lignea, inter paludes latissimè stagnantes sita, ad quam nisi pontibus peruenitur, à Tartaris sæpissimè infestatur.

**BREZANIA** oppidum ligneum, arcem in colle muratam habet.

**TREBOWLA** ciuitas sub monte altissimo sita, arcem in colle eminenti habet.

**CHMIELNIK** ciuitas lignea stipitibus circummunita, arx lignea in planicie ad Bog fluium (Hærodoto, Hypanis, dictum) sita, à Camyeniec 20. mil.

**BRASLAW** ciuitas & arx lignea vallo fossaq; circummunita, cum Bog fluius præterlabitur.

**VINNICZA** ciuitas lignea vnà cum arce vallo circumsepta, ad Bog fluium sita. Hæ duæ arces præter cæteras à Tartaris Præcopensibus sæpissimè infestantur, districtusq; amplissimos qui pro Palatinatibus computantur, & vexillum peculiare bellicum cinerici coloris, stemmate Magni Ducatus Lituania insignitum habent.

**SVINIGROD** arx cum ciuitate lignea in campestribus sita, ibidem mitiones sunt plurimæ in campestribus desolatis sitæ, contra Tartaros latrocinantes arcendos. Tandem vltra Bog fluium (qui Hærodoto Hypanis dicitur) Circassorum & Canowciorum reliquæ, longo tracto ad Boristenem extant in campestribus desolatis, quæ 200. miliaribus Polonicis nullis Syluis collibusue & mitionibus conspicua, ad Tanaim paludesq; Meotidis, & Pontum Euxinum Tartarosq; Præcopenses, & Crimscenses vsque extenduntur.

Circassi.  
Canowciorum.

Senatores Podolia præcipuos tres duntaxat habet, Episcopum Camenecensem, Palatinum Podolia generalem, & Castellatum Camenecensem.

Vexillum terrestre Solem stellis duodecenis, in campo albo circumdatum pro Stemmate gestat.



LECTORI.

**N**E te tua opinio fallat Lector candide, me hic vniuersum Regnum Poloniæ absolutè descripsisse. Ego enim hic Prouincias principales, quæ olim pro Ducatibus habebantur, nunc verò in Palatinatus redactæ sunt, descripsi, ciuitatesque & arces præcipuas Regias, in quibus causæ iudiciales nobilium celebrantur enumeravi. Hæ verò prouinciæ plurimas frequentissimasque ciuitates, arces, & oppida, tam Regis quàm Nobilium, Magnatum, Episcoporumque complectuntur. In singulis autem terris & ciuitatibus districtualibus superius enumeratis administratores causarum iudicialium, à Rege substituuntur: utpotè Capitanei Generales, qui vices Regias supplent. Iudex & Subiudex, Notarius, Subcamerarius, Camerarius terrestris. Hij omnes causas nobilium absoluunt, exceptis capitibus criminalibusue causis, quæ ad Regis edictum in Comitata Generalia relegantur. Sunt quoque plures alij terrestria Regiaque munia obeuntes, quos hic recensere longum esset. Sunt quoque in Poloniæ Regno Comitatus plurimi, utpotè Comitatus in Tarnob, in Gorka, in Tenczin, in Melstin, in Sidlowicz, & id genus alij.

Regni

42

# REGNI POLONIAE

## MAGNIQUE DVCATVS LITVANIAE, REGIS CVM SENA- TORIBVS SVIS, IN SENATV, ORDO.

**P**OLONIAE Regnum in Sarmatia Europæa vt diximus amplissimum, potentissimumq; cum alijs multis præclaris rebus, tum modo gubernationis à cæteris omnibus Regnis differt, in quibus Reges sine Senatus consilio & equitum consensu, ex voto priuato legem omnibus ferunt, & nisi virtute innata regantur, in tyrannidem facillè prolabuntur. In Polonia autem vt Reges non nascuntur, sed communibus Senatus & equitum suffragijs eliguntur, ita etiam sine auctoritate eorundem nihil decernere possunt, quamuis sint potentissimi, & militibus voluntarijs superbissimos quosq; Reges superantes. Soli enim Poloniæ Principes inuictissimi reperiuntur, ex solis voluntarijs Nobilibus ducentorum millium quotiescunq; opus fuerit, exercitum fortissimum & omni genere armorum præoptissimum sine vllis stipendijs contra hostem educere possunt. Nobilitas namq; vniuersa omnibus soluta vectigalibus, bellica tantummodò munera obire pro aris & focis tenentur, quod si voluntarij milites non sufficerent, de suis proprijs gentibus trecenta millia mercenariorum conscribere possunt. Ita cum sit potentissimus Rex Poloniæ, tamen secundum legum, & Senatus præscripta viuere tenetur, sicq; Regnum amplissimum, Regio imperio, Regia verò Maiestas & Potestas vicissim Senatus & Nobilitum libertate temperatur, intra æquitatisq; terminos omnes ordines Regni cum ipso Rege continentur, quod si Rex quandoq; ab officio suo deficeret, & publicas libertates suorum opprimere aspiraret, autoritate Senatoria, qui ad hoc attendendum iuramento sunt obligati, prohibetur, & ita Rex Poloniæ grauissimis Senatorum consilijs nititur. Senatores verò ipsi, & vniuersi Equites vicissim Regiam Maiestatem reuerentur, amant, honorant, & vitam ac possessiones priuatas vniuersas funditus profanitate & bono illius effundere parati sunt. Senatores autem voto Regis (penes quem est summa & maxima iuris dicendi autoritas) ex præcipua & illustri totius Regni Nobilitate, generis & virtutum commendatione delecti, exacto fidei sacramento, in Senatum eliguntur. Principes autem & præcipui Regni Senatores, sunt Archiepiscopi, & Episcopi, propter venerandam Ecclesiastici ordinis Maiestatem auctoritatemq; & opes quibus affluunt, præstâtissimas, Hij in Senatu in vtrumq; Regis latus circumfidet, Archiepiscopi autem duo sunt in vniuerso Regis Poloniæ imperio, Gnesnensis Regni Primas, & Legatus natus Romani Pontificis in Sarmatia vicem tenens, qui ad vetusta superiorum temporum memoria, coronandi Regis ius habet. In Russia verò nigra, secundus Archiepiscopus est Leopoliensis, vbi sedes Metropolitana Cracouia translata est, anno Domini 1075. in curia Lamperti Zulæ Sancti Stanislai prædecessoris. Episcopi tredecim non secus ac Principes maximi, omni rerum copia excellentes, in tota Poloniæ Monarchia reperiuntur, Cracouiensis minoris, Posnaniensis maioris Poloniarum, Vladislauiensis qui & Cuiuuiæ, Pomeraniæq;, Vilnensis Lituaniæ, Plocensis Masouia, Warmiensis, Culmensis, Prussia, Præmisliensis, Lucaorientis, Chelmenis, Kiouiensis Russia, Samogitiæ, vltimus Camenecensis. Hij ordine omnes Regi assident, nisi quod Posnaniensis, cum Vladislauiensis, antiquam dignitatis litæ teneant, idè alternatim locum mutant. Episcopos ex veteri Priuilegio Castellanus Cracouiensis subsequitur, militarium procerum Princeps, deinde Palatini quorum maior Cracouiensis & Vilnensis, palatinos verò quidam Castellani præcipui intetmixti. Tunc demum alij Castellani maiores & minores quos recensere longum esset ordine loca sua occupant.

P O L O N I A E

qui non castris vt ipsa vocis Etymologia sonat, sed minoribus prouincijs Senatorio iure & nomine Regio præsunt, extraq; ipsam autoritatem dignitatemq; (quæ est prima post Palatinos) paruum sui officij quæstum reportant, quamuis illius cui præsunt prouinciæ Domini appellantur, nihil enim præter Reipublicæ (quod verè Senatorum est) commoda quærunt. Castellanos Archimarschalci Marschalciq; supremi totius Regni officarij sequuntur, qui sunt Poloniae & Lituaniæ de vtroq; imperio bini, terrestres videlicet & Curiales. Marschalcorum officium est, curare totius aulae & omnium conuentionis tranquillitatem, inter proceres & aulicos Regios partiri ædes vrbi um, Regi quocumq; eunti, baculos erectos singuli præferunt, & vt quisq; officio suo apud Regem fungatur prouident. In Senatus consessu omnia animaduertunt, quod si supremi Marschalci abfuerint, Curiales eorum officium adimplent. Cancellarij & Vicecancellarij Marschalcos ordine sequuntur, vtriusq; gentis qui sunt similiter bini & bina sigilla, horum officium est Priuilegia, immunitates, prærogatiuas à Rege alicui datas, litteras similiter Regias conscribere, scriptas Regi oblatas pronunciant, quibus à Rege subscriptis illi sigillum affigunt. Omnes autem litteræ ac priuilegia in Magni Lituaniæ Ducatus Cæcellaria, Rutenicis characteribus absoluuntur, apud Polonos verò Latine (cuius linguæ sunt peritissimi) omnes causæ describuntur. Præcipua quoq; est dignitas in Senatu summorum generaliumq; militiæ Ducum, quorum in Polonia vnus, in Lituaniæ Magno Ducatu secundus, rerum potiuntur, penes hos summa omnium exercituum imperij sita est, in qua autoritate Regia plenipotenter vtuntur. Hos demum Campiductores de vtroq; imperio singuli, qui sunt campestris militiæ Duces. Est etiã summus maioris Poloniae præfectus siue Generalis, similiter Samogitiæ, & terrarum Russiæ præfecti, quo honorum gradu non nisi Principes viri, & de Patria optimè meriti à Rege donantur. Cooptantur quoq; in Senatus classem prouinciarum de vtroq; imperio Officiarij, vtpotè Iudices qui causas nobilium munere Regio dijudicant, Pincernæ, Succamerarij, Dapiferi, Secretarij, Vexilliferi, Scribæ, Tribuni militum, Exactores, Thesaurarij, & cæteri qui singuli singula officia in prouincijs assignatis exequuntur, & pariter cum iudicibus prouincialibus particularia, certis temporibus anni, assignata iudicia, qui termini siue Roki vulgo dicuntur, exercent. Ensiser quoq; Regni, & Vexillifer Curia Regiæ, qui Curiale vexillum in bello defert, non postrema dignitate funguntur. Non etiã autoritatis frustrantur honore ipsi Secretarij, Scribæq; siue Proto notari Regij. Insuper Cubiculi, Stabuli, Culinæq; Magistri, suis dignitatibus in Senatus consultu gaudet. Ciuitatum, Oppidorum, Arcium Regiarum, Prouintiarumq; præfecti, Referendarij supplices libellos & subditorum quærelas ad Regem & Senatum deferentes, summusq; Regis Secretarius & Refferendarius, salinarum fodinarum & metallorum Præfecti non ignobili certe dignitate potiuntur. Legati quoq; prouinciarum & ciuitatum præcipuarum, ab vniuersis ordinibus de singulis prouincijs nomine totius Nobilitatis electi, suas in Senatu partes occupant. Equites quoq; & Patricij viri iuuenes virtutibus & genere præstantes aulici, qui in aula Regia seruientes in præstandis quotidianis officijs Regi operam nauant, stipendiâq; merentur. Insuper Cubicularij siue Veredarij, qui cum Epistolis Regijs per omnes prouincias, à mandati velocissimè discurrent. Demum stipendiarij, & satellites siue collaterones Regiæ vitæ custodes, postremum autoritatis locum obtinent. Omnibus autem Senatoribus sub fidei iuramento, & amore patriæ eadem est perpetua & constans tuendæ publicæ libertatis, & propagandi imperij, volūtas. In Senatu cum de Republica deliberant liberè, & sæpius arcerrimè sententias dicunt, Regem imprudentius regnantem obiurgant, atq; vno consensu sanctissima maiorum instituta, & communis Patriæ charissimas leges ad extremum vitæ defendunt.

*CAPITANEI Generales in minori Polonia 40. in maiori 30. in Ducatu Masouia 12. quæ officia nulla successione, sed ex Regis gratia in benemeritos de Repub. cōferuntur. hī enim prouincijs præsunt, & nobilitatem, Regia auctoritate, pro tribunali iudicant, omnesq; prouentus Regios exigunt, & in thesaurum referunt.*

REGNO Poloniæ saluberrima aura fauet, omniumq; rerum ex terra nascentium fertilissima est, cuius vbertatem cæteræ regiones transmarinæ affatim perferunt, ad quas frumentum grandicopia, de Polonia nauibus aduehitur. Pecoribus quoq; omnigenis, venationibusq; abundat, ita vt Saxonia, cæteraq; gentes Germanorum, Polonicis Bouibus victitent. Incolæ habitum variarum diuersarumq; nationum more gestant, præcipuè verò, Italicum, Hispanicum, & Hungaricum, qui illis peculiaris est. Alij Germanico, Turcico, Moschouitico, Bohæmicoq; more vestiuntur, diuersas enim & repostissimas prouincias peragrât, vnde varios mores in patriam inferunt. Viri sunt excellentissima industria præditi, variarumque gentium idiomata callent: imprimis verò linguæ Latinæ peritissimi, qua vt vulgari maiori ex parte in ciuitatibus & pagis passim vtuntur, idq; omnibus diuitibus, ac pauperibus peculiare est, quod imprimis pueros litteris imbuendos apprimèq; ad consumptionem, sedecim plusuè annorum in pulueribus scholasticis committunt, sumptibus pro Magistris minimè indulgèdo, vnde linguam Latinam omnes ferè congruè callēt, idq; ea de re maximè obseruatum crediderim, q̄ vulgaribus litteris vel scripturis, in sacris ac prophanis rebus nunquam vtantur, omnesq; leges tam ciuiles, quàm nobilium, ac villanorum, & ipsa Cancellaria Regni ac Castrensis, Latinis litteris omnia expedit, atq; idè factum est, vt passim docti omnes euaderent. Habent præterea Poloni, & Lituani linguæ Latinæ inflectionē propriam & perfectissimam, vt Latinarum dictionum sonum propriè ad iustum accētum expressionemq; secundum litteras ipsas, quadam cum gratia & dulcedine, inflectere, ac proferre queant. Qua de re Polonia omnium ferè gentium studia vicisse videtur, q̄ rarus esset, qui Latinas litteras nō calleret, deinde Germanicum, Hungaricū, ac passim Italicum & magna ex parte Gallicum, Hispanicumq; extra vulgare suum Sarmaticum idiomata nesciret. Equites in ornamentis equorum, armorum, vestibusq; præsumptuosius plurimum delectantur, Campestri prælio alacrius hostem quemlibet paruis & magnis copijs adoriuntur. Castra etiam artificiosè collocant curribus in gyrum arcte dispositis, adeò vt in illis tuti non aliter atq; in arce firmissima includuntur. Viri sunt bellicosi, strenui, hostisq; quamuis validissimi impauidi. Armatura maiori ex parte Hungarorum more vtuntur, clipeosq;, qui totum hominem equo insidentem tegunt, & hastas oblongas gestant, pluresq; inter eos tantæ animositatis reperiuntur, vt vnus alium quamuis toto exercitu suorum profligato, ad mortem vsq; non deseruerit, sed vterque strenuè dimicando honestè occumbere, quã turpiter fugere mauult. Prout in Moldauia duobus fratribus germanis, Strusouiczij dictis, Polonis Equitibus euenit, qui ab exercitu suorum aberrantibus cum quinquaginta commilitonibus, inscijs in multitudinem Valachiorum inciderunt, à quibus vndique circumuenti, in primo congressu vnus occubuit: alter verò strenuè dimicando euasit: sed cædis fratris germani recordatus, in exercitum Valachiorum conuersus, acies eorum fortiter disuerberabat, & quamuis euadendi facultas iterum ei pateret: tamè honestius cū fratre occumbere, quam euadere maluit. Melstinius quoque, cum Vitoldus Dux Lituaniæ multitudine Tartarorum fugaretur, ex fuga audacter conuersus in confertissimas hostium acies sese coniecit, multisq; hostium trucidatis, tandiu strenuè dimicauit, donec prorsus telis confoderetur, equoq; deiceretur, 1397. vt latius patet in Lituaniæ Ducum descriptione. His etiam multi similes in gestis Polonorum reperiuntur, quos sigillatim recensere infiniti laboris esset. Id verò illic maximè non solum inter fratres, sed inter socios fideles reperitur, prout nuper Vilmæ in Lituania me præ-

Poloni stant  
diorū amā  
tissimi.

more...

Nobiles humilioris fortunæ, iniurias à Magnatibus illatas non patiuntur, nam

quamuis pauperrimus nobilis extiterit, amicis cognatisque suis collectis, quam maximum magnatem debellare potest: non solum enim possessiones pro necessitate amici exponunt: sed etiam vitam suam pro eo morti variisque periculis obijciunt, qua de re magnates in Polonia, non parui, sibi pauperem vulgum Nobilium ducunt, in Lituania contra, Nobiles humilis fortunæ magnatum sunt serui. Accidit in Polonia me presente, quod quidam magnæ autoritatis vir, Dominus Ioannes Luthomirski, Thesaurarius Regius supremus, Capitaneus Lanciciensis, & Radomiensis, Castellanusque, Siradiensis, quosdam pauperes Nobiles, Mikolaiemsezi dictos iniuria affecerat, qui collecta manu consanguineorum, cum magno comitatu proficiscentem occiderunt, infrustraque dissecarunt. Cumque hic Nobilis aut honore priuandus, aut capite plectendus pro prædicto facinore esset, honorem vitæ præferens citatus ad Comitium Lublini celebrata, alacriter comparuit, ibique honore integro ex sententiâ Regis, decolatus est. Quod si huic genti nimiam comestationes, & diuitiarum plusquam liberales prodigæ profusiones, inebriationes non obfuerint, omnes ferè gètes virtute innata & ingenijs Heroicis superarent, sed vnus pro sanitate alterius (prout illis mos est) bibens, poculum magnum funditus exsiccat, quamuis natura interdum repugnante, sicque hæc eorum mutua charitas, quam illi maximè in conuiujs celebrant, eos multoties sanitate priuat. multi que ex nimia inebriatione infirmitatibus corripiuntur. Cum enim vnus alteri pro sanitate præbicit, non solum poculum vitreum, sed ligneum, vel figulinum, capiti illidit, tandem postridiè surgens infirmitate correptus, vinum incusat, amphoræ oblitus, quam ad caput colliferat. Multi quoque inter eos præcipuè in Ducatu Masouia reperiuntur, qui sese alterutrum bibere vi complectant, dicentes, aut mihi præbibe, aut mecum armis decertato, interim verò alius arma quam poculum, quem natura recusât alacrius eligit.

Aulicorum ministrorum, seruatorumque; tantas vniuersi Sarmatæ præsertim Poloni, Masouitæ, Litvani & Ruteni, fouent turmas, vt nūquam sperares eos educari posse, qui nullum aliud officium agunt, nisi Dominum aliquò migrantem, conitari, vel aliquò amandati munus iniunctum obire, à cæteris seruitijs prorsus liberi immunisque. Mechanicum opus nobilis seruitori ingenuo, quamuis pauperrimo obire non patitur, nec mandat, quod si aliquis minus discretus seruitori negotium minus honestum mechanicumue iniunxerit, rusticum sibi ad id muneris inueniendum oportere, se verò honesto seruitio minimè abdicaturum, respondit. Et ideò Nobiles Nobilibus, paresque genere ac virtutibus, paribus plerumque inseruiunt, cum honesta, & nobilia seruitia obeunt, contra occident alium gentium consuetudines, apud quas nobiles nobilibus turpè inseruii putant, quòd mechanica seruitia, quicquid Dominus demandauerit obire cogantur. Apud Sarmatas verò qui melius bibit pro sanitate Domini ille melior censetur minister, & postquam Dominus mensæ accubuerit, & seruitores statim ordine seruato accumbunt, aliquandoque, tres, quatuorue mensas occupabunt, quibus liberaliter fercula opiparia apponuntur, vt quilibet aulicorum tres seruitores sua portione educare possit, quam ipse saturatus puero à tergo stanti, in quadra lautè porrigit. Aulicus enim quilibet seruitores aliquot, & pueros habere solet, & illi seruitores, alios seruitores, pueri, pueros, ad quartum vsque ordinem, ad mensam eiusdem Domini omnes cibaria sumentes, & salaria recipientes, & plerumque maiori ex parte, nisi ad mensam inseruiunt, peracto prandio, vel coena, saturati inclinatis de more gentis coram Domino genibus, capitibusque adaperitis, quo volunt discurrunt, & quandoque triduò, quatrinduò, vel integra hebdomada Dominus seruum in tabernis, vel in comitiua occupatum non videbit, rarò tamen vbi fuerit interrogatur, & si interrogatur, respondit, se pro sanitate Domini hilariter bibisse, ad quæ Dominus subridens gratias agit, & plerumque liberaliter huiusmodi remunerantur. Quodam tempore accidit, dum quidam Episcopus per thesaurarium suum aulicis & seruitoribus salaria, siue stipendia secundum consuetudinem ad vnamquamque partem anni, persolueret, astantibusque omnibus ordine suo, quidam latrunculus (qui cadem in

aula nemini seruiens versabatur, bibens & comedens quotidie ad mensam Episcopi, cæteris seruatoribus salaria expetentibus se intermiscuit, quibus aduersus eum murmurantibus, quod nemini seruiens stipendium expectaret, Episcopus illum interrogat, cuius in seruium, & id quod alij strenuus adimpleo. Quale nam sit seruitium Episcopo interrogante dixit: quotidie bis in die laute ad mensam tuam comedo & bibo. Cui Episcopus subridens stipendium persoluit.

Nobiles legibus Castrensibus, & terrestribus à Regibus suis constitutis, vtuntur, ad ciuitatesque prouinciales & districtuales, quas superius enumerauimus citantur, nomine Capitanei illius Regia munia obeuntis, qui arce prouinciæque præest, hosque terminos Castrenses appellant. Ad terrestres verò terminos qui rarius celebrantur, in anno sex inter quatuor vicibus, nomine Regis in eandem arcem citantur, vbi à iudice terrestri vices Regias adimplente iudicantur. Ciues verò in ciuitatibus Imperatorijs legibus, quas Magdeburgenses, appellant vtuntur.

Atque hæc nobis de regno Poloniae breuiter dicta sufficiant: quod multis de causis *Conclusio* toti Reipub. Christianæ vtilissimum est, à gentibusque varijs crudelissimis Tartaris, & Turcis videlicet, munitissimum propugnaculum Germaniæ præsertim regionibus.

MAGNI DVCATVS LITVANIAE  
 CVM SVIS DVCIBVS, PRO  
 VINCIIS, PALATINATIBVS, CIVITATIBVS,  
 & Castris præcipuis, Morumque gentis, Originis, Religionis  
 antiquæ compendiosa descriptio.

ARMA MAGNI DVCATVS LITVANIAE.



# DEDUCTIO ET ORIGO CELEBERRI

MAE GENTIS LITVANORVM, PROBABILIS.

hactenus à nemine Hystoricorum Latinorum explanata.

\* \*  
\*

**P**TOLOMEVS ille vniuersi orbis Geographus curiosissimus, hijs in regionibus quæ hodie à Lituanis coluntur, & quæ eorum ditioni utpote Russia, Podolia, Volhinia, Podlascia, Samogitiaq; subsunt, hos populos colonias suas, (quorum hodie ne vestigiū quidem apparet) antiquitus habuere recenset, Galindos, Bodinos, Geninos, Sudinos, Cariones, Amaxobios, Stabanos, Surnos, Nascios, Asubios, Bibiones, Ombrones, inter Lublinā & Brestiam, Sargatioſque. Quos omnes ex Cymbris, Gotisq; & Sarmatis ortum sumpsisse idem Ptolomeus asserit. Sarmatorum autem deductio cum latius à nobis descripta pateat, Cymbrorum nomen, & successiones mihi explanandæ videntur. Cymbros itaque à Gomero nepote Nohæ ex maximo natu filio Iapheto ortos esse, nomenque ab eo per tot secula paululum immutatum trahere consentiens omnium hystoricorum opinio est. Hæc posteritas Iapheti, cum maiorem orbis terrarum partem, in Europa, Asiaque minori occupauerit, quod ipsi cum Etymon nominis dilationem significantis, tum fausta Nohæ parentis imprecatio portendebant, pars eorū à Gomero orti, ad Bosphorum Cimerum Mæothidis paludibus proximum, (qui de illis Cymmerius est appellatus) ultra fontes Tanais fluuij, vbi in Ducatu Rhesanensi Moschouia Principi subiecto oritur, sedes suas habuerunt. Postea successu tēporis, quod haud difficile illis fuit, per regiones propinquas, Russiam, Lituaniam, Liuoniam, & Borussiam nunc Prussiam appellatam, & Cymbricam Chersonensum vbi Sweci, Dani, Gollandi progressi, toto eo littore se passim diffundentes latè dominati sunt, & castrato paululum nomine, litteraq; interiecta Cymbri nuncupati. Quando verò & qua occasione hæc migratio contigerit: quoniam nulla gentis ab eo tempore monumenta extant, ex quibus id constare possit, ignotum est. Cæterum fuerunt semper Cymbri gens bellicosa, strenua, manu prompta, id enim res ab ipsis fortissimè audacissimeq; gestæ testantur. Hijs nãq; colonijs Septentrionalibus relictis in numero trecentorum millium, per Germanorum regiones in Heluetiam, Galliamque imprimis penetrarunt. Deinde Hispanias populabundi vastauerunt. Inde annum circiter centesimum decimum, ante natū Christum in Italiam excurrerunt, quam vastabundi passim depredarunt, Romanorumq; Consulem Papyrium Carbonem, cum vniuerso exercitu fuderunt. Postea ab eisdem M. Iunius Syluanus, & ipse Consul contracta infeliciter pugna, superatur. Aurelius deinde Scaurus Consul legatus amissis copijs Romanis, in manus eorum viuis perueniens, à Bolo Rege Cymbrorum occiditur. Id Tacito affirmante actum est, anno sexcentesimo quadragesimo post urbem conditam. Tandem Romani maioribus copijs collectis in aditu Alpium contra Cymbros exercitum opponunt, fusi tamen & ad internitionem prostrati, vbi C. Manlius in pugna interfectus occubuit. Octuaginta verò millia Romanorum militum cæsa. Q. Seruilius Cæpio Imperator exercitus, ex conflictu funesto vix cum denis elapsus, Romam tantę cladis nuncius perueniens, bonis omnibus publicatis, ex decreto Senatus, quod temeritate sua exercitum perdiderit, iugulatur. Aiunt Romanos vno in prælio maiori clade & detrimento vnquam affectos esse, quamobrem suspensis metu animis, de exitu imperij sui magnopere solliciti, præsentique rerum suarum periculo vehementer conturbati, cum hostes exitium, vbi minitantes propediem aduentare nunciaretur. Caium Marium ex Lybia vbi Iurgutam deuicerat, Ducem bellicosissimū, & fortunatum vocauerunt, duobusque annis ab illa clade Romanorū elapsis. Marius, Cymbrorū & Teutonū, ad aquas Sextias cruento prælio ducenta millia fudit, tantaque fertur cæsoforum multitudo, vt Massilienses congestis defunctorum ossibus, vineas eisdem obseperint, sanguineque humano

Lituania  
populi.

Cymbri  
de progenie  
sunt.

Tanais  
fluvius.

Cymbrorū  
patria.

Cymbri  
Gallia &  
Hispania  
ingressi.

Cymbrorū  
in Italia  
bella.

Infelix  
cuius  
Cymbrorū  
manorum  
conflictus,  
eorum  
strages.

Marius  
Cymbros  
Iudat.

mano agri quasi stercore multo pinguescentes vberrimi, feracissimi que redditi sint. Itaque Cymbri attenuati numero & viribus, sed animo minimè fracti, in vnum conglobati, Q. Catuli Proconsulis exercitum in fugam verterunt, ad fluuiumq; Atesin castrametati sunt. Quò Marius summa celeritate aduolans, cõiunctis copijs suis, cum exercitu Catuli, inito prælio 29. die Iulij centum quadraginta millia Cymbrorum occidit. Qua clade ad extrema redacti Italia egressi, patrias oras vtpote Daniam, Prussiam, Suetiam, Liuoniam, Lituaniamq; petierunt, ex quibus illi qui Lituaniam occupauerant Gepidæ nuncupati fuere. Hac verò in Regione vbi Samogitia, Aeneas Syluius Massagetæ, gentem Plinio, celebrem confedisse testatur. Lituanorū verò gentem, qui antiquitus Gepidi vocabantur ex Gotis oriundam. Erasmus Stella pulchris rationibus affirmat eū Duce Litalano, siue Litwone Vedenuti Prussiae Regis filio, anno Domini 573. in has regiones vicinas patris imperio quas olim Alani incolebant, venisse. Lituaniæ que nomen à sui denominatione eiusdem indidisse. Samogitiam verò à fratre eiusdem Lituonis Saimone principe appellatā, idem Erasmus Stella in Prussia historia testatur, quæ tunc temporis longè in Prussiam, & Liuoniam vsque extendebatur. Similiter Lotialos, siue Lotwonos, qui nunc Liuones post Germanorum ingressum Latinis dicuntur, ab eodem Litwone cum Litwania pariter nomen traxisse. Hæ autem gentes, vtpote Pruteni, Polowci, Samogitæ, Gepidæ, Lituani, Liuones, Curlandi, Iatzvingi siue Iaziges & Iaczvingi appellati, vt vnum idioma, ita eosdem mores, consuetudines, legesque & bellorū expeditiones in Christianos concordi Marte, semper habebant, nisi singulæ singulis principibus finibusq; certis dirimebatur. Iaczvingi autem fuerunt populi crudelissimi, in finibus Lituaniæ iuxta Masouia, vbi hodiè Podlattia colonias suas habebant, qui in bello non referebant pedem, quin vincerent, aut vincerentur: ideo bellis assiduis interierunt, reliqui eorum in Lituanos Russes, & Masouitas ob vicinitatem abierunt. Opinantur alij Lituanos, à Lituo quod cornu venatorum significat, dictos esse, quorum opinio, vt anilis & stulta iure ab omnibus irridetur. Mathias autem Miechouiensis, & Dlagosus Polonicæ historiae indagatores, ac annales Rutenorum testantur. Italos Duce Palemone, vel ob tyrānidem Neronis, vel pro merito exilium, aut ab Attila Hunnorū Reges crudelissimas Patriæ vastationes fugientes, has regiones, longa nauigatione superata, ex sinu maris Baltici, quod Prussiam, Samogitiam, Liuoniamq; alluit, per Nemnam fluuium Crononem Ptolomeo dictū, classe ingressos fuisse, q̄ & ipsa gens Lituanica strenuè asserit. Quamplures enim dictiones Latinæ, & Italicæ idiomaticorum internixtæ habentur. Aiuntque hunc Palemonem (quem ipsum nomen Latinum, Italumque esse prodit) cum certa comitiua ex nobilibus propinquitate iunctis collecta, quorum præcipuos, Vrsinos, Columnas, Iulianos, Cæsarianos, Gastaldos recensent, Lituaniæ nobilibus familijs & Stemmatibus principia dedisse, vulgum verò Lituanorum vtpote colonos, & agrestes ex Gotis natos asserunt, in hancq; sententiam plurimi Polonicæ & Germanicæ, ac Russorum historiae scriptores astipulantur, quorū iudicio & auctoritati, nos quoq; acquiescentes cum eiusdem sentire volumus.

Hic itaque Polemon ob innatam industriam, à gente barbara Princeps salutatus, eā coram nomine Patriæ suæ Italiæ (præposito articulo Italis in fæminini generis nomini bus efferendis consueto) Là Italia appellasse creditur, quæ postea longo temporis successu Italicis moribus, idiomaticæque in barbariem populi commutatis, Lituania dicta est. Quidam etiam eosdem Italos à littore maris Baltici, quod Prussiam, Liuoniam, ac Lituaniæ, Samogitiæ extrema alluit, eo quod ibi prius confederint, Lituaniam conuocinasse putant. Succedente postea Palemoni quodam ex eadem gente Principe, Itali recens Latinorum nomen non modo deposuerunt: sed ignatam quoque & peregrinam eorum incolarum linguarum, apud quos principatum arripuerant addiscentes, in suam cooptarunt, viuendique normam & modum cum eiusdem barbaribus susceperunt. Cæterum hæc gens Lituanica longo tempore à sui imperij primordijs, obscura fuit, Rutenorumque iugo subiecta, vt Princeps Kiouiensis Russiæ quondam

Cymbri ad Italiam.

Lituani à Cymbris orti.

Lituania, Samogitia & Liuonia cognominatio.

Iaczvingi sunt Iaziges gens crudelis.

Lituania à Lituo.

Itali Lituanica gentis propagatores.

Vulgum Lituanorum ex Gotis nobiles ex Italia orti.

Polemon Italum primus Dux Lituanorū.

Lituania ab Italia cognominata.

Lituania à Litore.

Lituani olim obscuri, Russiæ tributarij.

LITVANIAE

Monarcha, ab eis periomata, suberaq; ob ægestatem & soli sterilitatem, in signum tantummodo subiectionis exigeret: Donec Mendolphus siue Mendog, & Witenen, Gediminusq; Duces Illustres Heroica Magnanimitate illa innata, dudumq; segnitia rei militaris oppressa excitata, rebellionem contra Rutenos, ab antecessoribus suis insep- tam continentes, vnus post alium in Lituaniæ imperio succedentes, Russiæ Principi- bus partim strenuo Marte, partim astu frequentius aggressis, & quasi debellatis, sen- sim adeò viribus creuerunt, vt iugo Rutenis omnibus iniecto, etiam ad tributa sibi pē- denda eos compellerent, quæ pluribus ab annis Rutenis ipsi pendebant, ac pro perio- matibus & subere aurum, argentumq; exigunt. Nunc Lituatorum successus & seriem à primis principatus, incrementis, secundum Rutenorum opiniones aggrediar, à tri- bus fatribus Palemonis nepotibus, initio sumpto.

Lituani  
regū Ru-  
tenorum  
exercitū.

ORDO GENEALOGIAQVE DVCVM LITVANIAE.

Palemonis  
Nepotes.

**P**Alemoni ex romanis Patritijs genus suum dicenti, fatisque in Lituania multis, pe- riculis exantlatis commigranti, tres nepotes ( quos Ruteni filios eiusdem contra veritatē Historiæ legitimos scribunt) in imperio Lituanico successerunt, Bor- cus, Cunossus, & Spera nominati.



Borcus.  
Kanos.  
Spera.

**B**orcusq; arce ad Iuriam fluuium vbi in Cronem siue Nemnam exoneratur, in Samogitia erecta, à sui nominis & fluuij composita denominatione, eam Iurborg quæ hucusq; durat, appellauit, imperiumq; in Samogitas exercuit.

Kunossus  
Arx.

**C**Vnos, verò vterius procedens eadem in Regione castrum Kunossus fundauit à suo nomine appellatum, ad quod regio subiacens pertineret.

Kiernus.  
Gibut.

Kiernus  
arx, & Se-  
des Magni  
Ducatus  
Lituanie.

Lituania  
à Litus tu-  
ba.

**S**pera quoque Vilkomir arce ad fluentia Sventæ ædificata, ibidem dominari cepit. Tandem Borco & Spera fatis concedentibus, Cunos in vtriusq; partes successit, duos- que filios Kiernum & Gybutum procreauit. Mortuo Kunosso, Kiernus filius in Li- tuania principatu ex vtraque rippa Wilia fluuij arrepto, Kiernus arcem Ducatus se- dem erexit. Hunc Lituaniam à littore & tuba siue lituo cornu venatorio, appellasse Ruteni & ipsa gens Lituanica nulla certa probabiliq; ratione fulti autumant. Gybu- tus etiam Kiernus germanus Samogitiæ habenis præfuit, manuq; coniuncta cum Kierno Russiam apud Braslaw & Poloczko longè lateq; vastauerunt. Cumq; exuuijs onusti reuerterentur, Samogitiam à Liuonibus vicinis spoliata inuenerunt, quam vlciscentes Liuoniam vicissim igne, & armis, vastatam dirripuerunt.

Ziuibundus  
Dux Litu-  
aniae.  
Muntwil Sa-  
mogitia  
Dux.

**K**ierno è viuis decedente Ziuibundus filius in Lituania succedit, Gybuto verò in Samogitia Muntwil, hij quoque fraterna synceritate sese prosequentes, pacificè gen- tium suarum habenis præfuerunt. Russiæ principibus tributa persoluentes, periomata

videlicet

Lituani Rutenorum tributum

videlicet ad balnea & contornos de subere more gentis contextos. Muntipilo deinde parcis vocantibus, nō diu regnanti, Vikint filius in Samogitiæ principatū, euectus est. *Vikint*



Interea verò cum Batti Tartarorum imperator, Russiam magna ex parte deuastasset, potentiamq; Ducum eius diminuisset, & debilitasset, Ziuibundus Lituaniæ Dux nacta occasione ad iugum Rutenorum excutiendum, & libertatem vindicandam, fratris Wikinti Erdziuilum filium in Russiam infestandam armata manu destinauit. Itaque Erdziuil tranato Vilia fluuio, Nowogrodek arcem & ciuitatem Rutenorum occupauit, ibidemque sedem Ducatus sui posuit. Vteriusque castra mouendo ad Nemnam fluuiū, scopulo, natura loci munitissimo reperto, castrum quod Grodno appellatur ibidem crexit. Tandem in Podlassiam cum exercitu penetrans Brzestiam, Mielnicum, Drohicinum per Batti Tartarorū desolatas arces Rutenorum occupauit, muniuitque, & omnem eam oram suam in ditionem paruo negotio redegit. In Lituania verò benè meritis exercitus ductoribus prouincias, vnicuique pro sua dignitate, distribuit. Eixio ex quo Douoinorum familia creuit, Regionem hāc vbi ab eo nunc Eixitki oppidum nuncupatur. Granso vbi Gransitki. Campæ verò ex quo Gastaldorum nomē in Lituania Osmianam dedit.

*Batti Tartarorum  
siam vastauit.*

*Grodno  
edificata.  
Podlassiam  
ab Erdziuil  
lo occupata.*

*Eixis.  
Gransis.  
Cempa.  
Lituania  
proceres.*

Erdziuil igitur viribus in Russia & Lituania auctis, Tartarorum Zamolhensium Regem Kurdaßium nomine cum suis copijs Rutenorum regiones ex consuetudine depredantem apud Mozeram oppidum, in fluuio Okunioſka dicto prostrauit, fugauit, que. Multis gestis Heroicis exactis factis concessit. Mingailum verò & Algimuntum filios imperij successores reliquit. Algimuntus Samogitiæ præfuit: Mingailo verò Polocensibus Rutenis liberè absque iugo cuiusquam uiuentibus bellum iutulit, quibus apud Grodzecz arcem eorundem quam exussit debellatis, Poloczcam cepit, imperiūque in Polocenses, ac Nouogrodenſes latissimè exercuit Ginuilo, & Skirmunto filijs, patri & dominis relictis, è viuis decessit.

*Erdziuilus  
Tartaros  
sternit.*

*Mingailus  
Dux Lituaniæ*



Skirmunt itaque persolutis patri funebribus exequijs, Nouogrodecensium & Lituanoſum habenas moderauit. Ginuil verò Poloczcam iure naturali deuolutam administrauit, qui ducta in matrimonium Marja Tperensium Ducis filia baptizatus est,

*Skirmuntus  
Ginuili  
Boris.*

*Boris.* atque Georgius cognominatus, cum Pskouiensibus, & Smolenscijs acerrimum bellum pro patriage sit, Borisso filio in Polocensi Ducatu relicto, spiritum exhalauit.

*Boris.*  
*Stiermunt*  
*Borissou fundata.*  
*B. filius Rechuold.*  
*Poroska. nis Polocchia Ducis.*  
*sa.* *Boris.* *ex more patri iustis persolutis, Poloczka summa cum dexteritate moderauit, Basilicam sub titulo Sanctæ Sophiæ in arce de lateribus coctis pulcherrimè sumptuosè que erexit. Item aliam Saluatoris Iesu Christi, qui Spes Rutenis dicitur, & monasterium virginum medium miliari à Poloczka, (vbi modernus Dux Moschonia in oppugnatione Poloscæ, domicilium suum habuit) Borissi que & Hlebi diuorum Rutenici ritus Ecclesias instaurauit ac dotauit. Borisso vero arcem & oppidum ad Beresinâ fluuium, à sui nomine appellatam fundauit, ad quam vsque Magnus Dux Moschonia fines suos pertinere contendit. Borisso decedenti Basilius Rechuold filius in Polocensi principatu successit, qui ætatis plenus ad superos migravit, relicta filia Poroska uia & Hlebo filio. Hlebus paucis annis in Poloczka exactis satis concessit. Poroska uia verò soror sua calibem virginalém que vitam ducens, in monasterio Rutenici ritus vixit, postea deuotionis causa cum quibusdam monachis Græcis, Romam petijt, ibidèq; mortua, ob vitæ sanctimoniam canonisata & Catalogo sanctorum scripta Paraxidifq; latinis secundum Rutenorum opinionem appellata. Nunc à Polocensibus Ducibus, ad Lituaniæ principes redeo.*

*Stiermunt*  
*Re. tenos*  
*prostratus* Skiermunt filius Mingaili & frater Ginuili Lituaniæ habenas viriliter moderans, Mscislaum Ducem Lucensium cum copijs Russorum sibi occurrentem prostrauit, arcesque Pinskam, & Turociam eidem eripuit. Postea Balaklaium Tartarorum Zawalhensium Regem apud Keidanow Russiam vastantem cum vniuerso exercitu fudit, fugauitque.

Tandem Russiæ principibus bellum intulit, eo quod illum Lituania pellere niterentur. Mortifque successu copijs Russorum debellatis, Mozerani, Cernihouiam, Karasouiam arces cum suis prouincijs expugnauit, imperioque suo subiugauit, ac tribus filijs, Stroinato, Lauborto, & Pissimonto in hæreditatem concessit.

*Giedrus.* Kukouoitus patruus Skiermōti in Lituaniæ & Samogitiæ principatu multis annis exactis, naturæ debitum soluit. Giedruffo verò genero, qui filiam suam Poiatam matrimonio copulauerat, principatum commisit, qui Lituaniæ & Samogitiæ habenas summa cum dexteritate administrans moritur, Ringolto filio relicto.

*Ringolt*  
*Principes*  
*Russiae str*  
*uit.* **R**ingolt patri funebribus exequijs more gentili persolutis, Lituaniæ & Samogitiæ præficitur. In hūc principes Russiæ inuidia ducti, ob tributa nō persoluta exacerbati conspirauerunt, quatenus Ducatu paterno exueretur. Itaque exercitibus conscriptis, in Lituaniam valida manu cum Tartarorum auxiliarijs copijs excurrunt, quibus Ringolt viribus Lituanicis & Samogitiæ accinctus occurrit, aciq; commisso prælio ad Nemnam fluuium iuxta Mohilnam, Tartarorum sex millia Rutenorumq; ingentes Copias prostrauit. In quo conflictu ex Ducibus Russiæ, Demetrius Drucensis. Suetoslaus Kiouiensis, Leoque Wolodimerensis occubuerunt. Ringoltus hac victoria & alijs multis clarus humanis excessit, cui Mindog filius in Principatu successit, anno Domini 1340.



**M**endog siue Mindog Dux Lituaniæ Samogitiæque communibus suorum acclamationibus creatus, cum Prusciensibus Crucigeris & Liuoniensibus multa præclara bella gessit, Smolenskam & Wolhinia Duces imperio suo post varios conflictus subiecit. Boleslaum Pudicum Regem Poloniae 1243. anno à Christo nato, Danielemq; Russiæ Monarcham & Regem coronatum 1246. sepius excursorijs pugnis, cruenta cum clade Christianorum molestauit. Masouiam



Masouiam, Dobriniam, Kuiauiam, igne ferroq; multis spolijs onustus frequenter peragravit. Postea anno Domini 1252. à Cruciferis Prussiae, Liuoniae q; inductus, fidem Christianam cum nonnullis Lituanijs & Prutenis suscepit, deditque litteras Cruciferis Prussiae (Magistro Henrico de Zalca in ordine tunc temporis quarto praesidente) quibus astruit, & recognoscit, se ab illis multipliciter honoratum & adiutum, & ideo terras suae ditionis, videlicet Samogitarum, Iaczwingorum, Curomiensium, Weizensium, & totam terram Lituaniae perpetua & irreuocabili donatione, ipsis donasse & inscripsisse. Consilioq; fratrum Cruciferorum Prussiae nuncios suos, nuncijs Magistri & cruciferorum adiunctos, ad innocentium Papam quartum misit, profitens se puritatem Christianam suscepisse, & Coronam super Lituanos regnandi petens. In cuius fauorem Innocentius Papa fratrem Heindenricum olim prouincialem Poloniae, & Episcopum Armacanum, cum alijs Episcopis de Riga Liuoniae misit, qui Mendog-nem in Regem Lituaniae inunxerunt, sub eodem tamen anno, cum omnibus baptisatis ad pristinos idolatriae feces, prioribus peiores redijt, siue dolore & poenitentia amissarum terrarum, quas Cruciferis inscripserat, siue alia causa commotus. Postea anno Domini 1260. Mendog, siue Mendolphus Princeps Lituaniae ordinatione Crucigerorum Regem se gerens ex Lituanijs Prutenis, Iaczwingis, Samogitijisque triginta millium exercitu coadunato, Masouiae oram crudelissime depopulatus est, castrum Ploczko cum ciuitate exussit, deinde Prussia inuadens, Cruciferis tantummodo castra tuentibus, ciuitates quas Cruciferi extruxerant flamma, & excisione deleuit, omnesq; Christianos illic repertos trucidauit, opimisq; spolijs onustus in Lituania redijt. Item eodem anno Magistro & Cruciferis Prussiae, erigentibus castrum Carsowin, in monte sancti Georgij, à Lituanijs, & Prutenis barbaris prostrati sunt, vbi Hericus de Horthu-

*memoratus  
factus*

*Mendog  
Coronatur  
Baptisatus.*

*Mendog  
Christianam  
fidem suscepit.*

*Masouia  
vastata.*

*Prussia à  
Mendog  
vastatur.*

L I T V A N I A E

sen Magister Liuania, & Henricus Marschalcus Prussiae cum multis alijs occubuerunt. Lituani autem castrum Carfowin & Heizburg, maceratis fame defensoribus conqui-  
fuerunt. Ad castrum deinde Konigsberg obsidione promota à Crucigeris repulsi sunt.

Masouia  
elades, & bi  
Semouitus  
obtrunca-  
tur.

Tandem Mendog valido collecto exercitu cum Swarnone Prussiae principe, anno  
1 2 6 2. in Masouiam irrupit, ubi in vigilia Sancti Ioannis Baptistae Semouitum Du-  
cem Masouiae incautum in curia lasdow cum filio Conrado, & alijs militibus, occupa-  
uerunt. Swarno Dux Russiae Semouitum ipsum crudeliter decolauit. Conradum ve-  
rò filium ipsius, Mendog, & Lituani conseruauerunt, & eodem anno ab eis redemptus  
est. Lituani itaque & Ruteni, yniuersa Masouiae ora & Cuianiae parte peruastata, cum  
immensa praeda hominum & pecorum, succensis opidis & villis in suas terras redie-  
runt. Sequenti deinde anno, Lituani & Ruteni non contenti prima deuastatione in  
Masouiam iterum remearunt, & in ea propter desolationem nihil reperientes, Castel-  
laniam Louiciensem ad Archiepiscopum Gnesnensem pertinentem, igne & multi-  
plicibus praedis consumpserunt: nemineque defensionem opponente, in terras suas  
superbiendo discesserunt.

Louicz  
auxilia.

Tandem Deus misericors Polonis, Masouitisque Christianis propiciaturus, dissen-  
siones ciuiles, inter Rutenos & Lituanos immisit. Nam Mendolphum, alias Mendog  
Regem Lituorum, nepos eius Stroinat cum Dowmanto genero eiusdem, Princi-  
patum Lituanicum ambiens, quiescentem obruncat, & duos filios eius, Ruklam, &  
Rzcpikassam, sicque principatum arripuit, anno 1263. in quo & fratrem Tomciuilum  
Polocensium Ducem ambitione commotus trucidauit. Woifalk autem Monachus  
tonsus Rutenicum ritum primo professus, filius Mendolphi, patri occiso parentando  
Stroinatam exprobando illi, nephariam caedem, anno Domini 1264. occidit. Itaque  
Woifalk monachus Ducem Lituorum se gerere coepit, Poloniamque, & Masouiam,  
ac Cruciferos crebris irruptionibus infestauit.

Mendog cum  
filijs occi-  
sus à Stro-  
inate.

Tomciuilus  
truci-  
datur.

Stroinat  
obtrunca-  
tur.

Anno autem Domini 1267. praeditus Woifalk propter similitudines & odia pro terris  
Russiae, quas sibi appropriare nitebatur, in Brownsko monasterio Rutenorum Sancti  
Michaëlis circumuētus à Leone Duce Russiae, qui & Leopolum fundauit, filio Danie-  
lis olim regis Russiae, occisus est.

Woifalk in-  
gulatur.

Vienus.

Sublatis per huiusmodi seditiones Ducibus Lituaniae, Vienus siue Vcienus ex prin-  
cipum Lituaniae prosapia familia Kitaurorum communi omnium acclamatione in  
Magnum Lituaniae Samogitiaeque Ducem substituitur, qui pluribus bellis cum Rute-  
nis, Cruciferisque Prussiae exantlatis Swintoroho filio relicto è uicis decessit.

Swintoro-  
hus.

Germontus.

Trabus.

Swintorohus paucis annis in Imperio exactis, Reipublicae tamen negotijs optimè  
communitis, constitutisque, ex hac luce comigravit, cui Germontus filius succedens,  
& ipse non multo tempore imperans, relicto Trabus & Aligino filijs, in fata conce-  
dit. Trahus Magni Ducatus Lituaniae, Samogitiae, & quibusdam regionibus Russiae iu-  
re haereditario ad se deuolutis imperas, bello & pace clarus oppidum à suo nomine cum  
castro hucusque Trahy appellatum condidit, & quinque filios legitimos Narimundum,  
Dowmantum, Holsanum, Giedrutum, Troidenum, procreauit, pluribusque egregijs  
gestis exactis, fatis interceptus est.

Perfolutis



Per solutis gentiliter patri funebribus exequijs, eiusdem in magno Ducatu Narimuntus nati maior filius successit, sedemque suam de Nouogrodek Kiernouā transfuit. **Domant** verò Vcianam castrum cum suo districtu tenuit. **Giedrotus** siue **Giedrus**, arcem ad lacum quendam à suo nomine **Giedrote** appellatam, condidit, in qua sedem sui principatus habuit, ex eo ad hæc vsque tempora innumerabilis progenies extat propagata, Ducum **Giedrocensium** titulo gaudentes, ac pro Ducibus sese gerentes, & à **Wilna** Lituaniæ Metropoli, quatuor miliaribus incipiendo, in Lituaniam vsque ditiones eorum extenduntur per 26. miliaria Polonica, plurimique eorum paupertissimi vix colonorum conditionem adæquantes, cæteris Dominis inferuientes nihilo minus tamen titulo Ducum sese priuari permittunt, atque aliter appellati ægrè ferunt: verè enim ex Ducum Lituaniæ prosapia, genus suum ducunt, & armis Ducatus Lituaniæ antiquis, quas à Romanis importatas, ferunt, **Kijrauro** videlicet secundum illorum opinionem vtuntur. Sed ad rem redeo. **Holsam** quartus **Trabussi** filius vltra fluuium **Viliam** versus orientem procedendo, & **Korablam** amnem arcem sui Ducatus sedem, à sui denominatione **Holsany** appellatam condidit. Horum Ducum **Holsanensium** **Paulus** Episcopus **Vilnensis** moderni, verè Reuerendissimi, Domini **Valeriani** Episcopi antecessor familiam terminauit. Ducatus verò ipse in ditionem regis cessit. **Quintus** **Troidenus** **Iatvingorum**, vbi nunc **Podlattia**, & **Doinowiorū** principatum vltro sibi oblatum accepit, vbi **Rayrodam** arcem hucusque manentem condidit, ad **Biebram** fluuium.

Sedes de  
Nouogro-  
dek in kie-  
nouā tras-  
lata.

Duces Goo-  
drotenset.

Hij quatuor fratribus, **Narimuntus** secundum prærogatiuam natiuitatis, in Magno Ducatu præpositus, coniunctis eorum viribus **Poloniam**, **Russiam**, **Masouiam** que & **Prussiam** infestabant, **Crucigeros** quoque sæpius, tam **Liunionenses**, quam **Prussien-  
ses** oppugnabant. Postea **Narimuntus** cum **Domanto** fratre bellum ciuile, quod sibi uxorem rapuerat mouit. **Vcziana** que quo se **Domantus** receperat obfessa, uxorem recuperauit, & arcem conquisiuit. **Domantum** verò Ducatu exiit, fugauitque, qui **Pikouam** fugiens in principatum à **Pskouiensibus** promotus est, quorum armis **Polocenses** **Rutenos** **Poloczka** conquisita, suam in ditionem subiugauit.

Porrò **Rutenorum** annales **Narimuntum** Magnum Ducem Lituaniæ primum autorem **Stemmatis** siue insignij **Lituanici**, viri videlicet armatæ quo insidentis albo, gladium extensum super caput tenentis, in modum persequentis fugientes, vnde vulgariter **Pogonia** dicitur. **Fatis** tandem obtemperatis, **Narimunto**, **Troidenus** frater in Magno Ducatu Lituaniæ & **Samogitiæ** successit, qui rebus omnibus imperij bene compositis, finibusque ab incurfu **Rutenorum** & **Crucigerorum** vndiq; tutatis summo cum terrore finitimis gentibus principatum gubernauit, filius verò suus **Rimuntus**, quem ex **Masouia** Ducis filia susceperat baptisatus, **Monasticam** vitam ex præscripto **Rutenorum** professus est.

Insignia  
Lituanica

Troidenus  
Lituanica  
Princeps.

Postea anno Domini 1278. **Troidenus** coadunatis **Lituanorum**, & **Prutenorum** barbarorum copijs, quæ 30. millia pugnatorum excedebant, eas trifariam diuisit, vnam partem in **Masouiam**, duas verò in terram **Culmensem** cōtra **Crucigeros** destinauit, maximaque parte **Prussia** ditionis **Crucigerorum** peruastata, castris **Burgelaw**, **Lubaw**, **Chelm**, expugnatis maximam captiuitatem hominum & iumentorum in **Lituaniam** abduxit. Eodem anno terra **Cuiuiensis** circa oppidum **Komale**, & **Lāciensis** ciuitas à **Lituanis**, subita incurfione spoliata est. Postea **Domantus** **Pskouiensium**, & **Polocensium** Princeps, **Troidenum** nati minorem fratrem, Magno Ducatui **Lituanico** dominari ægrè ferens, tres rusticos subordinauit, prætio corruptos, qui eum de balneo euntē incautum obruncarunt. **Domantus** itaque copijs cōscriptis validissimo cum exercitu, ad **Lituaniam** occupandam progressus, à **Rimunto** filio **Troideni** ex monacho principe facto, viribus **Lituanicis** profligatur, trucidaturque, qui

Prussiam  
Troidenus  
vastat.



Troidenus  
trucidatus

LITVANIAE

eius sanguine parenti victoriosè parentavit. Facta in Kiernowa cōventione omne ius hæreditarium in Magno Ducatu abdicavit, sæcularique principatu spreto, vitam monasticam continuare delegit. Vitenen verò Samogitam de familia Kitaurorum ex Romanis Principibus oriundum, virum strenuum & magnanimum, in Magnum Ducem Lituaniæ cōstituit: quamvis enim superessent Patruales sui duo, Giedrocensis, & Holsanensis Duces, ad quos magnus Ducatus iure hæreditario pertineret, sed quod erant puerili ætate, ad imperium minus habili, ideò principatum ad eos deferri disuasit, dicens: patrum suum Narimuntum foelicis memoriæ, arma siue insigne Magni Ducatus sibi fabricasse, virum armatum cū gladio equo insidentem, ideò oportere, vt princeps, armis bellicosis, strenuè coresponderet.

VITENES PRINCEPS LITVANIAE.



**A**nno quo verbum Diuinum salutiferum, humana in carne, mundo cœlitus apparuit 1279. Vithenes communi omnium suffragio, Princeps salutatus in Lituania, & magnæ parti Russiæ latè imperauit, frequenterque bella cum Polonis finitimis, Russiæque Ducibus gessit.

Annoq; Domini 1282. cum Lituanis & Iaczwingis 24. die Septembris in terram Lublinensem deuenit, & 15. diebus eam vastando, magnam prædam in Lituaniam referebat. Lesko autem niger Rex Poloniæ, Lublini ex visione angelica cōsolatus, ad persequendosque barbaros animatus est, quos cum parua manu Polonorum militum inter Narew, & Nemen consequutos, securè agentes, facillè prostrauit, ad decemq; millia barbarorum trucidauit, & spolia abegit, ac in signum victoriæ Lublini

Lituanis  
prostratis  
1282.

blini Ecclesiam parrochiam sub titulo sancti Michaelis Archangeli fundauit.

Anno Domini 1286. Pelusa vnus ex Ducibus Lituaniæ suas iniurias in Lituanos vlturus, ad Albertum de Missen, Commendatorem in Konigsberg, secretò confugiens, viginti viros militares Teutonicos armatos sibi dari petijt, quorum principales erant Martinus de Golin, & Conradus Tasil Crucigeri, cum his ad locum vbi principes Lituaniæ conuiuabant perueniens, nocte incautos oppressit, 70. principales Lituanos dormientes, plurimamque multitudinem vtriusq; sexus trucidauit, sponsum & sponfam, cū matronis & virginibus, spolijs, clenodijs, vnionibusq; onustus in Konigsberg deduxit.

*Lituania  
in nuptijs  
trucidamur.*

Anno Domini 1287. Lituani, Pruteni, & Samogitæ, furtiuo & silenti agmine, in terram Dobrzinensem venientes, principalem ciuitatem Dobrzin, die Dominico, ciuibus sacris occupatis compræhenderunt, & trucidatis senibus atq; lactantibus cæteros, spoliatis villis & oppidis, in miseram seruitutem abduxerunt.

*Dobrizem  
sua terra  
vastatur.*

Anno Domini 1289. Exercitus Lituorum, in numero octo millium armatorum, in terram Sambiensem Prussiæ, descendens, flammis, cædibus, & spolijs eam vastauit, & exuuis onustus in propria redijt, Cruciferi decernere cum hostibus non audentes, 50. duntaxat Lituanos interceperunt.

*Prussia  
vastatur.*

Anno Domini 1291. Lituaniam Cruciferi Prussienfes, vastauerunt, multisq; occisis septingentos captiuos abduxerunt. Postea & Mederabe castrum Lituanicum, Cōmendator de Konigsberg conquisiuit. Magister quoque Prussiæ Memer, cum forti exercitu Lituaniā aggressus, duos districtus, Pastonow, & Gersow, in cinerem redegit, & cum multa præda captiuorum reuersus est. Paucis post diebus Witenes Lituorum Dux terram Cuiauia hostiliter ingressus, cædibus & spolijs, circa ciuitatem Brzeskie patris, hominum & rerum prædam ingentem secū abduxit, & licet Wladislaus Loktek & Casimirus, Cuiauia, & Lancicia Duces, cū militibus suis, Magister quoq; Prussiæ Menhardus tempestiuè eos fuissent insequuti, re tamen nulla memorabili edita, omnes abiire retrorsum.

*Lituania  
vastatur.*

*Cuiavia  
vastatur.*

Anno Domini 1293. Conradus Stange Commendator de Ragneta circa festum S. Iacobi castrum Mindege in Lituania expugnauit, & magnam multitudinem Lituorum, pluribus cæsis in Prussiam abduxit. Witenes autem cum multitudine Lituorum, & Rutenorum, Prussiam 80. diebus vastauit.

*Lituania  
vastatur.*

*Prussia  
vastatur.*

Postea anno Domini 1294. cum mille octingentis equitibus, per syluas & nemora, silenti agmine Witenen, in terram Lanciciensem post festum Pentecostes ingressus, primum in Ecclesiam collegiatam Lanciciensem impetum fecit, & frequentiam populi, quæ illuc confluerat trucidauit, alios verò captiuauit, prælatos, canonicos, & sacerdotes in seruitutem accepit, vestes sacras, & vasa dirripuit, & qui supra Ecclesiā cōfugerant, domibus Ecclesiam circumstantibus accensis suffocauit. Ad rura deinde & vicos discurrendo, magnam prædam abigebat, redeuntemq; Casimirus Dux Lancienfis, cum militibus suis prope Sohaczow, ciuitatem, in villa Troianow consequutum, impari Marte prælium cum eo commisit, vbi à multitudine Lituorum confossus, strenuè dimicando occubuit. Peracto prælio cuilibet Lituano 20. Christiani Poloni in sortem cefferunt.

*Casimirus  
à Lituanijs  
occisus.*

Anno Domini 1294. Meinhardus Prussiæ Magister, binos districtus Lituorum Paftow & Gierschow vastauit. Eodem quoque tempore Commendator de Rugneta Lituorum castrum Kijmel conquisiuit, & succendit.

*Lituania  
vastatur.*

Anno Domini 1296. Witenen, ingressus terram Culmensensem, & districtum Colubiensem spolijs, & cædibus eas afflixit, deinde in Liuoniam vastatrices, suas copias duxit, eamq; igne & ferro protriuit.

*Prussia  
vastatur.*

Anno Domini 1298. Lituani oppidum Strasburg in Culinensi terra vastauerunt, quos Cruciferi assequentes, partem prædæ abegerunt.

Postea anno Do. 1299. sexcenti Lituani Prussia igne & ferro protriuerunt. Natangiãq; districtum de prædati 300. captiuauerunt Teutonès, plurimos verò occiderunt.

LITVANIAE

Vitenes à Gedimino obtruncatur.  
 Hic Vitenes habuit magistrum stabuli, Gediminum nomine, virum ambitiosum & excelsi animi, qui imperium ambigens prædictum Vithenem Dominum suum nacta occasione temporis obtruncavit, statimque magno Ducatu, & vxore Domini occisi (quæ etiam in necem mariti consenserat) potitus est, atque hunc exitum Vitenes habuit. Chronica verò Rutenorum hunc Gediminum legitimum filium Vitenis testantur, & legitimè eundem patri successisse, sed cæteri historici probabiliores ab eorum sententia discrepant.

GEDIMINVS MAGNVS DVX LITVANIAE.



**A**nno à Christo nato 1300. Gediminus imperio industriosè inter suos arrepto, latè illud propagavit, nonnulla parte Rufsiaè partim vi & armis, partim pactis occupata. Dum autem Lituaniaè habenas strenuè Gediminus gubernaret, à Rutenisq; & Polonis fines suos foelici Marte pacaret, Crucigeri, Prufsienfes, & Liunionfes armata manu, & conscriptis ex Germania validis copijs, Samogitiam hostiliter ingressi, quæq; obuia vastauerunt, Kunoffow arcem obsederunt, machinis eam quatientes, quam violenti irruptione coeperunt, & Gastaldum Campiductorem Lituaniaè in ea captiuauerunt, vniuersamque terram Samogitiaè occupauerunt. Sequentè anno Gediminus ad vlciscendas iniurias sibi illatas, in inuasa & violenter occupata Samogitia, Lituanoꝝ copijs conscriptis, & Rufsiaè principū auxilijs, ac Tartarorum accintus, contra Prufsienfes, Crucigeros & Lituaniēs expeditionem egit, & ordinatis vtrinq; aciebus à mane vsque ad meridiem durissimo Marte, ad Okmie-  
 nam fluium pugnaverunt, donec Samagitarum exercitus, in ipso furore belli à Cru-  
 cigeris

Samogitia  
 à Crucige-  
 ris occupata  
 Mar.

cigeris ad Lituanos deficiens, Gedimini vires auerent, qui fortiter ordinem Teutonorum dirrupit, copiasque eorum in fugam vertit, plerique; ergo Almanorum, cum suis commedatoribus interfecti, alij in fuga capti, Gedimino presentati sunt, quam victoriam prosperè actam persequens, in Prussiam contendit, duobusque castris Ragneta & Cilza conquistis, ciuitatibus & villis circumquaque; ferro, & igne deuastatis, magna spolia in Lituaniam triumphator abduxit, & Samogitiam totam recuperauit, præsidij & incastellationibus Crucigerorum eradicatoris. Hoc bello feliciter continuato, anno Domini 1304. in Russiæ Principes expeditionem parabat, Volodimirum Ducem Volhinia, cum exercitu Russorum trucidauit, Volodimiriamque cepit. Postea contra Leonem Lucensem Ducem armata manu contendit, quo fugato Luczkum occupauit, & totam Volhiniam in suam ditionem redegit, Brestiam exercitum reducens ibidem hibernauit. Tandem otij pertæsus maioribus copijs conscriptis, contra Kiouia Principem Stanislawum processit, Bruczaiumque; & Zitomiram, castra expugnauit, ipsum Stanislawum Kiouia, & cæteros Principes Russiæ, Leonem Lucensem, Romanum Bransensem, Olham Præslauensem, coniunctis viribus sibi occurrentes, feliciter Marte profligauit, ubi Læo Lucensis, & Olha Præslauensis occubuerunt, Stanislawus verò Kiouiensis cum Romano Bransensi, fuga salutis consulentes Branskam fugerunt. Gediminus autem victoria hæc elatus, Bialygrodek, postea Kiouiam ipsam tunc temporis Russiæ Metropolim, Cerkassos, Kaniomiam, Putwilam sexaginta milliaria ultra Kiouiam, Slepomorum, Branskum, Pereflauiam, fauente Marte, partim vi, partim ditione expugnauit, & totius ferè Russiæ, Seueriæ, & Volhinia Princeps facili negotio factus, in Lituaniam triumphantia castra reduxit.

Crucigerorum strages.

Victoria Gedimini.

Gediminus Princeps Russiæ profusa gara

Kiouia Principatum cum suis abactentibus occupata

Stare Troki erecta in Sedem Ducis Lituania. Calum mans.

Somnium Gedimini de Lupo ferreo. Vilna condita. Lezdzieko ex quo Russi nominati.

Vilna condita.

Polonia maior à Lituania vastata.

Postea Gediminus de Kiernowa ad venadas feras causa solatij, quinque miliaribus ultra Viliam fluuium emensis, nocte loco natura & oportunitate apprimè munito, arcem ibidem erexit in lacu, ciuitatemque; eidem adiecit, quam vocauit Troki, in eam Sedem Magni Ducatus de Kiernowa transtulit. Postea anno Domini 1305. orientem versus causa venationis exercenda progressus, in quatuor miliaribus, ubi Vilna Vilie fluuio commisceretur, plurimas feras actus est, ibidemque in monte Krzywagora tunc temporis dicto, qui modo Turzagoria, vel Lissa, id est, calua vocatur, Vrum feram gradem, sua manu trucidauit, venationeque lassatus, vespera imminente in eo mote pernoctauit, dormiensque per somnium vidit, lupum ferreum rugientem, in cuius ventre alij centum lupi rugiebant, experrefactus somnium aulicis & stipatoribus exponit, quod varijs variè exponentibus, Lezdzieiko, sacerdos suus gentilis (quem dicunt in nido Aquilæ repertum) qui etiam auguria, & futura prælagire solebat, huius somnij arca na exposuit, Lupum ferreum rugientem, urbem fortem, insignem, & celebrem significare, lupos verò in eo rugientes, multitudinem populorum portendere. Qua de causa Gedimino Principi suavit ciuitatem & arcem ibidem erigendam, & idè Lezdzieiko sacerdos plurimis beneficijs, ob singularem virtutum excellentiam auctus Radimil, quasi consiliarius Vilna edificanda, vocatus est, de cuius familia præstantissimi Heroes semper fluunt, qui belli pacisque munia, maxima animi ingenijque vi præclare in Reipublicæ Christianæ emolumentum obeunt. Itaque Gediminus persuasione Lezdzieikonis ductus, illico arces duas, vnam in mote excelso, alteram in planicie inferiori erigere munitque; fecit, ciuitatem etiã populosam edificare iuxta mandauit, quã Vilnam à Vilna fluuio præterlabente appellauit, & sedem suam de Troki in eam transtulit, ac feliciter principatus finibus prolatatis imperauit.

Anno à Christo nato 1306. audientes Lituani, dissidia in regno Polonia, per nemora, & inuia, in terras maioris Polonia, irripuerunt, & oppida Kalis & Stauisino, villasque in vicinij eorum exusserunt, depredarunt, senes, & inpuberes trucidarunt, pluraque millia promiscui sexus, in Lituaniam abduxerunt. Eodem anno Henricus de Pleczko Saxo, Magister Prussiae, castrum Gartin in Samogitia præsidio Lituano munitam, sub tempore nebulæ apertum, cum Teutonicis inopinatè cepit, & omnes Lituanos trucidauit. Multis demum peregrinis, ex Germania in Prussiam aduenientibus

L I T V A N I A E

aliud bellum Lituanis illatum est, & districtu Karflowin spoliato, in Prussiam cum captiuis redierunt.

*Syrada  
Lituanis  
vastat.*

Anno Domini 1307. Lituani in die S. Galli, terras Syradae & Kaliffiensem subito irupentes, plurimam rapientes praedam, caedeque & igne plurima loca vastantes, concito gressu in Lituaniam redierunt.

*regnum*

*Lituanis  
Prussiam,  
Crucigeri  
Lituanis  
vastant.*

Anno Domini 1308. Olgerdus filius Gedimini cum Lituanis Prussiam ingressus ca ferro, & igne protriuit, praedamque ingentem abduxit. Hanc autem sibi Lituani, & Pruteni, Crucigeri vicissitudinem sapissimè alterutrum reddebant.

Anno quoque 1311. idem Olgerdus cum omnibus suis copijs, terras Prussiae sub carnis priuio ingressus, per caedes & flammam magnam partem terrae in fauillam, & desolationem redegit, in Lituaniam cum quingentis captiuis reuersus, dijs suis libamina obtulit, quam cladem Cruciferi vlciscentes, vicissim terram Samogitiae vastauerunt. Lituaui quoque similiter eorum Regiones depraedauerunt.

*Prussia  
vastatur.*

Anno Domini 1315. Samagitae numerofo exercitu, Ragnetae cinxerant, & cum longum tempus in obsidendo castro non expugnato consumpserant, conculcatis segetibus & omnibus in circuitu vastatis, in Samagitiā redierunt. Olgerdus autem Samagitarum captum continuans cum frequenti exercitu, castrum Trismemel obsidione vallauit, proiectioneque machinarum 17. diebus, expugnabat. Ducentos milites ab Henrico Magistro Prussiae missos, ad obsessos ingredi contententes, ad vnum omnes profligauit. Anno Domini 1320. Henricus Marschalcus Prussiae, cum bene instructo exercitu Lituaniam vastauit, circa Vornianij, interim vero Lituaui, & Samagitae, nihil ea vastatione deterriti, angustias vnius saltus, quem Crucigeri in redeundo transitori erant, occupant, & arboribus magnis succisis vias obstruunt, insidias parandas, dumque Marschalcus cum exercitu ignarus insidiarum, syluam ingrederetur, à Lituanis & ipse, & exercitus vniuersus omnes ad vnum trucidantur.

*Lituanis  
vastatur.*

*Crucigeri  
profligantur.*

*Dobrzin  
vastatur.*

Eodem anno Lituaui terram Dobrzinensem inopinatè excursione vastauerunt, & Dobrzin ciuitate exusta cum praeda, ad sua reuersi sunt.

*Liuonia  
vastatur.*

*Prussia castra expurgantur.*

Anno Domini 1322. Lituaui Derptensem Episcopatum in Liuonia vastauerunt, & quinq; millia captiuorum abduxerunt. Eodem anno hyemis tempore David Capitaneus de Gartin Lituanus, frigore non torpens, ad Rualiam vsq; Liuoniam vastauit. Ecclesias incendit, & sacra vasa recepit, & sex millia captiuorum cum ingentibus spolijs de Germanis, in Lituaniam abduxit.

*Henricus  
de Capion  
profligatur  
Masouia  
vastatur.*

Deinde sub eodem hyeme Lituaui & Samagitae ciuitatem Memel, & tria Castra in eius vicinio expugnauerunt, post haec, districtum Vilow in Prussia adeuntes, strage magna edita, Commendatorem de Capion, cum exercitu Teutonicorum occurrentem, occiderunt. Masouiam quoque David de Gartin, multis villis & oppidis succensis, vastauit.

*Polouisko  
exusta.*

Anno Domini 1323. Lituaui clandestinis itineribus, in Dobrzinensem terram Poloniae, subito irupentes, ipsam ciuitatem exusserunt, & captiuorum nouem millia eduxerunt.

*Liuonia  
vastatur.*

*Filia Gedimini  
Casimiro filio  
Regis Poloniae  
nupta.  
Pax Poloniae  
cum  
Lituanis.  
Gediminius  
occiditur.  
Gedimini  
proles.*

David Capitaneus de Gartin, anno Domini 1324. Masouiam circa Polowko, iussu Gedimini, deuastauit, & centum triginta villis exustis, trigintaque Ecclesijs parochialibus deuastatis, quatuor millia captiuorum in Lituaniam deduxit. Alius quoque exercitus Lituanorum in Liuoniam descendens, eam pluribus in locis deuastauit. Sequenti autem anno 1325. Anna filia Gedimini Principis Lituanorum, in coniugem Duci Casimiro, filio Wladislai Regis Poloniae, cum omnium captiuorum ex regionibus Polonorum, per Lituanos receptorum redditione, pro dotalibus data, & pax Poloniae charissima & desiderabilis, per hanc affinitatem à Lituanis data est.

Gediminius postea in oppugnatione castri Fridburg, quod Crucigeri in Samogitia erexerant, à quodam Crucifero sagitandi perito, sagita ignea per dorsum transfixus est, à quo vulnere spiritum exhalauit.

Hic Princeps septem filios ex vxore Vithenenis, domini sui occisi, suscepit, Montiuuidum

*multi*

uidum, siue Moniuidum, Narimundum, Olgerdum, Iauunutum, Keijstutum, Koriatum, & Lubarum, filias item aliquot, ex quibus vnam Casimiro Regi Poloniae datam diximus. Imperium viuens inter filios diuisit, vt Muniuido natu maiori Kiernouia & Slonimum, ciuitates cum suis prouincijs. Narimundo Pinskum cū suo tractu de Russis, vel bello partum, vel pactis quibusdam acquisitū. Olgerdo Kremo, Keijstuto Troki, Koriato Nouogrodek ciuitas cum suo territorio. Iauunuto verò (quem pater impensius diligebat) Vilna Metropolis Lituaniae, & summa rerum obuēnit. Lubartus Bolodimiriensem Ducatum Russiae obtinuit. Nam cum Russiam vxorem Bolodimiriensem Ducis filiam duxisset, ac socero haeres factus esset, nullam inter fratres sortem accepit. Ex his Olgerdus & Keijstutus coniunctissimè inter se vixere, & vegetiora nacti ingenia molestè tulerunt penes Iauunutum nihili hominem principatum esse. Itaque hi duo decedente è viuīs patre Gedimino, Iauunuti de Vilna eijciendi, & principatu exuēndi, consilium inierunt, diemque certam conatus perficiendi inter se cōstituerunt. Habebat etiam Olgerdus in Russia Vitepscensem Ducatum cum vnicam eius orae principis filiam vxorem duxisset. Itaque cum eò profectus esset, non venit ad cōstitutam cum Keistuto diem. Keistutus verò vt voti compos foret, cum armatis copijs inopinatè Vilnam adueniēs, arcem vtramque occupauit, Iauunutus autem inter primum tumultum elapsus in sylua à Keijstutianis perquisitus, captus & Vilnam adductus, in vinculaq; à fratre coniectus est, paulo post Olgerdus ex Russia aduenit. Ibi preclarum inter coniunctissimos fratres de Magno Ducatu suscipiendo, certamē extitit, Keijstutus enim Olgerdo velut natu maiori illud cōcedebat, Olgerdus vicissim Keijstutum sibi eum habere iubebat, quem ei fortuna, virtusque obtulisset. Tādē sic inter eos euenit, vt Iauunuti portionem aequa lance diuiderent. Vilna tamen cum principatu penes Olgerdum maneret, neuter alterius ditionem inuaderet, sed vterque alterius bona perinde ac sua curaret, si quid vel bello, vel quauis alia ratione deinceps vteruis acquisiuisset, ex aequo vt inter se partirentur. Atque his cōditionibus foedus inter se iecerunt, & iureiurando vtrinque cōfirmarunt. Iauunuto verò Zaslauientem Ducatum in Russia, fraterna misericordia concesserunt.

Sortes ea  
diuisa Du-  
cum Litu-  
ania,

Iauunutus  
Gedimino  
patri in  
Magno Du-  
catu suc-  
cessit.

Vilna capi-  
tur à Keis-  
tuto.

OLGERDVS PRINCEPS LITVANIAE.



Olgerdus Principatu sub Iauunuto, per Keijstutū potitus, plurima bella cum Liouoniēsis & Prussiensibus Crucigeris finitimis, vario Marte gessit.

Anno à Christo nato 1327. Olgerdus Lituānorum Rutenorumque copijs conscriptis Prussia hostiliter ingressus eam crudeliter vastauit, Crucigeris decernere cū eo, non audientibus, pluribusq; munitioibus expugnatis, exercitum præda onustum in Lituāniam reduxit, de Tesh, tonibus captiuis trucida tis Gedimino patri nuper occiso à Crucigeris parent auit



Olgerdus  
patrem in  
Crucigeros  
Vleiscitum.

*Marchia* Marchiam quoque nouam, eodem anno silenti agmine, ad ortus Francofordiã vsq;  
*Vastatur.* & omnem oram circa Odrã fluuium, depopulatus est.

*Tartari ex* Tartarorum Regulos fratres Germanos Kutlubachum, Kaczbeium, & Dmeitrum  
*Podolia e-* profligauit, Podoliaq; eiecit.  
*iecit.*

*Olgerdus* Postea Dux Moschouia Demetrius Iwanowicz potentia sua elatus, promisit se ar-  
*in Moscho-* mata manu, vno mense elapso ditiones illius vastaturum, & Olgerdum in Vilna, cum  
*uia trium-* gladio & igne sub Paschalis tempore visitaturum. Olgerdus autem tunc temporis Vi-  
*phat.* tebskẽ agens fomitem accensum, illi misit. Moschouia antequam extingatur ad futu-  
 rus, arciq; eius hastam illisurus. Contestim ergo collecto exercitu in Moschouiam  
 breui itinere contendit, qua obfessa inopinatẽ tyrannum compulit, ad se exire, ibi pa-  
 cis conditionibus ex voto firmatis, hastam ipsemet quemadmodum promiserat, ad ar-  
 cem fregit, finibusq; Lituaniae vltra Mozaikũ sex miliaribus ex vna parte promo-  
 tis à Moschouia vrbe duodecim miliaribus, ex alia ad Vhrã fluuium, in Lituaniã  
 triumphator redijt. Vniuersã ferẽ Russiam ditioni suã subiugauit, cuius Principi-  
 bus olim Lituanii tributa soluere cogebantur.

*Filij Ol-* Suscepit autem ex Maria vxore Thmerensium Ducis filia, duodecim filios, Iagielo-  
*gerdi.* nem, (qui postea ad Regnum Poloniae vocatus erat) Skiergelonem, Borisum, Coribu-  
 tum, Vigundum, Korigelonem, Narimundum, Lãguinum, Lubartum, Andream, &  
 Butaum Ex his omnibus Iagielonem natu maiorem dilexit pater, quod is & effigie,  
 & virtutibus, vigoreq; animi expræsius, patrem referebat, huncq; successorem si-  
 bi in magno Ducatu annuente fratre Keijstuto designauit. Keijstutus quoq; sex filios  
*Keijstut-* habuit, Vitoldum, Patricium, Totiuilum, Sigismundum, Voijdatum, atque Dowgo-  
*filij.* tum. Vitoldum verò præ cæteris impensius diligebat, ingenio enim animoq; excelso  
 pollebat, eumq; successorem sibi designauit. Inter hos duos Iagielonem scilicet & Vi-  
 toldum patruales summa erat animorum, & voluntatum coniunctio.

## IAGIELO PRINCEPS LITVANORVM.

**A**Nno Domini 1381. Olgerdo è  
 viuis deeedẽte, Iagielo-pater-  
 no principatu fauẽte Keijstu-  
 to patruo potitus est. Multa bella va-  
 rio euentu cum Ruthenis, Polonif-  
 que & Crucigeris Liuoniensibus, ac  
 Prusiansibus gessit. Erat apud eum  
 Voijdilo quidam rusticanæ & obscu-  
 ræ familiæ homo, callidus & vafricia  
 polens, qui cum primum pistrinam  
 apud Olgerdum exercuisset, & indu-  
 striam suam Principi probasset, cu-  
 bicularius, ac deinde pocilator fauẽ-  
 te fortuna ei factus est, fuitq; post-  
 ea intimus secretarius Olgerdi quo-  
 aduixit, neque Iagielo quicquam de  
 paterna beneuolentia in eum dimi-  
 nuit, quin sororem ei suam in matri-  
 monium collocauit, quæ res non le-  
 uiter Keijstutum patrum Iagielo-  
 nis offendit. Id vbi animaduertit

*Voijdilo ex* Voijdilo ex  
*rustico* rustico  
*Principis* Principis  
*genere.* genere.  
*Pernersu* Pernersu  
*Squidlonis* Squidlonis  
*consiliũ.* consiliũ.

Voijdilo veritus ne ei autoritate honoris & gratiæ periculum adiret, apud Iagielo-  
 nem, Keijstutum, per contumeliam criminari cœpit, eoq; consilijs suis iuuenem prin-  
 cipem adduxit, vt is clam fœdus cum Crucigeris Prusiansibus, aduersus patruũ iniret.

De eo



De eo foedere Keistutus Hosterodensis Commendatoris Crucigeri (qui filiam eius Joanni Masouia Duci nuptam baptifarat) prodicione certior factus est, tamen Vitoldo filio Iagielonis patruelis causam diluente quieuit, donec Iagiello bellum cōtra Polocenses Ruthenos, quibus Keistuti filius Andreas Harbati prae fuit, suscepit, quo ei etiā Magister Liuonensium auxilia ferebat. Interea verò Keistutus sublata omni dubitatione, armata manu Vilnam inuasit, eamq; in potestatem suam redegit, filioque Vitoldo accersito: (nam ille arma contra patruelem charum non sumpserat) depræhensa fæderum cum Prussiensibus Iagielonis munimenta ei ostendit, sed ab eo tamē exortus Vilnam solummodò ademit Iagielloni. Kreuam verò paternam & Vitepskam maternam fortem retinere eum passus est. **W**oidilonem autem perfidiosè inter se inimicitias seminātem, laqueo vitam finire fecit. Paulo post, dum Keistutus Nouogrodiam Seueriensem in Russia opugnat, Coributum rebellem perdomando. Iagiello non modo Vilna per prodicionem potitus est, verum etiam Troki arcem oppugnatam deditione occupauit, deinde contra se vterque comparauerunt exercitus, Keistutus è Samogitis & Ruthenis, Iagiello verò è Prussis & Liuonibus Crucigeris, ille vt recuperaret Trokos, hic vt defenderet. Sed cum in conspectum venissent antequam infestis signis concurrerent, Iagiello per fratrem Skergelonem, Keistutum, & Vitoldum filium eius sub specie colloquij ad se vocatos, cœpit, Keistutumq; cathenis vincitū, Kreuam missum in carcere suffocare ordinauit. Vitoldum verò Patruelem Vilnae in custodia diutius detinuit, neque Lituanorum procerum, neque Magistri Prussiensium, Crucigerorum, neque fratrum & patrum deprecationibus, liberari potuit. Postea Creuam missus & morti destinatus, nocte quadam vxoris misericordia, doloque liberatus est: nam ea cum liberam habuerit adeundi ad eum potestatem, commutato cum vna de duabus pedisequis habitu, veste muliebri indurum eduxit: imberbis enim erat, emissus ille in Masouiam ad Ioannem Ducem affinem suum, atq; inde in Prussiam ad Crucigeros confugit, à quibus obiurgatus, primum quod aduerso demum tempore suo societatem ipsorū expeteret, deinde benigne recreatus & bene sperare iussus est. Statimque Crucigeri cum Samogitis, qui Vitoldo immensè fauebāt, impetum in Lituaniam fecerunt, Trokiq; arcem expugnauerunt, & præsidij impositis munierūt: sed eos postea illinc, reuersus ex Russia eiecit. Tandem Iagiello Vitoldum ex Prussia per internuncios reuocauit, Grodnensemque tractum, Brestiam, Drohicinum, Mielnikū, Bielsko, Surasum. Cameneciam & **W**olkowisko oppida, cum suis territorijs concessit, fidemque & obsequium eius sibi conciliauit, ita, vt is ne legatos quidem quoquam se infcio mitteret. Lituanorum annales, etiam Voliniam, & Podoliam Ducatus Russie, Vitoldo tunc datam à Iagielone esse testantur. Paulo post herede legitimo Polonorum Regnum post Ludouicum Hungarorū, deficiente, Iagiello ex Magno Ducatu Lituaniae, à Polonis ad regnum certis sub conditionibus (prout latius in descriptione regum Poloniae patet), vocatus est: cum fratribusq; & patruelibus Craconiae (quae est Poloniae Metropolis.)

Anno Domini 1386. decimaquarta Februarij sacro fonte ablutus, & fidei Christianae præceptis incitatus est, eademque die solenni ritu cum Heduigi vnica regni haerede Hungariae Regis Ludouici, & Poloniae filia, matrimonium contraxit. Indultumque est conuiuijs choreis, & lusibus Craconiae complures dies, per quos dies Magister Crucigerorum, Prussiensium, Conradus Zelner, Lituanorum Ducibus vacuam videns, (omnes enim in Poloniam cum Iagielone discesserant,) hostiliter eam duplici agmine, coniunctis viribus cum Magistro Liuoniae aggressus est: quam longè, latèq; ferro, & igne depopulauit, Lucomliam arcem in Russia vi cœpit, & Andream Iagielonis fratrem apud Russos religionem Christianam professum, (quo authore expeditio illa suscepta erat,) cum præsidio in ea reliquit, cui se quoque Polocenses, Rutheni dediderunt. Sub idem tempus Svetoslaus, Smolensciorum Dux in Russia circum Vitepskū, & Orsha, arces depopulauit, & Mscislauiam vi cœpit. Iagiello in Polonia reaudita, confestim Skiergelonem, & Vitoldum cum Polonis voluntarijs, & Lituanis, in Lituaniam

Keistutus Magnus Dux Lituania.

Vilna captur à Keistuto.

Vitoldo suspenditur.

Vilna recuperatur à Iagielone.

Troki capta.

Bellum Iagielonis cō Keistuto.

Keistutus in vinculis cruciatur.

Vitoldus in carcere.

Vitoldus à vinculis aufugit.

Vitoldus ad Crucigeros Lituaniam vadit.

Vitoldus ex Prussia reuocatur.

Iagiello ad Regnum Poloniae vocatur.

Iagiello Baptizatus & Coronatus.

Zelner Magister Prussiae Lituaniam vadit.

Svetoslaus Russorum vadit.

LITVANIAE

*Iagielo Ar-* misit, qui festinantes cum Crucigerorum exercitum Lituania discessisse comperif-  
*ces recuper-* sent, Lucomliam arcem receperunt, inde Msczislauim profecti, paruo negotio om-  
*rat.* nem eam oram, in potestatem suam redegerunt, Swatoslaumque qui eam occupat,  
*Swatoslaus* occiderunt. Poloczkam etiam recuperauerunt, de authoribusque defectionis, panas  
*occiditur.* sumpserunt. Andreas autem Dux Regis frater, cuius autoritate hec agebatur captus,  
*Andreas* integro triennio in arce Dheczinensi Poloniae squalido carcere detentus, postea suf-  
*in carcera* fragijs Vitoldi patruelis, & caeterorum fratru, liberatus est. Nunc quomodo fidei Chri-  
*tur.* stiana praecipis gens Lituanica cum suis Ducibus iniciata & sacro Baptismo fonte la-  
 uata fuerit, pauca quae ad rem pertinent nobis dicenda restant.

DE PRISCA RELIGIONE LITVANORVM.



**A**D Iagielonis Wladislai Regis Poloniae ex Ducibus Lituaniae tempora, de  
 quo in Polonorum Regum descriptione copiosius diximus, tota gens Li-  
 tuanica, & Samagitica priscae multorum Deorum, seu potius Daemonum  
 superstitioni dedita erat. Imprimisque ignem, (quem sua lingua Znicz, ut  
 rem sacram appellabant:) cultu diuino prosequerantur, cumque in cele-  
 brioribus locis, atque oppidis perpetuum obseruabant, & sacerdotes cum ministris ad  
 hoc munus obeundum adhibebant, quod si in curia ministrorum ignis extingueret-  
 tur capite plectebantur. Huiusque modi ignis Vilmæ Metropoli Lituaniae in arcis me-  
 dio (ubi nunc Basilica diuo Stanislao dicata, erecta est,) perpetuo asseruabatur. Fulmen  
 quoque quod Perunum Slauonica lingua appellabant, pro Deo colebant. Lucos praeter-  
 erea & eximias procerasque arbores, in syluis singuli sacrosanctas habebant, easque cul-  
 tu patriae venerabantur, ita ut violare eas ferro iniuriae aliqua nephas esset, quod si Li-  
 tuanus eiusdem fidei perpetraret, ut videlicet aliquam arborem, vel ignem quolibet  
 modo dehonestaret, statim vel Daemonum violentia interibant, vel membro aliquo  
 arrepti priuabantur. Solem forte nubibus obscuratum credebant sibi succenseri, ideo  
 sese illi quod placaretur, deuouebant. Viperas item atque serpentes Deos esse credebant,  
 eisque cultum praecipuum exhibebant, & singuli patresfamilias, ciues, coloni, & nobi-  
 les singulos, serpentes domi asseruare solebant, quos pro Panatibus, & laribus fami-  
 liaribus adorabant, lacque & gallos gallinaceos, eis immolabant, eratque inauspicatum  
 & exitiabile toti familiae, quempiam ex eis violasse dehonorasseue, aut domi non fouisse,  
 tales enim, vel bonis omnibus priuabantur, vel crudeliter lacerati interibant. Erat  
 autem apud eos quotannis solenne sacrificium, sub initium mensis Octobris post col-  
 lectas fruges, ad quod frequentes, cum vxoribus & liberis feruisque, conueniebant: ac  
 toto triduo opipare epulabantur, de hijs quae Dijs ad offerendum mactarant. Quod  
 & nunc in Samagitia, Lituania & quibusdam locis Russiae, ab agrestibus obseruatur,  
 prout inferius suo loco dicitur. Ex bellis reuertentes manubias & vnum aliquem de  
 captiuis praecipuum, & insignem virum victimae loco igni consecrabant. Corpora mor-  
 tuorum cum pretiosissima suppellectili, qua viui maxime utebantur, cum equis, armis,  
 & duobus venatorijs canibus, falconeque cremabant, seruum etiam fideliosem viuum  
 cum domino mortuo, praecipue vero magno viro, cremare solebant, amicosque serui,  
 & consanguineos, pro hac re maxime donabant. Ad busta propinquorum lacte melle  
 mulcato, & ceruisia parentabant, choreasque ibidem ducere solebant, tubas inflantes,  
 & tympanas percutientes. Hic mos adhuc hodie in partibus Samagitiae confinibus  
 Curlaediae ab agrestibus quibusdam obseruatur. Quos omnes errores & vanas super-  
 stitiones. Iagielo postquam cum Hedwigi haerede Regni Poloniae, vnica ut supra in se-  
 riae Regnum Poloniae patet, matrimonium contraxit, abstulit, sedauit, & Christianum  
 nomen Lituanis Baptismi lauacro ablutis, indidit. Rebus enim in Polonia recte con-  
 stitutis, volens ne Lituania patria sua ulterius Daemonum cultui vacaret, Comitibus ge-  
 neralia Vilmæ Lituaniae Metropoli, anno Domini 1387. ad initium quadragesimae ieiunij  
 indixit, ad quas ingenti procerum & equitum Polonorum caterua stipatus, vna eum  
 Regina

*Ienis Lituanorum idol.*

*Fulmen id.*

*Arbores bantur.*

*Sole colebatur.*

*Serpentium cultus.*

*Solennes epula.*

*Victima.*

*Sepultura.*

*Serui cremabantur.*

Regina in Lituaniam se cōtulit, Archiepiscopum Gnesnensem, & multos sacerdotes, ac pios homines, secum duxit. Semouitus quoq; & Ioannes Masouia, Cōradusq; Olefnicia, Duces, eum commitati sunt. Conuenerunt quoq; Vilnam, Skergelo Trocensium, Vitoldus Grodnensium, Volodimirus Kiouiensium, & Koributus Nouogrodensium Duces, fratres Principis, & infinita equitum plebisq; multitudo. Ibi de religione Christiana populariter suscipienda, ac de exterminando cultu falforum Deorū, & omni superstitione diligenter actum, ipso Rege, maximam ei rei operam nauante, non solum hortando, & præmijs alliciendo, sed etiam docendo, cum Polonici sacerdotes linguæ gentilis ignari essent. Porro gens barbara maiorum suorum, religiones ægrè relinquebat, sed cum mandato Regis ignis sacer extinctus, templum araque eius vnde oracula à sacerdote edebantur, euersum esset Vilnæ, vbi nunc diui Stanislai templum, necatiq; serpentes, & succisi luci, arboresq; sacræ, absque cuiusquam læsione, Lituani admirantes stupidiq; dicebant, quomodo Dij nostri istis peruersis Polonis Christianis, hanc iniuriam dissimulant, seque lædi scelestis manibus sinūt, quod si hoc aliquis nostrum perpetraret, confestim ira Deorum interirēt. Sed cum Poloni præter opinionem barbarorum, Idola euerterent, tum verò Lituani vanitate sua agnita, alacriores, ad Principum suorum religionem facti sunt, plurimam ex his multitudinem Rex aduectis ex Polonia pannis laneis albis, ad Baptismum perduxit. Porrò cū immensi laboris esset, singulos sacro fonte tingere, nobilioribus tantum hic honor tributus est: reliquum verò vrlgus turmatim distributum, aqua sacra à sacerdotibus aspergebatur, vnumque nomen singulis turmis, tam virorum quàm mulierum, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, inditum erat, atque vna die triginta millia barbarorum baptisati sunt, exceptis nobilioribus, & illis qui ante sacro fontē, in Polonia lauati erāt; atque ab eo tempore Lituani in fide Christi permanent.

*Ligielowā in Lituaniā ad Baprisandam gentem ex pedito.*

*Idola Lituianorum acmolita.*

*Lituani Baptisati.*

SKERGELO PRINCEPS LITVANIAE.



M Agiolo rex Poloniæ postbaptisatam gentem patriā,

in Poloniā reuersus, Skergelonem fratrem pro se, Magno Ducatu Lituaniæ inuestiuit. Vitoldus verò excelsi animi vir, indignum ducebat deteriori, & nihili viro subesse, idē Grodna, & Brzeste arcibus suis, valido præsidio firmatis, in Masouiam ad Joannem Ducem generum suum, cum vxore Anna, profugit, indeq; in Prussiam ad Crucigeros contendit, à quibus humaniter acceptus est, quod ij per eum facile



*Vitoldus in Masouia fugit postea ad Crucigeros.*

se Lituania, & Samogitia potituros esse sperarent. Itaque Vitoldus Prussiensium, & Liuniensium Crucigerorum, armis Lituaniā vexauit, sed cum sibi fidem suspectam

L I T V A N I A E

Crucigerorum videret, fratrem Iagielonem Regem Poloniae, per inter nuntios reconciliauit, & accepta ab eo spe adipiscendi Magni Ducatus Lituanici, in sciētibus Crucigeris in Lithuaniam, vestitus habitu Crucigerorum profugit, et vt aliquo cū munere ab hostibus reuerteretur, tres arces Crucigerorum Samogitis confines, Iurgenburgū, Mergēburgum, & Neginhasun, forte cum velut socius & amicus intromitteretur, caput, & exiit, praefectosq; cum praesidiarijs militibus Crucigerorum partim trucidauit, partim in seruitutem abduxit. Cum autem spem sibi à rege datam de Magno Ducatu diutius differri videret, cōsiliū cepit Vilnae, per proditionem capiendae, hoc modo: rumores sparsit quasi sorori nuptiarū solennia Vilnae facturum esset, curruq; centum ingentes praeparauit, quos armato & delecto milite cōpleuit, & desuper stramine texit, eosq; quasi carnes, & cōiuij necessaria, in arcem Vilnensem duxit, verum fraude intempestiuè detecta, ad arcem non est admissus. Sicq; spe frustratus, in Prussiam reconciliatis sibi deinde per internūcios Crucigeris profugit, indeq; biennio cū auxilijs eorum Lithuaniam infestauit. Postea anno Domini 1390. Iagielo Rex à Polonia ad reprimēdas incursiones Vitoldi in Lituaniā, armata manu venit, Cameneciam cepit. Grodnoq; arcem ad Nemmem fluiuium sitam Vitoldi praesidijs munitam, post quinquagesimū diem obsidionis cepit, Vitoldo suis varijs technis, frustra tamē, cū Crucigeris auxilia ferente. Eodem anno maturescentibus segetibus, triplici agmine Crucigeri in Lituaniā descenderunt, Vitoldi vindicādi restituendiq; praetextu: re vera autē vt Lituaniā sibi subiugarent, vnū agmen Vitoldus ducebat, alterū Magister Liouoniensiu Crucigerorū, tertiu ipse Dux belli Magister Prusienensiu Conradus Valerodus, hostiliterq; regionem vastabant, Troki oppidū igni cremarunt, hinc Vilnā, castra mota, arx verò Vilnensis inferior, vix obsessa, à proditoribus Russis & Lituanis succensa est, è quo incēdio cū sese Corigelo frater Regis & patruelis Vitoldi subduceret, ab hostibus captus & capite plexus est, caetera multitudo in ea arce, partim igne partim ferro hostili caesa est, quatuordecimq; millia hominū ibi perire aiūt. Superiore arcem Poloni cū Nicolao Moscorouio praefecto tenebant, nec aut clade suorū, & conflagratione arcis inferioris, aut minis hostiū, & ostentatione capitis Corigelonis, ac ne acerrima quidē oppugnatione, quāuis pars muri maior deiecta erat, ad deditiōnem cōpelli poterant, loca deiecti muri ad extremum corrigijs pecudū, (simo terraq; deficiente) laxē praetēdebāt, & sictormentorū ictus illudebāt, deniq; corporibus suis aditū hostibus irrūpere conantibus obstruebant. Skergelo quoq; Regius frater cū suis Lituanis, & Russis errūpens magnis cladibus hostes debilitabat. Demū octobris diebus Prusieneses Crucigeri cū Vitoldo ingenti strage in Lituaniā edita ab obsidione discesserūt, Aestate sequenti strenuè Polonis aliquot diebus obsidens, re infecta reliquit. Et ne quicq; agere videretur Crucigeri, reuertentes Vilcomeriam & Nouogrodū castra vi ceperunt, interfectisq; praesidijs Skergelonis exusserunt. Deinde alij duabus excursionibus Crucigeri eadē aestate Lituaniā depopulati sunt, apud Comnāq; tres munitiones extruxerūt Menerderū, Metenburgū, & Riteuerderum, vnāq; Vitoldo concesserunt, reliquas verò duas suis praesidijs munierūt, ex quibus circumiacentē Regionem infestabāt. Tandē Iagielo Rex Poloniæ Lituanorum calamitatis pertaesus, Henricum Semouiti Maloniæ Ducis filium, ad Vitoldum in Prussiam, vt cum eo clandestino de pace ageret, & in Lituaniā Magnum Ducatum reuocaret, destinauit, Hocq; modo inter Regem & Vitoldum de pace cōuenit, cum Rex ei Magnum Ducatum Lituaniā, post abitis fratribus germanis superstitibus, pollicitus esset. Vitoldus itaq; rebus suis cū Iagielone patruelle, ex animi sententia cōpositis, Crucigeros atq; Germanos mercatores Riteuerdero castro secum commorantes inopinatos comprehendit, incensaq; arce, vinctos in Lituaniā abduxit, abeuntē, Crucigeri relictis duobus castris, persequuti, sed paruo negotio fusi proftratiq; sunt, & castella à Vitoldo vi capta & exusta. Veniens autem Vilnam Vitoldus cum captiuis & ingenti praeda parta de Crucigeris, honorificē à Iagielone Rege clementerque susceptus est.

Vitoldus à Crucigeris fugit.

Vitoldus astra Vilna capere tentat.

Vitoldus ad Prussia fugit.

Iagielo Vitoldo obsidet

Crucigeri in Lituaniā am rediūt.

Lituania castratur

Vilna obsidetur capiturq;.

Polonorum strenua repugnatio.

Crucigeri iterum Lituaniā inuadunt.

Lituania iterum devastatur.

Vitoldus à Crucigeris fugit, dum obsidet.

**V**itoldus re-  
 uocatus ex  
 Prussia, an-  
 no Domini  
 1392. à Iagie-  
 lone patruclæ Rege Po-  
 loniæ, apud Lituanos  
 atque Ruthenos, sum-  
 mæ rerum præfectus &  
 Magno Ducatu solenni-  
 ter inuestitus est, iureiu-  
 randoq; & litteris con-  
 signatis, se in fide Regi  
 Poloniæ semper futurū  
 spondit.

Postea Smidrigelo &  
 Skergeloin dignè tule-  
 runt, quod Germani fra-  
 tres Vitoldo patruclæ à  
 Rege posthabiti essent,  
 bellaq; intestina aduer-  
 sus Vitoldum commo-  
 uerunt. Sed Smidrigelo  
 cum minus animi & virium haberet, ad Crucigeros in Prussia profugit, & Lituaniam  
 cum eis ultro in Vitoldum incitatis, crebris populationibus diuexauit, Surasumque,  
 Gartenam, & Stramelam arces Crucigeri in Lituania ceperunt. Skiergelo verò maio-  
 re animo & opibus præditus, armatis copijs ex suis corrasis, collectisque cum Vitoldo  
 ad inimicitias deuenit. Quorum malorum sedandorum causa, Rex Iagielo rursus in  
 Lituaniam venit, Skergelonemque adiecto ei Cremenensi, Starodubensi, & Trocen-  
 si tractu placauit. Postea Coributus Vitoldo fratri rebellans ab eodem in conflictu vi-  
 ctus est. Tandem Vitoldus Orshan arcem Russia, iussu Regis expugnauit, Vitebskūq;  
 per deditionē sub Smidrigelone recepit, deinde Duces Odrucenses, & Princeps Smo-  
 lenscensis Russi ad Vitoldum in Vitebskum supplices venerunt, & omnes se in pote-  
 state eius semper fore sponderunt. Postea Vitoldus Zithomiriam, & Kiouiam Me-  
 tropolim Russia in potestatem suā redegit, expulsoq; Volodimiro Duce Russo Skier-  
 geloni fratri eam sicuti promisit, tradidit. Skiergelo tandem ultra Kiouiam Circassos,  
 & Swinogradum arces ad Boristenem sitas cepit, nec multo post ipse Skiergelo ad ve-  
 nationem profectus à Monacho quodam Russo, Humeno Metropolitæ vicario ad vil-  
 lam inuitatus, venenato poculo intoxicatus de medio sublatus est. Kiouiaque in Ca-  
 uernis subterraneis quæ Petzari dicuntur sepultus. Sunt autem Petzari specus vastis-  
 simis, apud Kiouiam, Illustrium Ducum Russia sepultura clarus. Deinde Vitoldus  
 Kiouiensibus præfecit Ducem quendam Olgemundi filium. Rhesanensem autē Du-  
 catum Russia per Simonem Ducem quendam, magna ex parte vastauit. Smolenskum  
 deinde ipse cōtendit, & Glebum Ducem eius oræ iugum excutientē expulit, & alium  
 Smolenscijs præfecit, eoque ad Vitoldum Basilius Dux Moschouia, inuitatus venit,  
 postea honorificè, & liberaliter dimissus. Tandem Vitoldus per legatum suum Alger-  
 dum, Ducem exercitus, Tartaros profligauit, tresque eorum Duces trucidauit.

Deinde Coriati filium Podolia Ducem rebellantem, Theodorum nomine Vitol-  
 dus fudit ipsumque cepit, & Bratislauiam, Cameneciam, Smotriciam, Scalam, Cer-



*Smidrigelo  
 fugit ad  
 Crucigeros*

*Lituaniam  
 vastatur.  
 Skiergelo  
 contra Vi-  
 toldum bel-  
 lum mouit.*

*Vitoldus  
 Coributus  
 vincit.*

*Vitoldus  
 Vitebskum,  
 Orshan,  
 & Kiouiam  
 capit.*

*Skiergelo  
 Veneno mo-  
 ritur.*

*Rhesanen-  
 sium Du-  
 catum Vitol-  
 dus expug-  
 nat.*

*Vitoldus  
 Tartaros  
 fudit.*

*Vitoldus  
 Podolia  
 Ducem  
 sternit.*

L I T V A N I A E

uonigrodum, & omnem Podoliam in potestatem suam redegit, quàm postea Regi Poloniæ Jagieloni concessit. Interea verò Crucigeri Prussiensis, incitâte Swidrigelone, qui ad eos profugerat, Lituaniam crebris incurfionibus longè latèque vexarunt. Castella quædam expugnarunt, Vilnamque caput gentis tentauerunt, à qua re infecta discesserunt. Lituani verò cum Polonis similiter in Prussiam excurrerunt, damnaq; Crucigeris, tanta quanta illi in Lituania intulerunt.

Crucigeri  
Lituaniã  
vastant.

Vitoldus  
Tartaros  
profligat,  
& in Li-  
tuaniã  
eos collocat

Postea Vitoldus, anno Domini 1396. expeditionem in Tartaros adornauit, ac tribum vnã, quàm illi Hordam vocant, cum liberis abegit, exercitu eorum profligato, partemque captiuorum Regi, & proceribus Polonis dono misit, reliquos in medio Lituaniæ supra Vaccam amnem, duobus miliaribus à Vilna, agris attributis, collocauit, qui illic manet vsque in hodiernum diem, boni ac diligentes patrefamilias & virtutis prisca, armorumque nõ immemores, ritus patrios Machometicæ superstitiones seruant, & liberi legibus suis viuētes, & ex quo cum Lituaniis, Regis Poloniæ, Magni Ducis Lituaniæ, imperium cognoscūt, vexillumq; proprium, Arabicis litteris inscriptū, quo in bello vtuntur habent.

Vitoldus  
ca-  
pedis in  
Tartaros.

In sequenti deinde anno Vitoldus frustra dissuadētibus Jagielone Rege, & Regina, alteram expeditionem maioribus copijs, in Tartaros fecit, ad quam permulti Illustres de Polonica, & Germanica Nobilitate viri gloriæ cupidi pfecti sunt. Fuerūt autē in ea expeditione de Polonis maximè insignes & Principes viri. Recensitis itaq; apud Kiouiam Vitoldus copijs, bonæ spei plenus lōgo itinere, Tartarorum campeftria inuasit, tunc temporis apud Tartaros, Tamerlane in Scytia magna regnante, humili quidem loco nato, verum scientia rei militaris, fortunæ beneficio, eo potentia prouectus erat, vt duodecies centena millia hominum haberet in exercitu, ac Turcis profligatis Imperatorem eorum Baiazetum, (qui tunc temporis Constantinopolim obsidebat,) captum in ferrea cauea, aureis catheris vinctum per totam Asiam circumuehebant, cæsa sunt tunc temporis Turcarum 200. millia. Anno Domini 1397. Hiberiam denique hic Tamerlanes, Albaniam, Armeniam, Persiam, Mesopotamiam, Asiam, & Aegiptū, incredibili celeritate vastauit, t& occupauit, orbemque terrarum sui nominis, terrore impleuerat. Iamque transmissis Sula, & Psola fluminibus ad Campeftria Tartariæ, Vitoldus cum suis, nullo repugnante, peruenerat, cum Aedigam vnum ex Ducibus Tartarorum potentissimum, Tamerlanis legatum cum innumerabilibus copijs, obuiam habuit. Vbi ad conflictum venit, Tartari vicerunt, non incruenta tamen victoria, quod nisi multitudine abundassent, virtute Vitoldianorum superati fuissent, cecidere ibi insignes viri, ex his fuere Jagielonis Regis fratres, Andreas, & Demetrius, Coributus, & alij nouem Duces Lituani, & Rusi pauci viui capti. Vitoldus cum Swidrigelone patruale, Ostrorogoque, & Samotulio Polonis, pernici fuga euaserūt, Melstinius Polonus: cum fuga saluus esse posset, inter confertissimos hostes sese coniecit, strenuèq; dimicando, honestissimè occumbere maluit.

Vitoldus  
profligan-  
tur.

Vitoldus  
Smolenscã  
capit.

Tãdem anno Domini 1403. Vitoldus Magnus Dux Lituaniæ, cum Smolenscijs rursus rebellibus, bellum gessit, fretusque Polonorum auxilijs arcem Smolenskã, in quã ciues, & nobiliores vxores, liberos opesque suas contulerant, post diutinam oppugnationem, vi cœpit: magna q; opes in ea repertas partim Jagieloni Regi in Poloniã trãsmisit, partim militibus, vt quisque meritis erat distribuit, cæteras arces deditione accepit, & principatum in prouinciæ formam redegit.

Vitoldus  
Liuones  
vicijsitur.

Lituaniã  
à Crucige-  
ris vastan-  
tar.

Deinde Crucigeri Liuonienses, in Lituaniã excurrerunt, quos Vitoldus cum præda reuertentes, vestigijs clam insecutus, cum ij domos diuersè abijissent, Regionē illorum vicissim longè latèque vastauit, pagos & vicos incendit, oppidum cum arce munitum à Germanis Dunenburgum appellatum, ad Dwinam fluuium conditum, vi cepit, quibus incensis in Lituaniã, se cum ingenti præda recepit. Nec multo post rursus Lituaniã hinc à Prussiensibus, illinc à Liuoniensibus Crucigeris, Swidrigelonis profugi, opera peruastata est. Tandem Jagielo Rex, & Vitoldus, patriæ afflictæ vicem miserati, Swidrigelonem fratrem exulem à Prussia euocauerunt, Podoliæque Ducatum

tum

tum in possessionem ei concesserunt. Postea *Swidrigelo* hac liberalitate Regia minime sanatus, homo ambitiosus & peruersus, non habens receptaculum apud Prussien-  
ses Crucigeros: (nam certis sub conditionibus, propinquos Regis exules, ex Lituania suscipere, nequaquam Prussien-  
ses sese obstrinxerant,) ad Moscouiæ Ducem Basilium profugit, arcibus quas in Russia tenebat succensis. Eodem anno 1406. Vitoldus pace  
nacta cum Crucigeris, transmissa Huga flumine, primam expeditionem in Moschos adornauit, à genero Duce gentis iniuria prouocatus, peruastataque longè lateq; Mos-  
chouitica regione, præda onustus, in Lituaniam redijt. Postea maiori vi in id bellum, anno vno intermisso sese expediuit, fretus maioribus auxilijs Polonorum, & Crucigerorum, & vsque ad Occam fluuium permagnum, Moschouia deuastata, populabundus peruenit, quominus autem fluuium transmitteret, *Swidrigelonis* patruelis nuper profugi, (qui Moschouitis operam suam nauabat,) armis prohibitus est: Impetrauit tandem à Vitoldo, Basilii Moschouia Dux pacem, æquis sub conditionibus.

*Swidrigelo ad Moschouiam fugit.*

*Vitoldus Moschouiam vastat.*

Dum hæc aguntur Sigismundus Coributus Vitoldi frater, nihil de indutijs cum Crucigeris Prussiensibus compertum habes, absente Vitoldo cum Lituanijs in Prussiam excursionem fecit, & tribus oppidis, plurimisq; pagis direptis, & succensis ingentem prædam asportauit. Quos vt Crucigeri vlscerentur, nullam excusationem ignorantia admittentes, simili modo in Lituaniam per auias solitudines excurrerunt, in *Wolkouisko* oppidum. improvisè impetum fecerunt, quo succensò multitudinè hominum, qui ad rem diuinam, festo die conuenerant, captiuam abduxerunt. Vitoldus verò cum septem miliaribus ab eo loco abesset, raptim in interiores sylvas cum vxore sese abdidit, donec hostes discessisse cognouit, nunquam enim hostibus regiones suas vastantibus, occurrere ausus erat, sed illis discedentibus vicissim regiones eorum vastabat.

*Vitoldus Prussiam vastat.*

*Crucigeri Lituanijs vastant.*

*Vitoldus latet.*

Deinde Vitoldus, anno Domini 1415. conducto ingenti exercitu de Polonia, contra *Pskouien*ses Russos expeditionem fecit, qui pacem magna vi, auri, & argenti redemerunt.

Postea *Nouogrodensibus* Russis liberè uiuentibus, *Pskouiensium* vicinis bellum intulit, quibus etiam supplicibus, & ingentia dona afferentibus pacem dedit.

*Vitoldus Nouogrodem se caput.*

Tandem Sigismundus Romanorum Rex, inimicitias inter *Iagielonem* Regem Poloniae, & Vitoldum disseminaturus, societatem cum Vitoldo secreto iniit. Diademaque Regium, in iniuriam Polonorum ei dare pollicitus est, cupiebat id Vitoldus homo ambitiosus, & ingentis animi, sed ei obnixè *Iagielo* frater cum Polonis, ne voti cõpos foret obluçtabatur, denegabatque, vndè variæ controuersia vtrinq; intercesserunt. Postea à Sigismundo Rege Romanorum Draco aureus affabrè factus, pignus societatis, per legatos ei allatus est, expetiturque ab eo iusiurandum de societate vtrinq; seruanda. Sed Vitoldus Dracone pro hospitali munere accepto, iusiurandum nullum dedit, nec tamen à cepto de ambitione Diadematis Regij destitit, legatq; Regis Romanorum de eo afferendo, certum tempus præscripserunt, ad decimum sextum Calendarum Septembris. Hoc vbi Rex Poloniae, *Iagielo* rescijt *Ioanni Czarnkouio* Subcamerario *Posnaniensi*, viro impigro, negotium dedit, vt ad confinia Poloniae, & Saxoniae, legatos Romanorum Regis, & Vitoldi, vltro citroq; comeantes obseruaret, interciperetque. Statimq; *Baptistam Cigalam* Italum iuriscõsultum *Genuensem*, & Sigismundum Rotum Germanum à Cæsare ad Vitoldum proficiscentes interecepit, excussosq; inconsultè dimisit. Litteras verò ab eis ablatas ad Regem attulit. Missi autem hij erant, vt Vitoldo dubitationem omnem eximerent, Diademaque ad tempus allatum iri, ab alijs legatis promitterent. Præterea vt confederationes & societatem Prussiensium, atque *Liouoniensium* Crucigerorum, Hungarorumque, & Germanorum, cum Lituanijs aduersus Polonos confirmarent.

*Sigismundus Imper. cū Vitoldo gratia iniit, & Diadema ei pollicetur.*

*Legati Cæsaris intercipiuntur.*

His cognitis Poloni nemine iubente, quasi sublatis signis, armata manu apud *Turagoram* infederunt, pro Patriæ tràquillitate & honore ad extremum *Océanum* Germanicum, decernere parati. Iam legati cum Diadema, Prussiae appropinquabant per

LITVANIAE

quam profecturi erant, cum didicerunt à Polonis vias obsideri, & non ausi periculo sese committere, cum duos Menses frustra expectassent, ad Cæsarem in Hungariam reuersi sunt. Nec multo post Vitoldus voto frustratus ex angore animi, Anno Domini 1430. Mense Septembri in Troki ciuitate spiritum exhalauit, cum octuagesimum annum excessisset. Princeps impiger & vegeto ingenio, abstemius in omni vita nihil præter aquam bibere solitus, in victu temperans, temporis perparcus, ita vt supra mentem iudicaret, & responsa legatis daret. Cæterum in Venerem procliuior, confecto enim foelicissime bello semper solebat relictis copijs in hostico, domum transmūtatis equis, ad vxorem otius præcurrere. In externos liberalis erat, suos verò metu magis quam beneficio, in officio continebat. Statura fuit mediocri, gracili corpore, radere barbam & genas solitus.

*Vitoldus  
moritur.*

*Vitoldi mo-  
res.*

SWIDRIGELO PRINCEPS LITVANIAE.



**P**ost Vitoldo, Vilnæ in arce per solutis, Iagiello Rex Poloniae, Swidrigelone fratrem germanum, patruelem Vitoldi, hominem nihili, & ebriosum, summæ rerum apud Lituanos præfecit. Poloni verò primores, patriæ vtilitati cõsultentes, reanimaduersa Daugertum Palatinum Vilnensem, qui Podoliam Vitoldi nomine administrabat, rerum omnium adhuc ignarum, euocatum ad colloquium ceperunt, arcemque Kameneciam, Smotriciam, Skalam, & Ceruonigrodum occuparunt, & magnam partem Podoliæ faciliè in potestatem suam redegerunt, ne in ditione Lituanorum deinceps esset. Vbi factum hoc resciiuit Swidrigelo, homo violentus & in iracundiam præceps, beneficiorum Régis

*Poloni magnam Po-  
dolia partem  
occupant.*

gis fratris oblitus, in eum (tunc temporis exequias funebres Vitoldi celebrantem Vili-  
næ) fremere, maledictisq; laceſſere, palamq; vincula & necem Regi, Poloniſq; qui  
cum eo aderant minitare, cœpit: ita vt Poloni, die nocteq; circa Regem excubare co-  
gerentur. Rex verò ſiue quod ſibi metuebat, ſiue quod Svidrigelonis incrementis im-  
penſius fauebat, Podoliam ei reſtituere aſſenſus eſt, eaq; de re Tarlonem in Podoliã  
cum litteris & mandatis miſit, qui eam Michaëli Babæ Ruſſo, Svidrigelonis nomine  
recipiendam & obtinendam traderet. Andreas verò Tencinius, & Nicolaus Dreui-  
cius, iuuenes ex Nobilitate Polonica, qui annulum Signatorium habebant, amore Pa-  
triæ ducti, litteras ad Michaëlem Buczacium, qui Cameneciam Podoliæ obtinebat,  
ſcripſerunt, Regem extrema neceſſitate adactum, Podolia Svidrigeloni cedere, nun-  
ciantes, ſed vt non modo, non parceret mandatis Regijs, verum Tarlonem & Babam  
pariter comprehenderet. Eas litteras quoniam palam ferri nequibant. (Svidrigelo e-  
nim omnes iter in Poloniam capeſcentes excutiebat) cæra obuoluerunt, & contexe-  
runt, vt ſpeciem & ſimilitudinemq; cerei præ ſe ferrent. Tarloniq; legato dederunt,  
vt is cum primum Cameneciam veniſſet, cæreum illum Buczacio redderet, atque hæc  
verba adderet, vt ſi errare ille nolet, ex eo cæreo vna cū Magiſtratu vrbanò, lumen quæ-  
reret. Quæ omnia Tarlo iuuenis omnium rerum ignarus, bona fide perfecit, Bucza-  
cius præfectus cæreum acceptum refringit, litteraſq; inuenit. Tarlonem legatum &  
Babam compræhendit, in arceſq; Podoliæ intromiſſionem nõ admiſit. Poloni quo-  
que caſum Regis ſui animaduertentes, exercitum ſine mora conſcripſerunt. Svidrige-  
lo autem Polonos, arma parare ad vindicandum Regem audiens, conſeſtim eum ſibi  
reconciliatum, auroq; & argento liberaliter donatum liberum dimiſit. Tãdem Svi-  
drigelo exercitum in Podoliam duxit, cui Iagiello Rex: cum armatis copijs Polonorũ,  
anno Domini 1431. ad diem S. Margarete apud Luczkum ciuitatem occurrit, excur-  
ſorijs pugnis vtrinq; collatis, foedus, ad purificationis diuæ Mariæ feſtum inierunt. In-  
terea verò Palatinus Valachiæ tributarius Polonorum, in feſtis armis in Poloniã de-  
ſcendit, cuius exercitum Poloni & Podoliani diſſipatum, & per agros, ſyluaſq; pallã-  
tem, cruenta clade proſtrauerunt. Poſtea Rex Iagiello in Svidrigelonem fratrem ſedi-  
tioſum, & ad ſanam mentem redire nolentem, Lituanos concitauit, Sigismundumq;  
patruelem, Vitoldi fratrem Germanum, Starodubenſem Ducem, ad inuadendũ prin-  
cipatum Lituaniæ animauit. Statimq; proceres Lituaniæ cognita voluntate Regis,  
cum Sigismundo aduerſus Svidrigelonem Ducem ſuum, ob nimiam crudelitatem  
conſpirauerunt, in eumq; apud Ofmanam, tunc temporis agentem, impetum fece-  
runt, qui de inſidijs à Ioanne Muniuido præmonitus, perniti fuga in Ruſſiam euasit,  
ideoq; poſtea adiunctis ſibi Liouienſibus Crucigeris, Lituaniam vexauit.

Iagiello rex  
cũ Polonijs  
in pericu-  
lo.

Lumen ex  
cæreo qua-  
ritur.

Valachi ſe-  
duntur.

SIGISMUNDVS PRINCEPS LITVANIAE.



Nno Domini 1432. Sigismundus Keyſtuti principis Lituaniæ filius, Dux  
Starodubenſis, in Ruſſia, Regis Iagielonis patruelis, beneficentia & fauo-  
re Lituaniæ procerum, expulſo iuſta de cauſa Svidrigelone ſeditioſo, re-  
rum in Lituania potitur, & Magno Ducatu ſolenniter in verba Regis Ia-  
gielonis & procerum Poloniæ, Lituaniæq; iurans inueſtitur. Ideò tertio  
Magni Ducatus Lituaniæ cum Regno Poloniæ vnio, incorporatioq; celebrata eſt.

Iagiello rex  
moritur.

Eodem anno Rex Poloniæ Iagiello, vltima menſis Maij vitam cum morte foeliciter  
commutauit, cui Vladiflaus filius in Regno, anno Domini 1434. ſucceſſit, qui poſtea  
Rex Hungariæ creatus eſt, quo ex Polonia in Hungariam, anno Domini 1440. ad ſu-  
ſcipiendum Regnum diſcedente, Czartorienſis Dux Ruſſus, Sigismundum Magnum  
Ducem Lituaniæ, dolofè, perfidioſeq; necauit Troki. Atque poſt hunc Magnus Du-  
catus Lituaniæ ad ſecundo genitos Regnum Poloniæ translatus eſt. Quapropter pro-  
ceres Poloniæ cum ducibus Maſouiæ Caſimirum hæredem Regni Poloniæ, cum Du-

Sigismun-  
dus Dux  
occiditur.

LITVANIAE

*Casimirus Magnus Dux Lituanie.* *cibus Masouia Casimirum heredem regni Poloniae, Iagielonis Regis filium, in Magnum Ducatum Lituanie duxerunt, quem Litvani cum ingenti latitia, susceptum, communibus suffragijs, summæ rerum apud se præfererunt. Qui postea Bladislao fratri, anno Domini 1447. in regno successit. Magno verò Ducatu Lituanie Alexander filius eius ardentibus suffragijs Lituanorum, præpositus est.*

ALEXANDER PRINCEPS LITVANIAE.



**A**lexander Iagielonis nepos, Casimiri Regis Poloniae filius, Magno Ducatu Lituanie potitus, apud Ioannem Magnum Ducem Moschouiae, filiam Helenam, in matrimonium accepit, in sponsalibusq; conclusum erat, vt templum Ruthenico ritu, in castro Vilenensi destinato loco, exædificaretur, eique certæ matronæ, ac virgines eiusdem ritus iungerentur. Quæ cum aliquanto tempore negligerentur, sumit socer causam belli contra Alexandrum, & triplici exercitu instructo, contra eum progreditur, primum, versus prouinciam Seueram, in meridiem, secundum verò, in occidentem contra Toropiec & Biela instituit, tertium in medio, versus Drohobus & Smolêsko collocat, ab ijs exercitum in subditis retinet, quo ei maxime, contra quem Lituanos pugnaturus animaduerteteret, succurrere posset. Postquam autem ad fluuium quendam Vuedrasch, vterque exercitus conuenisset, Litvani Duce Constantino Ostroski, maxima procerum & nobilium frequentia septo, ex quibusdã captiuis, numerum hostium ac Ducum quoque cum cognouissent, magnã spem profligandi hostem concipiunt, porrò cum fluuiolus conflictum impediret, ab vtrisque transitus

*Moschouie  
Alexandrũ  
Lituanie  
Ducem in  
Surgis.*

trāsitus seu vadum quæritur. Primi autem Moschi aliquot, superata ripa, Lituanos ad pugnam laceffunt, atque illi haud timidi resistunt, eosque insequuntur, fugant, vltraque fluuiolum pellunt, mox vtrinque acies committuntur, præliumq; atrox oritur. Interea dum vtrinque eodem ardore animorum, acriter certarent, exercitus Moschorū in insidijs collocatus, eo latere in medios hostes inducitur, Lituani metu perculsi dilabuntur. Imperator exercitus, vnà cum plerisque capitur, reliqui perterriti, castra hosti concedunt, se & arces Drohobus, Toropiec, & Biela pariter sese dederunt, exercitus verò, qui meridiem versus processerat, cui præerat Machmetemin Tartarus Rex Cazanensis, forte Bransko, ciuitatis præfectum comprehendit, Branskoq; ciuitate potitur. Paulopost duo Germani fratres, Seueriæ Principes, Semeteici dicti alioqui Ducibus Lituaniæ obedientes, imperio Moschorum Principis se tradunt, sic vnico conflictu, & eodem anno adeptus erat Moschus, quæ Vitoldus Magnus Dux Lituaniæ, multis annis, maximisque laboribus, obtinuerat. Porrò Moschorum Dux cum hisce captiuus Lituaniis crudelius egit, Constantinumque Ducem exercitus præfectum, crudelissimis vinculis, pollicitationibusque sollicitabat, vt relicto Domino naturali, sibi seruiret, qui cum aliam spem elabendi non haberet, conditionem oblatam accepit, in verbaque Moschorum Principis iurauit. Et quamuis prædia, possessionesque amplissimas, pro status sui conditione habebat attributas, à Principeque summo amore prosequeretur, tamē aliquot ibi annis exactis, nacta occasione, per inuias sylvas, in Lituaniam cum ingentibus thesauris profugit. Qui postea, anno Domini 1514. cum exercitu Polonorum & Lituianorum strenui militis, & imperatoris officium adimplens, sub Sigismundo Rege Poloniæ, octuaginta millia Moschorum strauit, prout superius, in gestis Sigismundi Regis Poloniæ patet. Sed ad rem redeo.

Alexander magnus Dux Lituaniæ, postea decedente Ioanne Alberto fratre, Poloniæ Rex creatus, liberatione captiuorum, contentus cum socero Moschorum Principe Ioanne, ad sex annos fœdus iniit, anno Domini 1503. Postea anno Domini 1506. Vilnæ mortuus est, ibidemque sepultus ætatis suæ 45. annos habens. Præfuit Magno Ducatu Lituaniæ 14. annis, Regnum Poloniæ 4. annis & 8. mensibus administrabat, huic in Magno Ducatu Lituaniæ, & Regno Poloniæ Sigismundus frater Germanus, huius nominis primus successit.

Lituani  
fuduntur.

Arces à  
Moschiis ca  
piuntur.

Duces Se  
ueria Mo  
schosè de  
dunt.

Octuaginta  
millia  
Moschorū  
castris.

Alexander  
moritur.

PROVINCIA RVM SEV PALATINATVVM LITVANIA Ciuitatumq; præcipuarum descriptio.

\* \* \*



Lituania ab Oriente Russiæ, Moschouæ Duci subiectæ, contermina est, ab Occidente Podlassiæ, Masouïæ, Poloniæq;, & Prusiæ nō nihil in Septentrionem reflectendo adhæret, à Septentrione Liuoniæ, Samogitiæque, à Meridie Podoliz, Voliniæque Russiæ regionibus adiacet. Porrò Lituania regio est amplissima, plurimos Ducatus regionesque & prouincias diuersis nominibus appellatas, suo nomine complectens, & Vitoldi Magni Ducis, temporibus à Ponto Euxino, Tauricaque Chersoneso ad sinum vsque maris Baltici, pelagumque Curlandiæ, Liuones, & Prutenos versus fines suos longo tractu extendebat. Omnis autem Magnus Ducatus Lituaniæ in Palatinatus & districtus certos, siue prouincias, vbi iudicia particularia, & terrestria, pro nobilibus exercentur, non secus, ac Polonia diuisus est. Hij verò districtus & Palatinatus pro Ducatibus, (vt quondā temporibus plurimorum Ducum erant) computari possunt, & vnusquisque Palatinatus suum vexillum, quo in bello vtitur, habet. Eundem quoq; colorem & signum omnes districtus, siue prouinciæ, qui in eodem Palatinatu continentur, in vexillis suis representant, nisi quod Palatinatus vexillum maius est, cum duobus cornibus, districtuale verò minus simpliciter protensum cum vno cornu.

Amplitudo  
Lituania.

Lituania  
in Palati  
natus di  
uiditur.

LITVANIAE

Vexillum  
Ducatus  
Lituanie.

Primò itaque vexillum Magni Ducatus Lituanie peculiare & quadriangulare, ad differentiam cæterorum, sexaginta vlnas sericeæ telæ rubeæ cõtinet, in medio insigne proprium, hominem videlicet armatum, equo albo velociter currenti, insidentem, gladiumque super caput manu extensa tenentẽ gestat, desuper Stemmatis pileus Ducalis, ex altera verò parte vexilli pro insigni, imaginem Diuæ virginis Mariæ in sole cū puero, habet.

Vexillum supremi Ducis exercitus eiusdem amplitudinis, quadriangulare quoq; coloris lasurini eodem Stemmate Magni Ducatus, ex vna partium in campo rubeo, (câpus hic locus Stemmatis intelligitur, ex altera Diui Stanislai Episcopi Cracouien-  
sis imaginem gestat.

PALATINVS VILNENSIS.



Vilna vrbs, caput & Metropolis totius Lituanie intra colles ad confluxum Vilnæ, (à quo nomen habet,) & Viliæ fluuiorum sita, muroq; circumducta, ipsa quoque murata. Arces duas insigniter muratas adiunctas sibi habet, quarum vna inferior, (hæcque ampla & sumptuosissimè extructa,) altera superior, in colle eminentissimo condita, eas enim ex vna parte

Vilna des-  
cripito.

Vilia flu-  
uius.

Vilia flu-  
uius.

Vilna, ex oriente fluens, ex altera Vilia fluuij ibidem concurrentes, præterlabuntur. Porrò Vilna, quæ nomen vrbi indidit minor est, Vilia verò est amplior & nauigabilis quo merces ex Vilna nauibus, Gedanum Prussiae emporium celeberrimum, deportatur. In hac vrbe plurima templa Romanæ obedientiæ, & Ruthenorum ritus magnis sumptibus extructa. Episcopalis sedes in Basilica arcis cathedrali diuo Stanislao dicata. Metropolitanus quoq; Russiae ibidem sedem suam in Basilica Ruthenici ritus præcipua, titulo diuæ virginis Mariæ insignita retinet. Porrò in toto Lituanie Magno Ducatu, quinque sunt Romanæ obedientiæ Episcopatus, vtpote Vilnensis, Samogitiensis, Kiouiensis, Lucensis, & Ianouiensis. Septem præterea præposituræ siue Parociæ insigniores, à Vladislao Iagielone, (qui primus Lituanos Baptisauit) fundatæ & dotatæ, vtpote Wilkomerensis, Misogoliensis, Nemenciensis, Mednicensis, Kreuensis, Obolcensis, & Haynensis. Archiepiscopus, qui supradietis Episcopis Lituanie præest, Leopoli in vrbe Russiae sedem suam habet. Ruthenici verò ritus in Lituanie & Russia, Polono Regi subiecta, septem sunt. Metropolitanus, siue Archiepiscopus Vilnæ, sedem suam habet. Episcopi verò, quos Wladicas Rutheni appellant, hi sunt Polocensis, Volodimiriensis, Lucensis, Pincensis, Kiouiensis, Præmisliensisque, & Leopoliensis, qui etiam Metropolita titulo vtitur, horum mores, habitum, Religionem in Moschouia descriptione de Religione Russiae videbis.

Episcopi  
Lituanie  
Romanæ.

Episcopi  
Ruthenici

Vilnensis Palatinatus vexillum rubeum est, & bicornè. 35. vlnas telæ sericeæ continens, ex vna parte in campo albo Magni Ducatus insigne gestat, ex altera Columnarum, antiquo gentis Stemmate insignitur.

In hoc Palatinatu, tres sunt ingentes districtus, siue prouinciæ, Osmianensis, Bratislauenensis, & Vilkomerensis, horum quilibet proprium vexillum, (quo nobilitas districtualis in bello vtitur,) habet.

OSMIANA oppidum ligneum à Vilna 7. mil. abest, territorium ad se pertinens satis amplum habet, in quo sunt complura oppida Regia & Nobilium. Vexillum rubeum simile Vilnensi, sed cum vno cornu, Stemmate Magni Ducatus in campo albo insignitum gestat.

VILKOMERIA oppidum ligneum ad Spienta fluuium situm, Curia est in ea iudicialis, in qua causæ nobilium disceptantur. Arx per Crucigeros Prussenses exusta nunc in scopulo vestigia eius apparent. Prouinciæ amplissimam, ad 25. mil. patentem habet, in qua sunt oppida complura Regia, Nobilium, Spiritualiumque. Vexillum quoque rubeum, Stemmate Magni Ducis ex vna parte ornatum, ex altera diui Michaelis imagine insignitum deffert.

Bratislavia

DESCRIPTIO.

BRATISLAVIA ciuitas lignea, arcem sibi adiunctam in scopulo ad lacum amplissimum conditam habet. Vexillo rubeo, Nobilitas districtus Bratislauiensis, cum Stemmate Magni Ducatus in bello vtitur. A Vilna 20. mil. distat. Ikaznia arx murata, & ciuitas lignea ad fluuium eiusdem nominis, à Bratislauia 2. mil. distat. Drispiat arx ad lacum amplissimum eiusdem nominis sita, à Bratislauia 5. mil. abest.

PALATINATVS TROCENSIS.

**T**Roki ciuitas lignea, muro, cuius adhuc ruinae apparent, quondam circumdata, sed à Crucigeris Prussiensibus cum munitione deuastata. A Vilna sex miliaribus distat, arcem habet in lacu satis a portunitate natura loci munitam, ad quam nisi nauibus peruenitur. In ea olim sedes Ducum Lithuanie erat, postea in Vilnam translata, Est quoq; aliud oppidum eiusdem nominis quatuor à Vilna miliaribus, ad Vacam fluuium, quod ad differentiam huius, nouæ Troki dicitur. In hoc Palatinatu quatuor sunt ingentes districtus, Grodnensis, Cownensis, Lidenfis, & Vpitiensis.

GRODNO ciuitas lignea, arcem muratam in scopulo sitam habet, quàm Nemen, siue Cronon fluuius celebris & nauigabilis præterfluit, vnà cum ciuitate. Eò merces Gedanum ex regionibus Lituaniæ, nauibus deferuntur. Territorium Grodnense satis amplum est, quod pro Ducatu olim habebatur. Vexillo lasurini coloris vnicorni corespondens Palatinali, Stemmate Magni Ducatus insignito vtitur.

*Districtus Trocensis.*

COWNO ciuitas lignea insignis, plures tamen in ea domus reperiuntur lapideæ, ad confluxum Nemenis & Viliae fluuiorum nauigabilium sita, arcem muratam antiquitus in scopulo conditam habet. Vexillum quoque lasurini coloris in bello Nobilitas districtualis gestat.

LIDA oppidum ligneum districtuale, arcem muratam, in qua iudicia nobilium celebrantur, habet, districtus Lidenfis. Vexillum quoque lasurini coloris in bello gestat.

VPITA ciuitas lignea prouincialis, districtum amplissimum cum multis oppidis complectitur. Vexillo cæteris sui Palatinatus districtibus simili in bello vtitur.

Vexillum Palatinatus Trocensis bicornis, 35. vlnas telæ sericeæ lasurini coloris continet, Stemmate Magni Ducatus in campo rubeo insignitur.

PALATINATVS MINSCENSIS.

**M**Insko Ciuitas lignea amplissima, arx ex roboribus, extructa natura & oportunitate loci munitissima, fossa profunda circumducta, eam fluuius quidam molendinis frequens præterlabitur. Vexillum huius Palatinatus purpurei coloris bicornis, Stemmate Magni Ducatus in campo albo insignitur. Districtus quoq; eius Recicensis quem vnum complectitur, simile vexillum, sed vnicorne gestat.

KEIDANOW arx cum oppido à Vilna 25. miliaribus.

RADOSKOWICE castrum cum ciuitate. Hic Rex Poloniæ Sigismundus augustus copias armatas numero sas centum millia superantes recensuit. Anno Domini 1568.

BORISSOW Ciuitas lignea, arx ex roboribus extructa, munitissimeq; propugnaculis, parietibus quaternis intrinsecus terra lapidibusq; impletis firmata, fluuio Beresina oportune circumducta. A Vilna 40. miliaribus distat. Vexillo prouinciali caret, sed in ea milites præfidiarij, contra incursum Moschorum continuo asseruantur, ad eam enim Moschus fines suos pertinere contendit.

LOHOISKO ciuitas cum arce lignea, à Borissow 8. mil. distat.

SWISLOCZ castrum cum oppido ad fluuium eiusdem nominis.

BOBROISKO arx cum ciuitate, ad Beresinam fluuium.

## LITVANIAE

**ODRVCZKO** Arx in colle eminenti lignea, olim pro Ducatu computabatur, nuncq; plures nobiles Russi titulo huius Ducatus vtuntur.

### NOVOGRODENSIS PALATINATVS.

**N**ouogrodek Ciuitas ampla lignea, quondam secundis genitis Principum Lithuaniz attributa erat, nunc in Palatinatum redacta est. Vexillum bicorni rubei coloris Stemmata Magni Ducatus, in campo albo insignitum in bello gestat. Districtus duos Slonimensem, & Wolkouiscensem complectitur.

**SLONIM** ciuitas & munitio lignea, olim secundo genitorum Magnorum Ducum Lithuaniz erat, & pro Ducatu cum suo territorio computabatur, postea in prouinciam redacta est. Vexillo rubeo vnicorni Stemmata Magni ducatus insignito prouincialis nobilitas vtitur.

**WOLKOVISKO** Ciuitas ampla, curia in ea iudicialis vbi causa nobilium disceptantur. Vexillum quoq; rubeum Slonimensi simile habet.

**MSCZIBOW** Opidum & arx lignea in stagno natura loci munita, planicie circumdante, à Wolkowisko 2. mil.

Oppida plurima hic Nouogrodensis tam Regia, quam nobilium cum suis districtibus praedictis complectitur.

### PALATINATVS BRESTIENSIS.

**B**restia ciuitas ampla lignea, in finibus Lituaniae sita contermina Podlassiae. Arcem ligneam amplam sibi adiunctam habet, natura oportunitateque loci munitam, & duobus fluuijs, quorum vnus Muchawicz, alter verò Bug vocatur, oportunè circumdatam.

Vexillum bicorni lafurini coloris, in campo rubeo, Stemma Magni Ducatus insignitum gestat, vnum duntaxat amplissimum, tamen districtum Pinscensem videlicet complectitur.

**PINSCO** ciuitas lignea satis ampla ad fluuium Perepetum sita, qui multis opidibus Russiae praeterlapsis, in Boristenum fluuium amplissimum defertur.

Hæc ciuitas cum suo territorio quondam inter principatus Russiae computabatur, à Gediminoq; Magno Lituaniae Duce subacta, secundo genitorum Principum Lituaniae erat, nunc in prouinciã est redacta. Nobilitas prouincialis vexillo lafurini coloris Stemmata, Magni Ducatus insignito vtitur.

Praepetus arx & ciuitas ad fluuium eiusdem nominis sita:

### VOLINIA REGIO.

**V**olinia inter cæteros Russiae Principatus, gentem bellicosorem habet. Est autem Regio amplissima, frugum omnigenarum abundans, syluis ferigenis, stagnisq; piscosis referta, ad Magnum Ducatum Lituaniae pertinebat, sed nunc Regno Poloniae adiuncta est. Hij verò populi à Walga fluuio amplissimo, qui Moschouitas à Tartaris determinat, (prout in deductione Polonorum latius dictum est,) in hanc regionem venerunt, quam à suo nomine, (Vulgari enim à Volga dicebantur,) Valgariam, postea successu temporis, Voliniam nuncupauerunt. Viri sunt strenui & bellicosi, Ruthenico Idiomate, moribusq; & religione vtuntur. In tres districtus, siue prouincias hæc regio diuiditur, Lucensem, Volodimirensem, & Cremencensem. Vexillum huius regionis bellicum principale bicorni est, purpurei coloris in campo albo Stemmata Magni Ducatus Lituaniae insignitum. Prouincialia quoque vexilla eundem colorem & Stemma referunt, nisi

quod

quod unicornia sunt simpliciter protensa.

**LVCZKO** ciuitas prouincialis lignea, sede Episcopali Ruthenorum, & Romanæ obedientiæ clara, arces muratas duas in colle eminenti habet.

**WOLODIMIRIA** oppidum ligneum munitiõnem quoque ligneam, ad paludes sitam habet, quondam pro ducatu habebatur.

**KRZEMENEC** ciuitas ampla lignea, castrum quoque ligneum, argila circumlinitum habet.

Hæ autem ciuitates prouinciales, complura oppida, & munitiõnes ad se pertinentes complectuntur.

**CHABNO** arx & oppidum ad Vissam fluuium situm.

**ORVUCZI** castrum & ciuitas ampla in colle.

**OLEWSKO** arx & ciuitas ad Huberczia fluuium.

**ZITHOMIR** arx lignea in colle condita.

**KOREC** arx & ciuitas lignea, pro Ducatu olim cum suo territorio computabatur.

**KAMIENIEC** munitio, in colle sita.

**ZBARASZ** arx & ciuitas olim sui iuris erat, cum suo territorio, & pro Ducatu nunc etiam computatur, pluresque Nobiles, & Domini huius Regionis Ducum titulo à suis ciuitatibus vtuntur.

PALATINATVS KIOVIENSIS.

**K**iovia vetustissima, amplissimaque vrbs ligneis septis circumdata, olim totius Russiæ Metropolis, ad fluuium celeberrimum Boristenem sita, à Vilna centum viginti miliaribus Polonicis distat. Eam quõdam magnificam, & planè Regiam fuisse, ipsæ ciuitatis ruinæ, & monumenta, quæ sex miliaribus patent, indicant. Apparent adhuc hodie in vicinis montibus & collibus Ecclesiarum, monasteriorumque, & ædificiorum desolatorum vestigia. Præterea Cauernæ quædam subterraneæ vastissimæ, longo tractu subtus terras extensæ, quas quidam octuaginta miliaribus protendi dicunt, in his plurima antiqua sepulchra, corporaque Illustrum quorundam Russiæ virorum, (quamuis antiquitus posita,) carie tantum consumpta, integra tamen apparent, præcipuè verò duorum quorundam Principum cadauera, in vestibus gentili more, prout viui ambulabant, integra veluti recēs, posita apparent. Sicque insepulta in specu iacent, quæ peregrinis & aduenis à monachis Ruthenici ritus ostenduntur. Iuxta hanc urbem, arx satis munita, ex roboribus, & lapidibus, terraque ad Boristenem cõstructa est. Porrò Kiouiësis tractus amplissimus est, quinquaginta miliaribus Polonicis, plusuè patens, olim sui iuris Principem habebat, nunc in Palatinatus formam redacta est. A Kiouia in meridiem reflectendo, Circass ciuitas lignea ad Boristenem sita occurrit, eius incolæ Circassi dicuntur, longoque tractu, iuxta Boristenem degunt. Rutheni sunt, (alij tamen ab his, qui ad Pontum Euxinum in montibus habitant.) viri bellicosi & strenui, cum Tartaris Præcopensibus, sibi in vicinio adherentibus, frequenter belli gerant, in prouinciâque eorum excurrunt, & prædas iumenta videlicet abigunt. distat autè ciuitas Circass à Kiouia, viginti quinque miliaribus Polonicis. Supra Circassos septem miliaribus per Boristenem ascendendo. Kaniou oppidum viris bellicosis circumquaque habitantibus clarum occurrit, 17. miliaribus à Kiouia abest. Infra Circassos & Kaniouenses nullæ habitationes Christianorū sunt. Campestria enim desolata colonis vacua, ipsis solummodo feris domicilium præbentia, quadraginta miliaribus ad Oczakow vsq; castrum & ciuitatem in ostijs Boristenem sitam, patent. In Ocyakow autem ciuitate & circumquaque, in campestribus Tartari præcopenses degunt, ipsa verò ciuitas cum arce Turcicis præsidijs (quamuis Tartari eam incolant) tenetur, & hucusque, Lituorum colonia, Vitoldi temporibus erat, sed ad rem vnde digressus sum redeo.

Kiouiensis Palatinatus Vexillum bellicum viride bicorne Stemmate Magni Ducatus in campo

Circass  
bellicosi  
Russi.

Kaniou.

## LITVANIAE

tus in campo rubeo, ex alia verò parte verso in campo albo insignitum gestat. Districtum unum duntaxat Moserensem amplissimum tamen, habet.

**MOSER** Ciuitas prouincialis, ampla lignea, ad fluuium. Perepetum condita, qui duodecim miliaribus supra Kiouiam hausto fluuius piscosus, Tur dicto, Boristenem influit. A Kiouia triginta miliaribus Polonicis distat, à Bobransko totidem, à Mohilow viginti, ab Orsha vigintis sex. Vexillo Mozerensis districtus viridi prout suus Palatinatus vtitur.

### MSCZISLAVIENSIS PALATINATUS.

**M**Scziflauia ciuitas lignea, ad fluuium Sofam dictum sita, arcem quoque; ex roboribus apprimè munitam habet. In ipsis finibus Moschouia iacet, ideo praesidiarij milites in ea continuò asseruantur. Vexillum huius Palatinatus crocei coloris est, Magni Ducatus Stemmata in campo rubeo insignitum, distritualibus ciuitatibus caret, plurima tamen opida & arces complectitur, quondam sui iuris Principem habebat, sed nunc in prouinciae formam redacta est.

Nunc Castra ad Boristenem sita breuiter recensebimus.

**DAMBROWNA** Prima arx à Moschouiae finibus ad Boristenem cum oppido sita, à Smolensko decemquatuor miliaribus abest, ab Orsha quatuor.

**ORSHAM** in Vitebliensi Palatinatu describemus.

**KOPYSZ** castrum cum oppido ad Boristenem, ab Orsha quatuor miliaribus distat.

**SKLOW** Arx cum ciuitate ad Boristenem, à Kopisz duobus miliaribus distat, pro Comitatu computatur. Vnde se Illustris ac Magnificus Dominus, Ioannes Chodkiewicz Comitem scribit.

**MOHILOW** Arx cum ciuitate ad Boristenem sita, sex miliaribus à Sklow.

**BYCHOW** castrum cum oppido ad Boristenem situm, à Mohilow duodecim miliaribus.

**RECZYCZA** Arx cum oppido ad Boristenem sita.

**STRISSIN** Arx cum ciuitate ad Boristenem.

**LYBETZ** Arx ad Boristenem sita.

**VISZEHOROD** Arx ad Boristenem, à Kiouia tribus miliaribus abest.

### VITEBSCIENSIS SIVE VITEBLIENSIS PALATINATUS.

**V**itebik ciuitas satis ampla lignea, ad Dvinae fluuium insignem & nauigabilem, quo merces omnigenae Rigam Liouoniae Metropolim deportantur, sita. Arces duas amplissimas natura, & oportunitate loci munitissimas habet, quarum vna inferior in planitie sita, ciuitatis formam amplitudine referens dicitur. Altera superior in colle eminentiori condita, vtraque; propugnaculis, & parietibus ex roboribus extructis, terraque; & lapidibus impletis supplectilique; bellica tormentis & bombardis apprimè munita. Eas vna cum ciuitate ab Oriente fluuius Dvina opportunè praeterlabitur, in qua sub ipsa arce ex altera parte Viczba fluuius exoneratur. Haec arx omnium arcium finitimarum, totiusque; Litvaniae, est fortissimum propugnaculum contra incursum Moschorum, in ipsis enim finibus hostium iacet. Saepius ab ea Moschouiae cum suo ingenti dano fugati repulsique; sunt. Quatuor in ea praefecti siue ductores militum pedestrium asseruantur, in quorum ego numero cum patre meo Ambrosio Gwagnino, quingentariae cohortis decem annis praefectus eram. A Vilna octuaginta miliaribus distat, quondam sui iuris Principem habebat & pro Ducatu computabatur, nunc in Palatinatum redacta est. Vexillum viridis coloris bicorne, Stemmata Magni Ducatus in campo albo insignitum gestat. Districtum siue prouinciam vnã duntaxat complectitur Orshensem videlicet.

ORSHA

ORSHA ciuitas lignea ampla, ex vna parte Stipitibus præcutis munita, ex altera Boristene fluuio alluitur, arcem munitam muratam sibi adiunctam habet, quam ab vna parte Boristenes, ab altera Orshicza fluuius (qui nomē ciuitati indidit) præterfluit, à Vitebska 18. miliaribus abest. Vexillo viridi prout suus Palatinatus in bello vtitur.

SVRAS castrum inter Dunam, Casplam, & Surascam situm, à Vitebska octo miliaribus superius orientem, ad Moschouiam versus procedendo, Tandem occidentē versus à Vitebska 14. miliaribus occurrit.

VLA arx in conflictu Vlæ (à qua nomen habet) & Dunæ fluuiorum, à Moschouitis olim fundata possessaq;, & à nostris sæpius frustra tamen tentata. postea à Duce Romano Sanguskowicz inopinata irruptione capta, exustaq;, & à nostris restaurata.

TYROMLA Castrum Moschorum ad fluuium eiusdem nominis, & Dunam munitissime sita. A Poloczka tribus miliaribus abest.

SYSZA Arx Moschorum ad lacum eiusdem nominis, Moschouitis Copia dicitur.

CZASNIKI castrum & oppidū ligneum, ad Vlam fluuium situm, à Susza quatuor miliaribus abest.

SIENNO Arx cum oppido à Czaſniki sex miliaribus distat.

LEPLO Arx & ciuitas bene munita, in lacu quasi peninsula condita, à Czaſniki septem miliaribus abest.

CIOTCZA munitio ad lacum eiusdem nominis.

CRASSNE Arx Moschouitica à Ciotcza vno miliari sita.

WORONIEC castrum cum oppido ad Vſaczam fluuium situm, à Poloczka tribus miliaribus-

STRYZOŦ munitio ad lacum ingentem sita.

PALATINATVS POLOCENSIS.

**P**oloczo olim ciuitas lignea amplissima, Stipitibus septisq; ligneis circumdata, ad Dwinam fluuium condita, arcem ligneam natura & oportunitate loci munitissimam, turribus & propugnaculis firmatam habet, quā ab vna parte Dwina, ab altera Polota, à qua ciuitas nomen sortitur, præterfluit. Milites in ea præſidarij à Rege Poloniae frequenter asseruabantur, ciues & mercatores in ea ditissimi erāt, sed Anno Domini 1562. Ioannes Basiliades Magnus Dux Mochouia, eam vi tormentis bellicis admotis, strenua oppugnatione, obsidium verò indiligenti & oscitanti defensione, in ditionem suā redegit, Polonisq; præſidarijs liberè dimissis, Lituanos & Ruthenos ciuitatis incolas, cæterosq; qui illuc velut ad asylum confugerant, in Moschouiam vinctos abduxit, prædamq; dictu incredibilem auri & argenti illineasportauit, hæc ciuitas cum arce & suo territorio, in Moschouia Principis ditione permanet, vsq; ad an. 1579. mense Aug. quo tēpore Step. Bator Rex Pol. strenuè (vt postea dicitur,) cū toto territorio recuperauit. Habebat olim sui iuris principē & pro Ducatu amplissimo computabatur, purperei coloris Stemmate Magni Ducatus insignitum in campo albo nobilitas prouincialis, quæ Regi Poloniae Magno Duci Lithuaniae subest, in bello gestat,

VSACZA munitio ad fluuium eiusdem nominis, & Dunam sita, à Poloczka tribus miliaribus distat.

DISNA arx ampla, vallo forti & inexcusso circumdata, rebusq; bellicis apprimè munita, Disna, & Duna fluuio oportunè circumluitur, Ciuitas quoq; inter eosdem fluuios vallo stipitibusq; præcutis & propugnaculis munita, à Poloczka sex, à Vilna quadraginta miliaribus distat.

DRISSA arx cum oppido circumsepto, ad fluuium eiusdem nominis & Dunam, sex miliaribus à Disna sita.

DRVHA munitio cum oppido, ad eiusdem nominis fluuium, & Dunam à Drissa sex miliaribus abest.

Ab hac arce Liuaniae fines, & arces ad Dunam sitæ, incipiuntur, quas suo loco def-

## LITVANIAE

cripsimus, Lituaniæ quoq; & Samogitiæ ditio in Occidentali ripa Dunæ iacet. Samogitiam itaq; describendam ordiemur, que moribus, vitæq; consuetudine, & idioma te Lituaniæ similis est, eiusdemq; Principatus.

### DVCATVS SAMOGITIAE.

**S**amogitia Regio satis ampla proxima Lithuaniæ, à Septentrione Liuoniæ contermina est, mariq; Baltæo siue Germanico ab occidente, nonnihil in Septentrionem reflectenbo adiacet: Prussiam quoq; in vicinia habet. Nullo castro munito insignis est, ciuitates tamen in ea cum pagis, tam Regiæ, quam nobilium cõplures sunt. Huic Regioni præfectus siue Capitaneus su premus, à Rege Poloniæ magno Duce Lituaniæ præponitur, neq; temerè is nisi grauiissimas ob causas officio mouetur, sed quoad viuit perpetuo manet. Episcopum habet Romanæ obedientiæ. Agrestis turba in humilibus casis, ijsq; oblongioribus vitam ducit, in quibus ignis in medio accensus ardet, ad ignem verò pater familias cum domesticis, seruisq; sedit, iumenta q; & totam suppelectilem domesticam cernit. Solent enim sub eodem quo ipsi habitant tecto, sine vlllo interstitio peccora habere. Maiores eorundem cornibus animalium vrorum videlicet, pro poculis vtuntur. Audaces sunt & strenui homines & ad bellum prompti, lorice alijsq; plurimis armis præcipuè autè cuspide venatorum vtuntur, equos adeo paruos habent, vt vix credibile sit ad tantos labores eos posse sufficere, quibus foris in bello, domiq; in colendis agris vtuntur. Terram non ferro sed ligno procindunt, quod eo magis mirandum, cum terra eorū tenax & non arenosa sit. Araturi ligna complura quibus vomeris loco vtuntur secum portare solent, scilicet vt vno fracto, aliud atq; aliud ne quid in mora sit in præptu habeant. Quidam ex prouinciæ præfectis quo prouinciales grauiore labore leuaret, multos ferreos vomeres fabricare fecerat, cum autem eo, sequentibusq; aliquot annis segetes quadam cæli intemperie expectationi agricolarum non responderent, vulgus agrorum suorum sterilitatem ferreo vomeri pertinaciter adscribebat, nec aliud quicq; in causa esse putabat. Præfectus eorum vulgi seditionem timens amoto ferro suo, eos more agros colere permisit.

*Habitatio-  
nes Samo-  
gitarum.*

*Mos aran-  
di agros.*

*Samogitia  
gluosa.*

*Samogita  
idolatra.*

Prouincia hæc næmoribus, syluisq; abundat, in quibus horrendæ quandoq; visiones fieri dicuntur. Mel nusq; melius nobiliusq; quodq; minus cæræ habeat, albumq; sit quam in Samogitia reperitur. Syluæq; illic summas diuitias ferunt, stipitibus enim cauatis mela passim promuntur. Sunt etiam nunc illic inter agrestes, idolatrem complures, qui serpentes quosdam quatuor breuibus lacertarum instar pedibus, nigro obesoq; corpore Giuoijtos patria lingua dictos, tanquam penates domi suæ nutriunt, eosq; domo lustrata certis diebus ad appositum cibum prorepentes, cum tota familia quoad saturati in locum suum reuertantur, timore quodam circumstantes venerantur. Quod si aduersi illis quid acciderit, serpentem deum domesticum male acceptum ac saturatum esse credunt.

*Miraculū.*

Accidit hoc nuper in Lithuaniæ sex à Vilna miliaribus in pago quodam iuxta ciuitatem Troki, quod quidam Christianus ab eiusmodi serpentis cultore, aliquot alucaria apum emit, quem cum ad verum Christi cultum multo labore adduxisset, vtq; serpente quem colebat occidere persuasisset, aliquanto post, cum ad visendas apes suas eo reuersus fuisset, hominem facie deformatum, ore aures tenus, miserabile in modum diducto offendit, tanti mali causam interrogatus, respondit se quod serpenti deo suo domestico manus nepharias iniecisset ad piaculum expiandum hac calamitate puniri, multoq; grauiora si ad priores ritus suos nõ rediret eum pati oportere. Est etiam quatuor à Vilna miliaribus Lauariski villa Regia, in qua à multis adhuc serpentes coluntur. Hæc quamuis non in Samogitia sed in Lithuaniæ gesta sunt, pro exemplo tamen ad duxi.

Agrestis turba in Samogitia Sacrificium quoddam, solennesq; epulas gentili more sub finem

finem Mensis Octobris collectis frugibus, quotannis celebrant hoc modo. Ad locum conuiuio, æpulisq; sacris delectum, omnes cum vxoribus, liberis, & seruis conueniunt, mensam feno supersternunt, desuper panes apponunt, & ex vtraq; panis parte duo ceruicia vasa statuunt. Postea adducunt vitulum, porcum & porcā, gallum & gallinā, & cætera domestica iumenta, ex ordine mares & femellas. Hæc mactant gentili more ad sacrificandum hoc modo, in primis augur siue incantator quispiam, verba quædā proferens animal verberare baculo orditur, deinde omnes qui adsunt iumentum per caput pedesq;, baculis verberant, postea tergum, ventrem, & cætera membra concutiunt dicentes. Hæc tibi ô Ziemienick deus, (sic enim illum dæmonem agrestis turba appellat, offerimus, gratiasq; tibi agimus, quod nos hoc anno incolumes, & omnibus abundantes coferuare dignatus es, nunc verò te rogamus, vt nos quoq; hoc anno præfenti fauere, tueri ab igne, ferro, peste, & inimicis quibuslibet, defendere digneris, Postea carnes iumentorum ad sacrificium mactatorum comedunt, & ab vno quoq; ferculo anteq; comedant, portiunculam amputant, & in terram omnesq; angulos domus proijciunt dicentes: hæc tibi ô Ziemienick nostra holocausta suscipe & comede benignus. Omnesq; tunc temporis lautissimè sollemniter & opipare æpulantur. Hic verò ritus gentilis & in Lituania, Russiaque ab agrestibus, quibusdam in locis obseruatur. Mare quod Samogitiam alluit Baltæum, à quibusdam Germanicum, ab alijs Prutenicum dicitur, sinus balticus propriè nuncupatur. Interluit enim Cimbricā Chersonesum, quæ Germanis *Intland*, Latinis *Iuria* vocatur. Alluit quoque Germaniam, & omnem Pomeraniæ Regionem, atque longo tractu Liunioniam, Curlandiam, Regioneq; quasdam Moschorum Principis, Suetiam, Philaudiā, Daniamque circumluit. Huius Regionis Samogitiæ, Rex Polonus, magnus Dux Lituaniæ titulo vtitur, vexillum album bicornè Stemmata Magni Ducatus Lituaniæ, in cæpo rubeo insignitū, Samogitia in bello gestat. Incolæ Regionis, omnibus ferè cum Lituaniis vestiuntur habitu cinericio, moribus, regione, idiomate paucula differentia interiecta, vtuntur. Ideò nunc ad describendos mores Lituanoꝝ orationem dirigemus.

Ritus gētilis Samogitarum.

Mare Samogitiæ.

Lituania admodum syluosa est prout & Samogitia, paludes lacusq; ingentes, & amplissimos in quibusdam locis maris, formam referentes, habet. Præterea multos fluuios nauigabiles, quorum alij orientem versus vt pote Bog (Herodoto Hispanis dictus) Pereperus, Tur, Swislocz, & Beresina, in Boristenem vulgò Dnepr, dictum exonerantur. Boristenes verò pluribus fluijs haustis in oriente, tandem in meridiem decurrens, in Pontum Euxinum illabitur. Alij verò Cronon vulgò Niemen dictus, Vilia, Narew, Bug, in occidentem non nihil in Septentrionem re flectendo decurrunt, in mareq; Germanicum iuxta Gedanum celeberrimum emporium Prussiæ exonerantur, Dzwinia autem Ptolomeo Rubon ex Moschouia ortus, à Riga duobus miliarib. eidem mari commiscetur.

Fluuij Lituaniæ.

Animalia in Lituania omnis generis parua sunt, Gens misera maximè in villis & pagis graui seruitute oppressa, nam vt quisq; famulorū caterua stipatus, domum coloni alicuius ingressus, impunè quiduis facere, res ad vitæ vsum necessarias capere, ab sumere; crudeliter etiam colonum verberare potest. Colonis quauis de causa, ad dominos suos absq; muneribus, aditus nō patet, quod si etiam admittantur, ad præfectos & officiales relegantur, qui nisi munera accipiant, nihil boni decernunt, & vnum quodq; verbum iudicis in Lituania, aurum est. Coloni quinq; dies, aliquando sex, dominis suis laborant, dies verò lunæ priuato labori conceditur, atq; vt plurimum diebus dominicis (nulla enim Diuorum festa agrestes obseruant) quoduis opus absoluunt. agriculturam exercent, segetes prataq; metunt, triturant & id genus alia. Hoc verò & in Russia peculiare est, quod si interrogaueris, quare Dominico die laboras? respondere solent, nonne & die Dominico comedere oportet? Imperatam pecuniam quotannis ter quaterq; pro defendendis Regni finibus pendunt, à dominis quoq; tributis adinuēticijs graui onerantur, pane atro & vilissimo, siligine vna cū spicis cōmolita, vtuntur molendina siue pistrina manualia agrestes in pagis trina quinauè domi habent,

Tributa Lituani onerantur.

Molendina Lituanoꝝ.

## LITVANIAE

cisque ad commoliendas fruges vtuntur, dumque hæc molendina manibus vertunt, patrio more, agrestem quendam cōcentum edere solent, dicentes, melior, hocque verbum frequentius ad cantilenæ similitudinem repetunt, id verò est, tam viris quàm mulieribus peculiare, quod de illa re, quàm tunc in opere habent, cantilenas agrestes canant. Tubas quoque ligneas oblongas habent, quas inflantes, mirum quendam & dissonum cōcentum edunt, aliquandoque vnus duas insimul tubas, harmonia quadam corespondente inflat.

Omnes ferè Litvani, & Samogitæ, Liuonesque vestitu vili cinericio, communiter vtuntur, vt cum turmatim vulgum stantem in foro conspexeris, neminem nisi cinericia veste, indutum videbis, coturnosque extilia libro, vel ex pellibus iumentorum, vnà cum setis detractis conficiunt. Currus leues absque vlllo ferri ministerio cōficiunt, & omnia compangunt, arboreis gomphis & ligna coacta vicem ferri complent. Rotasque ex vno ligno, in gyros aptas contorquent. Pinguedine vel pice vnquam linunt currus, & quando multi insimul vehuntur, mirus quidam concentus quærulorum axium longè auditur, Versus.

*Nec linunt Rutheni quæculos pinguedine currus,  
Haud picis auxilium stridulus axis habet.  
Auditur veniens longè crepitare Colassa,  
Sic fragiles currus, Russe vocare soles.  
Nam faciunt habiles, vno vectore quadrigas  
Inuectas Rutheni, quas equus vnus agit.  
Nec facile inuenies ferrato harentia clauo  
Plaustra, facit ligni cuncta ministerium,  
Et sine ferri iussu pangunt sua plaustra terebris,  
Et lignum ligno consolidare solent.*

Frumenta omnis generis, primo in calidissima casta, fumo exsicant, & postea in horreo coram extructo excutiunt.

## ARANDI SEMINANDIQUE MODVS IN RVSSIA alba Moschouia confini, & in Magno ducatu Lituania.



Imprimis agros hoc modo præparant, circa festum Diuorū Petri & Pauli in æstate, ad festum vsque assumptionis Mariæ. nemora, myricesque excindere solent, quàm excisionem arbuſtorum vulgariter *Lada*, appellant, eam si nemus densum fuerit, stramine supersternunt, per hyememque sic durare patiuntur. Vere autem postea redeunte post Paschatis festum sole torrido aliquot diebus ingruente, illam prostrationem prædictam arbuſtorum, stramine supposito, superstratoque succendunt, & in cinerem comburunt, vbi verò terra non combureretur, illic nihil ferè nasceretur, ideò ligna incombusta congerunt, in struemque composita, denuò succendunt, sicque in illa terra combusta, & inculta collectis, duntaxat carbonibus, & titionibus superfluis, triticum semināt primò, & supra fementem, vno equo iuncto aratro, arant & occant, in Russia videlicet. Litvani enim bobus cornibus aratrum trahentibus arare solent, tantaque ibi fecunditas dictu incredibile subsequitur, vt Cererem in illis regionibus natam affirmares. Eodem modo & hordeum seminatur, metitur, & colligitur, nisi quod crassiora nemora pro hordeo excinduntur, & pinguiorem terram magisque, triticum exigit. In huiusmodi autem agris, per annos sex vel octo fimo stercoreque, non superposito seminare solent.

Quod si arbores nimis altæ, & crassæ in ea sylua, vbi seminaturi sint, essent: vt potè pinus, fraxini, robora, & id genus aliæ, eas non succidunt, nisi frondes, ramosque circumsecant,

cumsecant, ne Solem agro præriperent. Rusticus verò vnus, omnes arbores vna semel ascensa circumsecabit non descendendo, instrumentum enim ad id factum, quasi sedile, ad stapedæ similitudinem secundum proportionem hominis sedētis factum, arbori fune longo appendit, sicq; sedens à puero, fune alio ab arbore ad arborem, facillè transfertur, habetq; ad latus alligatum lignum curuum, ad id studio præparatum, quæ arbori appropinquatus, firmiter eam apprehendit, quam à vertice ad radicem vsq; circumsecat, & frondes illas eodem modo supradictò æstate redeunte, succendit, & seminant.

Siliginem postea feminant Hyemalem, super hæc culta noualia, tritico vel hordeo collecto, sed duobus vicibus ad siliginem arare coguntur, quam seminare incipiunt circa festū assumptionis Mariæ 15. Augusti, quod si segnis agricola non absoluerit seminationem ad aliud festum natiuitatis Mariæ, in quatuor hebdomadis sequente, 8. Septembris, die, tunc fructifero prouentu consueto frustratur. Hanc seminationem siliginis Hyemalem appellant, Vere enim redeunte, aliam Aestiualem vocatam, seminant

Est quoq; alius feminandi mos nuper adinuentus, in prædicta prostratione, succisioneq; nemorum superius descriptorum, hoc modo: Duabus partibus hordei, tertiam siliginis intermiscere solent, quam commixtionem Vere instante, tempore consueto feminant, eadem æstate hordeum solummodo demetunt, siliginem verò subter hordeum ad modum graminis paulatim densissimè crescentem per hyemem durare sinunt, quæ sequente æstate, adeò fecundissimè, densissimèq; excrescit, vt equo vix eam densitatem penetrare possis, & ex vno grano treginta plusuè spicæ pullulare in tantam altitudinē solent, vt vir equo insidens, vix ex ea appareat. Omnes verò agros Ruteni vno equo iuncto aratro, proscindere solent, terra enim per se nimis facilis est.

Mirum se-  
minandi  
modus.

Hic autem ordo in seminandis frumentarijs, in tota ferè Sarmatia obseruatur, primo post festum Paschæ triticum feminant, postea siliginem æstiualem dictam, ab æstiuali seminatione vulgariter Iarzyca appellatur, ad differētiam hyemalis siliginis, quæ vt diximus pro festo assumptionis Mariæ feminatur ad hyemem futuram, vnde vulgariter Ozimina dicitur. Ex hac si æstate seminaretur nihil profus nasceretur, & contra si æstiuales ad hyemem pro hyemali feminaretur (quamuis sibi grano similes essent, & eiusdem quasi naturæ viderentur) nulli vsui esset, sed in gramen inutile verteretur.

Hanc itaq; æstiualem circa festum Paschæ feminant, secundum agri possibilitatem præparationemq; Poloni, Litvani & Ruteni nigri, cum Masouitis & Prutenis, propter solisq; beneficium, & regiones temperatiores priori seminatione, longè antecedunt, Rutenos albos, & Moschouitas in Septentrionem degētes, qui ob intemperiem aëris posterius hijs omnibus feminare coguntur, at tamen interdum eodem tempore agros demetunt. Hoc autem mirum est, quod siliginē seminantes æstiualem, post Paschatis festum interdum, aliquot elapsis hebdomadis, tamen eadem æstate, vt decet maturam quasi per octo duntaxat hebdomadas demetunt, colligunt & recondunt.

Pisa circa ferias diui Adalberti feminant, vulgariter Groch dicta, quam ad longum vsu exsicata reseruant.

Auenam & Hordeum post Pentecostes festum feminant, quæ vulgariter Owies dicitur. Hordeum Ieczmiem appellant.

Cicer vndecim post Pascha hebdomadis elapsis ante Diui Petri festum feminatur. Tatarka Polonis, Grecicha Ruthenis & Lituanis dicitur.

Rapæ circa Diui Ioannis Baptistæ ferias feminantur. Et omnia eadem æstate, seminata colliguntur, tritulantur, triturationq; in domibus reconduntur, ita vt granum ex penu ad feminandum depromptum, in decem aliquando, in octo hebdomadis secundū Solis clementiam ad penu vnde exiuit reuertitur, agricolæ suo centuplum fructum referrens.

Poloni omnes, Rutheni nigri, (quorum Metropolis Leopoldis est) Masouite, Sylesij

Recondendi  
frumenti  
Polonorum  
mos.

Pruteni & Lituani quidam in horrea & acruos magnos recondunt frumenta, & aliquando apud bonum patrem familias quadringentos, sexcento siue acruos quasi turres quadriangulares eminentes reperies, ad quindecim plusuè interdum annos reconditi frumenti plenos.

Lituani & Moschou-  
ia quomodo  
recondunt  
frumenta.

Sed Rutheni albi Moschouitæq; omnes, & Lituani statim de agro in penu frumenta defalcata & triturrata congerunt, & recondunt, quidam in cauernis subterraneis, in abditis sylvarum studio ad id effossis, & intus bene cum corticibus arborum adaptatis, frumenta, in super omnia victuaria, carnes porcinas salvas, & id genus leguminum ad vicium pertinentium, vestesq; & præcipuam suppellectilem recondere solent, præsertim belli tempore, vbi miseri coloni securi sint, ab incurfu hostili frequenti, & rapinis suorum militum.

Supplicij  
mensura  
dus.

Hoc autem apud eos in vilis præcipuè obseruatur, si quis forte capite damnatus fuerit, de seipso iubente Domino supplicium sumere suisq; manibus se suspendere, etiam si recusauerit minis verberibusq; exagitatus cogitur. Atq; hæc nobis de Lituanis sufficiant. Hic tibi Lector candide sciendum restat, quod in hoc magno Ducatu, qui Polono Regi cum vniuersis suis prouincijs subest, plurima sunt oppida & castra tam Regia quam Nobilium, Ecclesiasticorumq; quæ hic non sunt posita. Hic enim nos solummodo prouinciales insignioresq; ciuitates, & arces quæ olim pro Ducatibus cum suis territorijs habebantur, descripsimus. Sunt præterea complures duces particulares in Lituania, Comitatusq; ex quibus Slucensis Ducatus celeberrimus est, Princeps enim illius, quamuis Regi Polono Magno Lituaniam Duci subest, & ad quæuis mandata Regis exequenda paratus fuerit, rerum tamen in suo Ducatu qui 30. miliaribus Polonicis in longitudinem & latitudinem patet, integrè potitur, & thesauro priuato cum Italia, Germaniæq; quibusuis Principibus magnis, facillè adæquari potest. Sunt quoq; Duces alij plurimi insignes, quorum respectu Magnus Ducatus Lituaniam dicitur, ex hijs primas obtinent, Illustres & Magnifici Domini Radiuilonus, Dominus Nicolaus Radiuilus, in Bierze & Dubingij Dux, lumen Patriæ & alter Cicero, Hectorq; Lituaniam, Palatinus Vilnensis, & Illustris Hæros Nicolaus Cristopherus Radiuilus, Dux in Olika & Neswiez, Comes in Schidlouic, Marschalcus Curia dignissimus, fraterq; suus idem Dux, Dei Gratia Episcopus Vilnensis designatus, Georgij nomine gaudens. Ille quoque alter Scipio Illustris Hæros Dominus Iohannes Chodkiewiczus, comes in Sklow & Mels, Castellanus Vilnensis, Archimarschalcus magni Ducatus Lithuaniam, Exercituumq; imperator & gubernator Liuania, ac Capitaneus Samogitiæ generalis virtutum speculum insigne, Martisq; & mineruæ alumnus. In super multos alios Hærorum antiquorum, quorumuis dignitatem adæquantes Duces, & viros Insignes Lituaniam celeberrimus Principatus fouet, quos sigillatim recensere vt difficile ac longum, ita minus necessarium nobis videtur.

Slucæ in  
Russia ci-  
uitas &  
Ducatus.

ARTICVLI CONSTITVTIONVM BELLICARVM MAGNI Ducatus Lituaniam, in Comitibus Generalibus constituti, à Supremo & Generali Copiarum Imperatore fortissimo, & Hære perpetua memoria dignissimo, Illustri Domino Gregorio Chodkiewiczio, Castellano Vilnensi confirmata, & militibus imperata.

Beneuolo Lectori S. D. P.

Hic quoque Lector Candide, leges militares in Comitibus generalibus Magni Ducatus Lituaniam solenniter constitutas, tibi vt potuimus summa cum diligentia descriptas, breuiter, dedicamus. Tu verò hos nostros sudores boni consule, maiora accepturus.

\* \* \*

Omnis



*Mnis qui se obligauerit seruitio Sacra Regia Maiestatis, debet in eo ad tēpus praescriptum perseuerare. Si verò longius seruitium Militare indictum protractumq; fuerit. Miles autem seruire amplius nolens in primo quartuali non indicauerit, tunc indictum seruitium sequentis quartualis adimplere tenebitur.*

*In alterius armis nemo audeat seruire, sub pœna amissionis honoris.*

*Si quis è Castris discesserit, seruitio non finito nobilis ille si fuerit, honoris, plebeius verò capitis pœna puniatur. Ille autem qui eiusmodi hominem occiderit, praesertim non habentem litteras à Campiductore siue Rotmagistro suo, iuste ab eo factum censabitur.*

*Lites, discordiasq; milites alterutrum seminare non audeant, sub graui pœna.*

*Quod si aliquis ex militibus, praecipue verò pedestribus, arma sua stipendiaria quibus hostilis impetus arcetur, lusu alearum amiserit, vel si eques equum militiae destinatum perluserit, tam lurrator, quàm amissor uterq; suspensionis pœna puniatur.*

*Quicumq; in Campiductorem, siue Rotmagistrum suum, Decurionemue, uel etiam seruus in Dominum suum, manu aut uerbis inhonestis sese commouerit, capitis pœna plectatur.*

*Si quis in custodes Castrorum impetum fecerit, uel custodiam demandatam obire renuerit, aut ad custodiam sine uoluntate Campiductoris abierit, capite puniatur, excepto si excubiae ordinariae illum praeuenerint.*

*Quicumq; uulnerauerit aliquem in ductu legionum sub extensione vexilli, pœna honoris & capitis puniatur.*

*Quicumque pedester in custodia locum suum non tenuerit, aut causa alicuius suae necessitatis inde discesserit, uel si in ordinatione aciei excubissue obdormierit, uel officium iniunctum indiligenter oserit, anteq; obierit, circumspetori excubiarum liberum erit talem interficere. Si autem Campiductori oblatus fuerit, capitis pœna puniatur, honoreq; priuetur.*

*Si quis in custodiam campestrem destinatus siue ex muro cum hoste collocutus fuerit, sine uoluntate Campiductoris, conuictus testimonio, pro eiusmodi facinore capitis pœna puniatur.*

*Si aliquis miles ex thesauro Sacra Regia Maiestatis de tormentis puluerem globosue, quàm de alijs bonis Sacra Regia Maiestatis aliquid in usum suum conuertere ausus fuerit, sine quauis misericordia turpi, & uituperoso mortis genere puniatur.*

*Si quis speculatorem ab hostibus missum, in domo sua fuerit, uel de illo notitiam habuerit, talis omni misericordia semota in quatuor partes dilaniatur.*

*Quicumq; tempore necessitatis siue conflictus à vexillo in fugam sese dederit, aut uerbo aliquo fugiendi causam alicui praeauerit, caput & honorem amittit, similiter qui tempore periculi, non conseruerit manus cum hoste puniatur.*

*Si aliquis temerariè in terram hostilem irruerit, uel occasionem hostibus dederit, sine uoluntate Campiductoris, caput amittit.*

*Tempore nominis dati, quod Polonicè Hasta dicitur, unusquisque miles in ordine suo pacificè permaneat. Quod si post hoc extra ordinem comprehensus fuerit, uel si nomen indictum interroganti proferre nescierit, capitis pœna puniatur.*

*Dato signo requiei per uocem tubae, nullos clamores, & strepitus in Castris aliquis facere audeat sub graui Pœna.*

*Si quis litem aliquam tempore distributionis nominum excitauerit, uel bumbarðā in hostem axonerauerit, capite plectatur.*

*Tabernae & nocturne comessationes prohibita & uetita tunc temporis sint, sub graui pœna:*

*Nemo militum audeat aliquid uolenter alicui eripere, sub pœna suspensionis, quod si aliquid acceperit praeter uictum, quod unius grossi pretio constaret, siue quauis misericordia inguletur.*

*Nemo militum uictus acquirendi causa absque seruo Campiductoris in villas audeat discurre, neue alicui iniuria inferatur, sub pœna graui.*

*Hominem alienigenam, aduenam & ignotum nemo in seruitium militare suscipere audeat siue licentia Campiductoris, sub graui pœna.*

*Seruitorem alterius commilitonis, siue Decurionis, nullius ad se persuasionibus & promissis allicere audeat, sub graui pœna.*

*Nemo militum equos stipendiarios currui iungat, neq; causa necessitatis priuata quamuis*

LITVANIAE

oportuna illis uti, vel alicui in usum dare audeat, sine licentia Campiductoris.

24 Aduentibus victum in castra si aliquid per vim raperetur, suspensione pœna esto.

25 Si quis in viam publicam mercandi, praeiipiendiq; victus causa extra Castra abierit, turpe ob lucrum grauius puniatur.

26 De emptione & venditione cibi, & potus, Campiductor aestimationem faciat.

27 Quicumq; ante aestimationem aliquid emerit, emptor pecunijs, venditor mercibus priuetur, similiter & de eo intelligendum est, qui cariori pretio quam Campiductor constituerit, aliquid vendere ausus fuerit.

28 Satellites à Campiductore missos, ad comprehendendum malefactorem, nemo verbis inhonestis proscindere audeat, sub graui pœna. Similiter administratori iusticia Carnifici, nemo illudere audeat sub pœna honoris.

29 Militum praefecti sub pœna honoris tenentur indicare, quot milites in legione sua desiderarentur. Arcis verò suæ ciuitatis cuius praesidia agit, incolam aut ciuem ad militiam nemo suscipere audeat, sine licentia Campiductoris, sub graui pœna.

30 Vnusquisq; militum praefectus diligenter animaduertat, ne arcem fidei suae concreditam ad vltimum usq; periculum vita tradere praesumat, sub honoris & capitis pœna.

31 Decuriones, Commilitonesq; si Rotmagister, (quod absit,) per signa aliqua castrum hostibus tradere enituerit, illum captum Campiductori presentare tenentur.

32 Rotmagister siue militum praefectus, ad refectionem, & occlusionem portarum castrum, quotidie praesens tenetur adesse, neminiq; castrum tempore incongruo aperire audeat. Nocturno verò omnes milites congregatos habere in arce tenentur.

33 Nemo in Castrum intromittatur, nisi certa noticia de illo haberetur, cuius sit, vel ob quam causam venerit, & si iustam causam dixerit, solus in castrum absque famulis intromittatur, qui absq; Campiductoris licentia intromitti non possunt.

34 Quicumq; militum maxime autem pedestrium depraedationis causa in terram hostilem friuolus abierit, talis pœna capitis puniatur.

35 Si alicui custodia ordinaria venerit, ille autem praesens custodi non adfuerit, capitis pœna esto.

36 Si quis custodia munus obiens, sequentis custodiae aduentem non expectando abierit, temerariè, caput amittit.

37 Cui ex ordine custodiam obire contigerit, idq; muneris temerariè per ebrietatem, alearumq; lusum neglexerit, caput & honorem amittit.

38 Nemo Rotmagistrum, Commilitonumue extra arcem discedant, militesq; suos ad quamuis legationem negotiorum suorum destinare non audeant, sine licentia Campiductoris, maxime verò Campiductore ibidem praesente, sub graui pœna.

39 Rem forte inuentam nemo apud se pernoctare sinat, sed Rotmagistro, siue Campiductori eam indicet, sub pœna patibuli.

40 Quicumque militum absq; armis ad quaestipendia accepit, ambulauerit, vinculis corrigatur.

41 Nemo rixas, motusq; aliquos in arce exercere audeat, sub pœna atroci, quod si quis aliquem vulnerauerit caput, & profriuola gladij extractione manum amittit.

42 Ad quamuis iustam emendationem arcis, maxime obsidionis tempore, nemo militum eorum, qui in ea praesidia agentes manent, propter seipsos laborare detractent.

43 Rotmagistri & Decuriones, singuli suos milites semper instruant, doceantq;, quomodo unusquisq; in acie, legitime, ordinateq; stare, & armis suis competentibus commode uti possit, quod si ex ordine aliquis foras excesserit, caput amittit.

44 Commilitones, siue Decuriones honeste sese obseruent erga Rotmagistrum suum, non solummodo manu, verum etiam verbis, similiter & Rotmagister erga eosdem, nemine dehonestando, verberandoue, sed si quid aliquis peccauerit, in corona omnium Decurionum, sociorumq; eum iudicet & puniat, rebellem verò Campiductori indicet.

45 Quod si aliquis commilitonum sotiorumue, siue ipse vices gerens, Articulos supra scriptos, honoris & capitis pœna praemunitos iuste & legitime non obseruauerit, eum Rotmagister suus, Campiductori sub fide iussione, & nobilitatis honore, ordinate transmittat.

Articulorum militarium magni Ducatus Lituaniae finis esto.

Prussiae

PRUSSIAE CVM SVIS PROVINCIIS, CIVITATIBVS,  
omniumq; Magistrorum Crucigerorum Theutonisci ordinis, iuxta  
seriem compendiosa descriptio.

\* \*  
\*

ARMA DVCATVS PRUSSIAE.



DE PRUSSIAE DEDVCTIONE DOCTORVM  
Opiniones.

\* \*  
\*

**R**æclarus ille Germanorū legatus, & orator apud multos extraneos Prin-  
cipes celeberrimus, Aeneas Syluius, qui in Prussia legationem frequen-  
ter obibat, scribit in suis Chronicis, quod Prussia rectius & conuenien-  
tius, Vlmigauia appellanda sit, & hoc non sine causa: nā populus qui hanc  
Regionem primo incolebat, Vlmigauus nuncupabatur. Ioannes autem  
Boëmus scribit ab Ortu solis in hanc Regionem populos Amaxobios, Alanos, & Go-  
tos, Venedosq;e, siue Vandalitas commigrasse. Mathias verò Miechouiensis, Polo-  
norum Chronographiæ scriptor Lib. 2. Cap. 8. refert, Regem Bitiniæ Prussam nomine  
ab Hannibale Cartaginensi admonitum, vt Romanis bellum inferret, quod cum ille  
fussepiisset, malè ei cessit. Longè enim plus Romani totius orbis Domini quam Prussa  
Rex Bitiniæ copijs valebant, quocirca ab illis adèd cum vniuerso exercitu profligatus  
est, vt Bitiniam Regionem propriam relinquere cogeretur, & in Vlmigauiam longa  
peregrinatione venire, quàm à suo nomine Prussiam appellauit. Commemorat, & in  
aliò loco eorundem Chronicorum idem Miechouiensis, multos Romanos in terram  
istam propter atrocìa bella, Romæ exorta migrasse, seque partim in Prussiam, partim

Syluij de  
Prussia ap-  
pellatione  
opinio.  
Vlmigani.  
Ioannis  
Boemi opi-  
de Prussia.  
Miechou-  
ia opinio  
de Prussia.  
Prussia à  
Prussia Re-  
ge Bitinia.  
Romani in  
Prussia.

*Erasmi* Lituaniam, Liunioniamque & Samogitiam diffudisse, Erasmus verò Stella asserit in hanc regionem gentiles quosdam populos Sargatianos, Gelidanos, Alanos, Venedosque venisse, qui omnes in Vlmigauia, non diu tamen domicilium habuerunt. *Sebastianus* autem Brand Germanorum Chronographiarum scriptor, sic de Prutenis eorumque sedibus inquit: Pruteni proximi sunt Vistulae, siue Vandalo fluuio, qui Polonia à Germania disternat, hic fluit ex Silesia, Poloniaeque minori & Masouia praeterlapsa per Prussiam Gedanum vsque decurrit ibique in salsum mare exoneratur.

*Fines Prussiae.* Ab æquinoctio itaque Prussiam Saxonia attingit, ab occidente Pomerania, & mare Balticum siue Germanicum, ab ortu solis Lituania, à meridie Poloniae regno, & Masouiae Ducatus contermina est, à Septentrione Curlandia, Liunioniaeque terminatur. Regio est fertilissima frugum pecorisque abundans, incoluerunt illam, (maximè autem iuxta Vistulam fluuium) Vlmigau, Alani, Amaxobij, Gotiq; vt testis est locupletissimus Ptolomeus. Haec gentes, in primis immundos spiritus, & prophanas creaturas adorauerunt, vsq; ad tempora Friderici Caesaris huius nominis secundi, cuius consensu & approbatione à Teutonicis ordinis Crucigeris, qui primo Mariani vel Pauperiani nuncupabantur perdomiti sunt, & ad fidem Christianam conuersi, Anno Domini 1216. de his fusi Chronica Pontificum de ordine fratrum Teutonicorum eorumque origine legi possunt, Poterit in super Sebastianus Francus in secunda parte Chronographiae suae videri.

*Prussiae gentes.*

PRISCA ANTIQVORVM PRVTENORVM RELIGIO.

*Ab eodem Brutenno Prussiae populi à quibusdam autem.*

**A**Nno Domini 503. Gentilibus Prutenis, siue Vlmigauis Rex quidam Brutenno dictus imperauit, qui cum iustos annos ætatis consecutus esset, Regium sceptrum diutius tenere resignauit, quietam vitam ducere instituens, quocirca fratrem Veijdenutum successorē sibi in Regno elegit, traditque fratri sceptro, ipse Brutenno summus sacerdos gentili ritu effectus est, nomenque ei dignitatis inditum fuit, Kirie Kiriejto, quasi dicas proximus noster Dominus. Huic Pontifici suo Pruteni & idolis, præclaram sanè & cum maximo sumptu habitationem, sub quercu quadam erexerant, locoque Romana à Roma nomen indiderunt. Circa hæc quercum octo vlnarum in latitudinem, & altitudinem tela optima sericea extensa fuit, in quam habitationem nemo præter Patriarcham eorum, Kirie Kiriejto dictum, & præcipuos ministros idolorum munia obeuntes intrare poterat. Si autem aliquis inuisendi, honorandi, adorandi vel offerendi gratia ad Idola venisset, tunc constituti Deorum ministri telam, vt idola viderentur, à quercu semouebant. Quercus hæc tripartita fuit inter cæteras syluas quercinas delectissima in loco, (vbi nunc oppidum Heyligenbeil, id est, sancta securis constructum est,) sita erat, ex vna parte Prutenorum Deum qui Petuno, id est, fulmen dicebatur, habebant: in huius laudem & honorem ignis ex quercubus constructebatur, qui die nocteque perpetuo ardebat & nunquam extinguebatur, quod si negligentia ministrorum ad hoc officium præstandum deputatorum ignem extingui cõtingeret, capitali supplicio afficiebantur. Ex altera parte collocatum erat Patrimpo idolum cuius cultus erat in serpente viuo retinendo, qui lacte vt eò commodius viueret alebatur. Tertia ex parte Demoniacum idolum Patelo nomine, situm fuit, huius honor in retinendo alicuius mortui hominis capite consistebat. Habuerunt præterea alios multos Deos quos adorabant, cultumque Diuino prosequabantur, semper tamen inter querceta holo causta eis offerre solebant, & quod ferè res habebant, tot præfides & deos constituebant. Fuit igitur Deus singularis Vurschayto gentiliter dictus, quem magno honore venerabantur, & pro Lare siue deo domestico super omnia mobilia, iumentaque; vt potè, equos, boues, oues, capras, sues, &c. eum præponebant. Alter Deus fuit Shneybrato dictus, hunc super anferes, gallinas, anates, colubos, pauones, &c. constituebant. Tertium Deum domesticum, Gurcho dictum habebant, is omnibus esculentis cibariisque præponebatur.

*Kirie Kiriejto nomina Graecorum ex Bitunia & diuina perferant.*

*Processus religionis Prussorum*

*Per unum idolum.*

*Patrimpo idolum.*

*Tertium idolum Patelo.*

*Vurschayto idolum.*

*Shneybrato idolum.*

*Gurcho idolum.*

Præterea

Præterea tonitruis, lunæ, stellis, serpētibus, bubonibus, & omnibus penè creaturis, diuinum honorem deferebant. Fuit hic populus quondam barbarus & incultus, nec vllam scripturam nouerat, propterea nec fidem adhibebāt, si quispiam diceret hominem, homini per litteras animum & voluntatem aperire posse. Potus illorum aqua melli commixta, & lac equinum erat, liberales valdè & hospitales aduenis se exhibebant.

DIVISIO PRUSSIAE IN DUODECIM DUCATVS.

**A**Nno Diuinæ incarnationis 373. Vedenuto Princeps Prussiae, (qui Brute-  
no fratri voluntariè scepra deponēti successit.) duodecim filios procrea-  
uit, quorum hæc nomina fuere, Saymo, Neydro, Sudo, Slauo, Natango,  
Barto, Galindo, Varmo, Oggo, Pomedzo, Colmo, & Lituo. Cumque iam  
Vedenuto Princeps, centesimum decimum sextum annum attigisset, re-  
giones Prussiae inter filios diuisit, Saymonemque natu maiorem summæ rerum præ-  
fecit. Atque ita Prussia in duodecim Ducatus, secundum filiorum Principis Vedenu-  
ti, numerum diuisa est, & vnusquisque à suo Principe nomen accepit. Quos hic secun-  
dum ordinem cum sua dispositione, castrisque & ciuitatibus, annorumque numero,  
quando videlicet à Crucigeris potissimum erectæ sint, describemus.

Nomina  
filiorum  
Vedenuti.

Prussia in  
duodecim  
Ducatus  
diuisa.

SUDAUIA DUCATVS 1.

**P**rimus & præcipuus Prussiae Ducatus Sudauia olim erat, qui à Sudauo Ve-  
denuti filio Principe, suo nomen sortitus est. Hic Ducatus omnes alios &  
præstantia, & fertilitate antecellebat: nam quocumque tempore necessita-  
tis, sex millia equitum, & octo millia peditum præstare valebat. In hac re-  
gione præcipui nobiles & proceres totius Prussiae priscorum tempore se-  
des suas habebant, nunc autem paludibus & Syluis maximis obsitus scætet, nec vllum  
vestigium tam insignis & nobilis regionis remanet, præter septem pagos, quos coloni  
possident, in Luptauensi territorio, tota enim est deuastrata à Crucigeris ordinis Teu-  
tonici, non aliam ob causam, quam propter inobedientiã & infidelitatem. Distinguit  
Sudaniã à Sambia Regione palus quidam, à Ducatu verò Nadrauiensi fluuius Lappo  
appellatus.

SAMBIA DUCATVS 2.

**S**ambia nunc Szamlant appellata, Regio Prussiae à Principe Saymo nomē  
accepit. Hæc priori cum potentia, tum fertilitate non multum cedere vi-  
detur, poterat enim ex illa 4000. equitum & 4000. peditum congregari.  
A Natangia regione fluuius Prægel dicto determinatur.  
Sequuntur Castra & Ciuitates ad Sambiensem Ducatum pertinentes.

Lebenicht	} vna quæque earum condita anno Domini	1256.
Kneypach		1380.
Regiomontum cum castro & antiqua, (vt illi appellat) ciuitate.		1260.
Fischusia		1269.
Lochstet		1289.
Mulmelburgia		1279.
Girmauia,	Bobetia,	Tyremburgia,

*PRUSSIAE*

Rudauia,  
Neuhusia,  
Wargia,  
Ceilgarbia,

Lubtauia,  
Schaccia,  
Chremetia,  
Waldouia.

Bonundia,  
Rositta,  
Caymen.

His nominibus arces in Sambia olim appellabantur cum suis ciuitatibus, quæ omnes à Crucigeris benè muratæ & fossis cinctæ extiterunt, nunc quædam arces in curias iudiciales redactæ sunt, quarumdam etiam magna pars, humi prostrata iacet.

*NATANGIA DVCATVS. 3.*



Atangia Regio à Principe Natango nomen ducit, quæ à Bartia Regione flumine, Alla nominato, secernitur, à Pomesania Passaria fluuio, disternitur. Regio est optima, arces & ciuitates plurimas, prout inferius ordine descriptæ sunt, habet.

Valdouia ciuitas	} conditæ sunt Anno Domini	1256.
Girdauia ciuitas		1326.
Cintia oppidum		1313.
Creneburga ciuitas cū arce		1253.
Heiligenbeil oppidum		1301.
Fridlandia ciuitas		1312.
Schippenbeilia ciuitas		1319.
Brādēburga oppidū cū arce		1362.
Balga Arx		1239.
Damnouia Ciuitas	1400.	

*NADROVIA PROVINCIA 4.*



Regio Nadrouia à Principe Nadro denominata est, eam à Natangia fluuius Pregiel disternit, à Slauonia Nara amne distinguitur. Hæc maiori ex parte à fratribus ordinis Teutonici, propter infidelitatem incolarum deuastata est, reliquæ eius & vestigia reperiuntur, casæ & tuguria in quibus piscatores habitant.

*SLAVONIA DVCATVS 5.*



Lauonia regio quondam Priscorum Prutenorum temporibus, pro Ducatu computabatur, à Principe Slauo nomine denominationem accepit, ex maiore parte à Lituaniis, Crucigerisq; depopulata est, eam à Lituania Memula fluuius disternit. Has infra scriptas munitiones & arces complectitur cum ciuitatibus & oppidis.

Ragneta	} His annis incarnationis Diuine, à Crucigeris fratribus constructæ sunt	1253.
Tilfa		1289.
Renum		1276.
Liccouia		1273.
Salauia		1385.
Labia		1258.
Tapia		1255.
Vintburgia		1409.
Christouerder		1253.

Baytia

DESCRIPTIO

Boytia	1 3 3 8.
Cestia	1 1 8 5.
Norbeitia	1 3 8 1.
Vonsdorfa	1 3 9 1.
Angerburgia	1 4 1 2.
Dringofortia	1 4 0 3.

BARTONIA DVCATVS 6.



Bartonia à Barto Principe nominis etimologiam ducit, cum Lituania, & Moschouitis terminis disceptat, à Lituania 70. stagnis & solitudine, à Galindia verò flumine quodam finitur, nunc magna ex parte à Lituania & Crucigeris peruastrata est. Arces has cū oppidis, à Crucigeris correctas complectitur.

Nordemburga	} His annis hæ muni- tiones, à Crucigeris erectæ sunt.	1 5 0 5.
Iohansburga		1 2 6 8.
Gurgburga		1 2 5 9.
Instenburga		1 3 4 2.
Rihteuerder		1 3 9 6.
Bartouia		1 3 6 5.
Rhenum	1 3 7 5.	

CALINDIA REGIO 7.



Hæc regio à Galindo Principe Galindia nuncupata est, cuius Masouia sylua ingens à Meridie fines excipit, quondam tam populosa fuit, vt successu temporis, populus in ea progenitus, locum non haberet. Vnde præpositi regionis obstetricibus seuerè mandarunt, vt nullâ foemineî sexus, post partum prolem, hac luce frui permitteret, quam rem cum minus obseruatam animaduertent, mamillas foeminis ne amplius prolem educarent, amputarunt, quod facinus mulieribus summæ tristitiæ, & miseræ causa fuit. Erat autem in illa regione mulier quædam autoritate nomine & potentia clara, quæ pro Prophetissa habebatur: oracula enim interrogantibus dabat. Huic cum mulieres calamitates suas exposuerunt, Prophetissa illa, miseræ sorti foemineæ cõdolens, dolos quibus viros circũueniret, & perpetratũ facinus vlcisceretur, expiaretq; indagare, cogitareq; cœpit cõuocatisq; omnibus proceribus, & nobilioribus viris Galindia, monuit eos, vt Christianis bellum, sine vilo armorũ genere (euentus enim rerũ prædicere solita erat,) quã celerrimè inferrent, hanc enim voluntatem Deorum esse seridò affirmabat, quibus Galindæ auditis, sine vlla mora, (certũ enim esse credebant,) iuuenes, senesq; valida manu inermes in Polonorum, & Masouiorum Christianorum prouincias, cum impetu excurrunt, naçtaque ingenti hominum, & iumentorum præda, ad sua proficiscuntur. Interim verò captorum Christianorum aliquot aufugiunt, continuoq; reliquis Christianis nunciant, quomodo Galindi sine armis, in terram erumperint. Christiani re intellecta benè armati Galindos assecutos, maxima cruentaque strage profligant, prædamque reperunt, bellumque continuantes, fugientes hostes in regionem vsque eorum persequuntur, quam armis & igne euertunt, reliquias tam matronarum, ancillarum, & iuuenum, in captiuitatem abducunt. Has ciuitates & munitiones Galindia complectitur.

Grande facinus.

Frau m. lieris.

Pruteni in Masouiam excurrunt.

Masouia Prutenos profligat.

PRUSSIAE

Orteleburgum castellum	} Anni instaurationis eorum.	}	1 2 6 6.
Rastenburgum oppidum			1 3 2 9.
Neyburgum arx & oppidum			1 2 3 8.
Passenhumia oppidum			1 3 8 8.
Dreschlouia arx & oppidum			1 3 3 8.
Lucia castellum			1 3 4 8.
Lucemburgia oppidum			1 3 4 9.

VARMIA REGIO 8.



Armia siue Wermelandia Regio à Warmo Principe, nomen sortita est, à Pomesania Prouincia stagno, & flumine passaria discernitur, à Natangia paruis quibusdam fluuijs, has arces cum ciuitatibus complectitur.

Ressel arx & ciuitas	} His annis sunt extractæ	}	1 3 3 7.
Sreburg arx			1 3 4 8.
Bichoffstein ciuitas			1 3 2 5.
Wartemburga ciuitas			1 3 2 5.
Allenstein arx & ciuitas			1 3 6 7.
Melsatia arx & ciuitas			1 3 2 6.
Hellberga arx & ciuitas			1 3 2 0.
Wermeditum arx & ciuitas			1 3 1 6.
Gustadia ciuitas	1 3 2 6.		

HOGKERLANDIA PROVINCIA 9.



Ogkerlandia siue Pomesania, à Principis nomine Hogo appellata est, eam à Natangia, Passaria fluuius separat, à Pomesania duo fluuij Melsink & Drafen appellati, hasque arces cum oppidis complectitur.

Brandenburgum castrum & oppidum	} His annis extracta sunt	}	1 2 5 8.
Frauenburgum oppidum			1 2 7 9.
Tolkiemit oppidum			1 3 6 5.
Munhusia castellum			1 3 6 5.
Scharpouia prædium			1 4 0 0.

Elbingense castrum constructum anno 1 2 3 7.  
 Ciuitas verò ipsa Elbinga celebris & populosa emporio clara instaurata est, anno 1 2 3 9.

CULMENSIS DVCATVS 10.



Vlmia Regio Prussiae, à Culmo Principe denominationem trahit. A Pomerania & Pomerania Vistula fluuiio secernitur, à Pomesania flumine Ossa à Michlouia verò & Dobrinia territorijs Drebnicz fluuiio, fines suos dimittit, has ciuitates & munitiones habet.

Culmina

DESCRIPTIO.

67

Culmina ciuitas ampla	} Erectæ sunt an- nis hi- scæ	1 2 2 3.
Wentflauia Arx		1 2 1 5.
Aldusia castrum		1 2 3 8.
Grandentz arx & ciuitas		1 2 9 9
Gugeleburga ciuitas		1 2 3 0.
Schöfe arx cum ciuitate		1 3 0 3.
Stralburga arx & ciuitas		1 2 8 5.
Bartonia arx		1 3 4 6.
Neumarckt ciuitas		1 3 2 5.
Rogosna Arx		1 2 9 3.
Colmense ciuitas		1 2 5 1.
Torunia arx cū ciuitate amplissima, emperio clara ad Vistulam condita		1 2 3 5.
Papauia Arx		1 3 7 5.
Frideck Arx		1 3 3 1.
Lipno Arx		1 3 1 9.
Lefna ciuitas	1 3 2 8.	
Golba arx & ciuitas	1 3 0 0.	

Luben arx cum ciuitate	} hiscæ annis extractæ	1 2 3 3.
Reden ciuitas cum arce		1 2 3 3.
Bergelauia Arx		1 3 0 5.
Lauterburgia Arx		1 3 0 1.

Huius Ducatus Titulo Rex Poloniæ vtitur.

POMESANIA PROVINCIA

11



Pomesania à Pomesa Principe, finitur ab alijs Regionibus Vistula, Elbinga, Drusno, Drobnicz, Wessera, multæ in ea Præclaræ arces & ciuitates, vt sequitur habentur.

Marienburga ciuitas ampla, Anno Domini 1302. extracta est, arx verò anno 1281. à fratribus Teutonicis erecta sub Magistro ordinis Hartmano Comite Heldrouiensi, natura loci munitissima, valloq; fortissimo & fossa profunda circūducta, muro & propugnaculis, ac comatu copioso, apprimè firmata, Regis Poloniæ præsidij tenetur.

Newtichia oppidum	} Hæ Ciui- tates cum suis muni- tionibus his annis extractæ sunt	1 3 2 9.
Stum arx cum ciuitate		1 2 4 9.
Cristburga arx & ciuitas		1 2 5 8.
Preusmarck Arx		1 3 2 9.
Salfeld ciuitas		1 3 2 8.
Merinek arx cum ciuitate		1 2 9 0.
Holand arx & ciuitas		1 3 2 9.
Lubstada ciuitas		1 3 0 2.
Osterrade arx & ciuitas		1 2 7 0.
Rosenburga arx cum ciuitate		1 2 8 9.
Marienuerder arx cū ciuitate		1 3 1 1.
Garnesia ciuitas		1 3 2 8.
Germanica Eilonia arx cum ciuitate		1 3 3 7
Lebmulia ciuitas		1 3 3 7.

N

P R U S S I A E

Hohenstein ciuitas	1301.
Schonemburgia arx	1319.
Rosemburgia ciuitas	1315.
Eilemburgia ciuitas	1299.
Neumburgia ciuitas cū arce	1289.
Salauia ciuitas cum arce	1306.

MICHLouIA PROVINCIA 12.

**M**ichlouia admodum angusta terra est, inter Brodnam & Drebnicz fluuios iacet. Huius causa Poloni cum fratribus Teutonicis perpetuas rixas fouebant, nullam arcem præter vnam ciuitatem Straßburgam, & tres munitiones, Berklij, Dornik, & Michlouiam habet.

*Dantiscū.*

Pomeraniæ Regionem amplissimam, longo tractu mari adiacentē, vnde & nomen habet, in Poloniæ Regionum descriptione, latius indicabimus. De qua multa bella Poloni cum Prutenis gentilibus, & Crucigeris habebant, in hac sita est celeberrima vrbs Gedanum, siue Dantiscum appellata, à mari Germanico vno miliari abest, eam celeberrimus fluuius Vistula præterlabitur, ibidemq; amplissimis ostijs in mare exoneratur. Celeberrimum in ea totius Pomeraniæ, & Prussiæ emporium est, Regij Poloniæ subiecta, anno Domini 1285, translata.

*Crucigeri  
in Prussia  
Geniuus.*

**P**ruteni Gentiles barbarie indomita rigentes, peruersi & infideles erant, vanas creaturas quaslibet pro Dijs colebant, nec se ad fidem Christianam conuerti patiebantur. Idiomatico proprio à Liuonico non dissimili utebantur, Polonis & Masouitis tributarij erant, sed frequenter nacta occasione iugum excutiebant, ideò multa bella longo tempore Poloni cum eis tenuerunt. Postea anno Domini 1211. Conradus Masouia Princeps ex Regibus Polonorum genus ducēs, à Prutenis Gentilibus sæpius varijs excursionibus infestatus, ad Imperatorem Fridericum huius nominis secundum, legatos destinauit, implorans auxilia aduersus infideles Prutenos, qui libenter fratres ordinis Teutonici Crucigeros à Saracenis tunc temporis Hierosolima pulsos, in Prussiam 20000. misit, quibus Princeps Masouia Culmensis terram imprimis donauit, cum arce Dobrzinensi, hac conditione, vt tempore necessitatis subsidium sibi cōtra infideles Prutenos ferrent, Prussiamq; subiugatam in simul partirentur. Hic quædam de origine Crucigerorum Teutonici ordinis subiciemus.

ORIGO ET PRINCIPIVM TEUTONICI ORDINIS.

*Expeditio  
Christiano-  
rum in ter-  
ram sanct.*

**A**nno Domini 1088. cum Balduinus Rex Christianus Hierosolimis regnaret, Saraceni & barbari ex arce nomine Ptolomaida, latine Acon, Germanice Acris dicta, varijs excursionibus Sanctam terram infestare solebant. Quamobrem Rex contra barbaros Saracenos auxiliū petijt à Christianis. Longobardi igitur sexaginta galeras, & in hijs quinquaginta milia virorum, in subsidium miserunt, cum quibus multi homines probi piæ peregrinationis causa, in terram sanctam profecti sunt. Horum numerus erat 500. partim ex Saxonia, partim ex alijs prouincijs Germaniæ, qui omnes in vnam nauem congregati, Aconam vsq; peruenerunt, vbi per integrum annum, cum infinita multitudine Christianorum, Aconam antequā caperetur, oppugnauerūt, in oppugnatione multi Christianorum telis barbarorum læsi erant, vnde in morbum inciderunt, passimq; sparsi cū ne minem in terra aliena, qui subleuaret inopiam haberent, multi fame perierunt. Erant autem ex peregrinis præcipui, octo boni & pij viri Teutones, qui cum viderent Christianos tam miserè interire, cōmiseratione ducti curam illorum susceperunt, diligentiaq;

*Hospitale  
beate Ma-  
rie virginis  
Hierosoli-  
mis.*

ligentiaq; illorum plurimi infirmi cōualuerunt. Postea Xenodochium, siue hospitale sub titulo beatæ virginis Mariæ, Aconæ erexerunt, primusq; Xenodochij præfectus, Henricus de Valpot electus est, ex Germania oriundus, hic maximam diligentiam, in fouendis infirmis & egenis adhibuit, vltimam diem Acon peregit, ibidemq; sepultus est. anno Domini 1190. Postea Balduinus Rex, Hierosolimis templum, & Xenodochiū, pro pauperibus, & pluribus nobilibus infirmis, qui in bello Aconiensi læsi crāt, extruxit, sub titulo beatæ virginis Mariæ

Tandem anno 1191. Clemens Papa huius nominis 3. hunc ordinem confirmauit, & intitulationem dedit fratribus Teutonicis, Xenodochij Hierosolimitani beatæ virginis Mariæ. Præterea Diui Augustini, regulam illis seruandam imposuit, Stemmataq; cum cruce nigra eos insigniuit.

**P**OSTEA Patriarcha Hierosolimitanus, singulos fratres Teutonici ordinis à Pontifice Romano confirmatos, alba chlamidè ex vtraq; parte crucem nigrā habente ornauit, sicq; illi habitum suum susceperunt. Fuerunt qui vestiti sunt 24. fratres laici, & 7. sacerdotes. His lorica indutis, gladio accincto, missā celebrare cōcessum erat, nullus barbam tondebat, & super sacum stramine impletum, regula iubente, dormiebant, sed statim hæc mira quadam metamorphosi immutata sunt.

Habitus  
Crucigerorum  
Teutonicorum.

**S**ECUNDVS Henrico de Valpoth, primo Magistro Xenodochij Hierosolimitani, Otto de Karpen nobilis Germanus, in Magisterio successit, anno Dom. 1200. sub Imperatore Romanorum Philippo huius nominis 2. & Innocentio summo Pōtifice, hic in humilitate, & cordis simplicitate Deo & fratribus seruiuit. Sexto anno officium abfoluit. Aconæq; sepultus est.

*Tertius Ordinis M*

**T**ERTIVS Ordinis Magister Hermanus Brand Olsacensis, electus est, sub Pontifice Innocentio 3. & Philippo 2. in ordine Germanorum Imperatorum 22. Anno 1206. præfuit officio quatuor annis, pauperibus quantum potuit satisfecit, Aconæ sepultus est.

**Q**UARTVS Hermanus à Salicen, Nobilis Misnensis, Ottonis, & Friderici secundi, Imperatorum, Innocentij 3. & Honorij Gregorijq; 9. Pontificum temporibus, anno Domini 1270. electus est. Hic omnium præclarissima Priuilegia Ordini à Pontifice, & Friderico secundo, Cæsare consecutus est. Nam cum simultates, & odia inter Pontificum Romanum, & Fridericum Cæsarem exortē essent. Ille huiusmodi cladem prudentia sua è medio sustulit, sub eo Conradus Marchio Turingensis habitum suscepit, duomillia nobiles, & auratos equites Germanos in ordine habuit, quos 30. continuis annis rexit, eius temporibus fratribus ordinis à Saracenis Hierosolima pulsus, Prussia cōcessa est, Regnum Poloniae, Conradiq; Ducis Masouiae, & Imperatoris Friderici 2. concessu. Quorum 20000. in Prussiam venerunt, Prussosq; Gentiles auxilio Polonorum, ex terra Culnensi ciecerunt.

Poloni  
Masouia  
Prussiam  
Crucigeris  
concedunt

**Q**UINTVS Magister Conradus Turingorum & Cathorum Marchio, sub Cælestino 4. Pontifice, & Friderico 2. Imperatore, anno 1240, electus est, habitum Mariemburgæ, in Prussia suscepit, cū multis nobilibus adolescentibus, & viris eximijs, ac prudentibus, cum Prussis Gentibus, multa bella gessit, magnoq; labore fines Regionum ordinis dilatauit, & si quæ ruinam minarentur, illas refarciens optimè conseruauit. Postea è viuis excessit, Mariemburgæ sepultus.

**S**EXTVS Ordinis Magister Poppa ab Osterling, electus est, Conradi 4. Imperatoris, & Innocentij 4. Pontificis temporibus, anno 1252. Multa præclara bella cum Prutenis, Liuoniensibus, & Smatopolo Duce Pomeranorū gessit, postea ante Ligniciā ciuitatē

cum Conrado Silesiæ Duce, sanctæ Hedwigis marito, à Tartaris totam ferè Sarmatiam vastantibus, interemptus est, à Christianis verò Wratislaviam delatus, ibiq; in Basilica diui Alberti, terræ mandatus est, huius magistri tempore Regiomontum constructum est.

7 SEPTIMVS Magister, Ioannes Sangerhusensis, officium suscepit tempore Vilhelmi Comitis Flandriæ, Romanorum Imperatoris, & Alexandri 4. Pontificis, anno 1263. Infidelium Prutenorum, vires mirabiliter diminuit, ordoq; eo præsidente, plurimum profecit, Dominicanorum Monasterium Toruniæ fundavit, Brandenburga quoque ciuitas cum arce, eius temporibus ædificata est, anno Domini 1266. Tapia quoq; munio crecta. Annis 12. præfuit, Treueris sepultus est.

8 OCTAVVS Magister, Hartmanus, Comes Heldringensis cõstituitur, sub Rodolpho 27. Imperatore, Habsburgensi Comite, & Clemente 4. Pontifice, anno Domini 1275. vir pius & industrius extitit, Nadrauiam, Sudauiamq; Regiones Prussiæ debellauit, cū cæterisq; finitimis longas acies tenuit. Eo præsidente, anno 1279. Menia ciuitas ædificata est. Anno verò Domini 1281. Marienburgense castrum erectum est. Venetijs vltimum diem clausit, ibidemq; sepultus est.

9 NONVS Magister Burchardus à Swenden, sub Rodolpho Cæsare 27. & Pontifice Ioanne 21. electus est, anno 1283. eo præsidente fratres ordinis, cum Prussis infidelibus bellum acrae larga sanguinis effusione gesserunt, eosque in integrum ad obedientiam compulerunt. Postea 7. annis in officio expletis, Magistratu se abdicauit, mortuus est Rodijs, ibidemq; ad Basilicam S. Ioannis sepultus.

10 DECIMVS Magister, Conradus de Feuchtuangen, munus Magisterij suscepit, sub Adolpho 28. Imperatore, & Nicolao 4. Pontifice, anno 1290. eo præsidente ordo multum profecit, 7. annis fratres in officio continuit, Pragæ Bohemiæ Metropoli, spiritum exhalauit, Trebniciæque sepultus est.

11 VNDECIMVS Magister Gotfridus, Comes de Oloch electus est, sub Cæsare Adolpho 28. Germanorum Imperatore, & Pontifice Cœlestino 5. anno Do. 1297. Hic Venetia cum multis fratribus in Prussiam profectus est. 10. annis officium gessit. Postea Comitrijs celebratis, Magisterium resignauit, in Germaniamq; profectus, è viuis excessit.

12 DVODECIMVS Magister, Sofridus de Feuchtuangen, anno 1307. creatus est, Alberti Imperatoris Austriæ Ducis, & Clementis Pontificis temporibus. Hiesedem Venetijs, Prussiæ Castrum Marienburgam transtulit: nam in terra sancta, Venetijs, Neapoli, & in Anglia sedes suas, & præclara ædificia propter quasdam similitates amiserant. Duobus annis officio præfuit, Marienburgæ mortuus est.

13 DECIMVS Tertius Magister, Carolus Treuerensis susceptus est, sub Henrico 7. Imperatore, & Clemente 5. Pontifice, anno 1309. erat insignis vir prudens, & industrius, anno Domini 1312. eo præsidente, Memula arx, in Curlandia Regione Prussiæ fundata est, ad propulsandos Lituorum incursum. Tandem prædictus Magister à Pontifice Romam citatus, ad eò crimen obiectum auxilio Dei diluit, vt in aduersariorum caput redundaret. Romaq; discedens, in itinere, Viennæ morbo oppressus expirauit, ibique tumulatus est. Huius tempore pestis per integrum annum tantoperè grassauit, vt omnia frumenta penuria hominum in agris manerent.

14 DECIMVS Quartus, Magister Vernerus Vrselensis, temporibus Cæsaris Ludouici 33. & Ioannis Pontificis 22. suscepit officium suum, anno 1322. ordini cum summa laude

laude præfuit, citò post interemptus est, à fratre ordinis Ioanne Bunsdorfio, in vigilia sanctæ Elisabeth, cum ex vespertinis præcibus egrederetur.

**DECIMVS** Quintus Magister Ludolphus Dux Tulisurgensis, siue Brusvicësis, sub Ludouico 33. Cæsare, & Ioanne Pontifice 22. Magisterij celsitudinem suscepit, anno 1325. vir pius & sapiens extitit. Fratres ad cultum Diuinum summopere compulit, largèq; illis omnia ministravit, idè eos liberalitate obedientes sibi effecit. Iusticiã magnopere administravit.

**DECIMVS** Sextus Magister Dietrichus, Comes Aldemburgësis, octogenarius iam electus est, temporibus Ludouici 33. Imperatoris, & Ioannis 22. Pontificis, anno Domini 1329. eloquentia validus, autoritate grauis, iusticiãq; rigidus extitit, gentilibus terrori fuit, templum beatæ Mariæ virginis Marienburgæ extruxit, Toruniæ obiit, translatus Marienburgam, in templo S. Annæ sepultus est.

**DECIMVS** Septimus Magister Rodolphus Dux Saxonie, Ludouici 33. Imperatoris, ac Benedicti vndecimi Pontificis tempore, in officium susceptus est, anno Domini 1339. Hic anno Domini 1341. magnas copias conscripsit, Neumarcouiamq; oppugnauit. Interim verò Lituani Prussiam inuasert, eamque ferè totam igne, & cædibus consumpserunt, multos captiuos abducentes, quæ causa illi tãtum mærorem attulisse creditur, vt mente captus ab officioq; depositus, præ mærore vitam terminarit, in Marienuerderq; ciuitate sepultus est.

**OCTODECIMVS** Magister Henricus Dufmariensis, Clementis 6. Pontificis tempore, officij dignitatem consecutus est, 6. annos in regendo ordine consumpsit, cum Lituani & Ruthenis bellũ egregium, in die purificationis beatæ Mariæ gessit, auxilioq; Diuino 10000. inimicorum prostravit. E viuis postea decessit, Mariemburgeq; humatus est. Hic virginum Cœnobium, Lebenich dictum, Regiomonti erexit.

**DECIMVS** Nonus Magister Henricus Kimpradiensis, Carolo Cæsare 32. & Clemente 6. imperantibus, ad dignitatem Magisterij accessit, anno 1348. Eo præsidente ordo doctis viris abundauit, fratres in timore & amore Dei instruxit, annis 31. officio præfuit, Marienburgæ vitam terminauit, ibidemq; sepultus est.

**VIGESIMVS** Magister Conradus Zolner, temporibus Venceslai 33. Imperatoris Romani, & Urbani sexti Pontificis, ad officium vocatus est, anno Domini 1379. multa egregia bella & facinora contra Gentiles, Lithuanos, & Samogitas temporibus Keyfudi, Iagielonis, Vitoldi, & Suidrigelonis Ducum Lituaniæ gessit. Ordinem in potestate octo annis tenuit, Marienburgæ naturæ debitum persoluit.

**VIGESIMVS** Primus Conradus Valenrodensis, Venceslai 33. Imperatoris, & Bonifacii Pontificis tempore magnus Magisterij oblatum suscepit, anno 1388. vehemens, & iracundus extitit, totis viribus bello incumbere, Monachos, Sacerdotes, & omnes Ecclesiasticos furore percitus, odio persequebatur, nullumq; in hora mortis ad se venire passus est. Anno 1391. fratres ordinis, armata manu, per fluuium Crononẽ Lituani Nemen dictum, ad arcem Carnẽsem in Lituaniam nauibus, terraq; peruenerunt, ibiq; tres munitiones celerrimè erexerunt, Neuerder, Riteuerder, & Metemburg appellatas, ex his Crucigeri Lituani, magna damna inferebant, Regionem igne & ferro vastando, incolasq; occidendo.

**VIGESIMVS** Secundus Magister Conradus Iungingen, ad munus obeundũ vocatus est, Venceslao 33. Imperatore, & Bonifacio Pontifice præsidibus. Hic propter mo-

rum probitatem magnam laudem apud omnes obtinuit, pacifq; obseruantissimus erat, ideo ab ordinis fratribus, cum multa pati oportebat. Annis duodecim officio praefuit. Postea ex carceribus corporis liberatus Marienburgæ in Diuæ Annæ templo humatus est.

23. **VIGESIMVS Tertius** Magister Vlricus de Iungingen, Conradi frater, Rupperto 34. Casare & Gregorio 12. pontifice, munia obeuntibus officium suscepit Anno 1404. Strenuus & bellicosus vir extitit, regulas ordinis non admodum obseruauit, consanguineos odio persequabatur, illorumq; arces partim erripuit, partim destruxit. Cum Lituanis & Polonis plurima bella iessit, hunc postea Iagiello Rex Poloniae, & Lituaniae magnus Dux Vitoldus, cruento praelio profligauit, ubi & ipse cum plurimis commendatoribus quorum 200. recensentur cecidit, Dux quoq; Stetinensis & Olesnicensis, Kerczdorffq; Dux exercitus Crucigerorum, a Polonis capti 5000. Crucigerorum a Polonis caesa sunt, Lituatorum tamen in castris Polonorum militarium septem millia trucidata fugataq; in primo conflictu.

Crucigeri  
profligantur.

24. **VIGESIMVS Quartus** Magister Henricus Comes Plauensis, sub Sigismundo 35. Imperatore, & Ioanne 23. pontifice electus est. Hic volebat vlcisci iniuriam qua a Polonis Crucigeris illata erat, sed antequam quicquam inciperet ab officio deiectus est, & Engelsburgæ in carceres coniectus, deinde ad Leksteg missus, ubi septimo anno in vinculis peracto, fatis concessit. sepultus Marienburgæ.

25. **VIGESIMVS Quintus** Michael Sterbergensis, Imperatoriae culinæ Magister, Sigismundo 35. sceptrum tenente, & Ioanne 23. Romano pontifice, ordini prepositus est, Anno Domini 1410. Primo anno cum suscepisset officium Iagiello Rex Poloniae, & Vitoldus Dux Lituaniae, Osterrodam Helsburgensemq; Episcopatum, Resenburgam, Elbingam, & Christburgam ciuitates, depopulati sunt. Argentoratum obsederunt, re tamen infecta discesserunt, nouem annis ordinis curam gessit, Postea vt deponeretur precibus obtinuit, Gedani vitam finiuit, Marienburgæ vero sepultus est.

Poloni cum  
Lituanis  
Prussiam  
vastant.

26. **VIGESIMVS Sextus** Paulus Rudolphiensis, Sigismundi 35. Imperatoris, & Martini Pontificis tempore, Magisterij celsitudinem consecutus est, anno Domini 1419. Huius tempore prouinciae & ciuitates Prussiae ad Regem Poloniae Casimirum defecerunt, & iugum Crucigerorum excusserunt, officium nouem annis hic Magister retinuit, mortuus tandem Marienburgæq; sepultus.

Ad Polonos Pruteni  
deserunt  
Crucigeros  
pernecantes.

27. **VIGESIMVS Septimus** Conradus Erlihufius, Alberti 39. Romani Imperatoris tempore officium suscepit, Anno 1438. Hic a bello quoaduixit abstinuit, nimio dolore ob fratrum peruersitatem consumptus est, Marienburgæ mortuus ibidemq; sepultus.

28. **VIGESIMVS Octauus** Ludouicus Herlihufius sub Casare Friderico huius nominis 3. fratres regere cepit anno 1450. Huius tempore Prussia ab ordine desciuit, ad Regemq; Poloniae Casimirum maior pars eorum defecit. Milites quoq; ordinis praesidiarum, Marienburgam Regi anno Domini 1457. pro summa 476000. florenorum vendiderunt, cum alijs castris & ciuitatibus. Postea Rex Poloniae capta arce Chojnicze, pacem cum Crucigeris iniit, atq; ab hoc tempore Pomerania Regno Poloniae adiuncta est, pro qua Poloni 150. annis perpetuo cum Crucigeris belligerabant.

Pruteni  
Crucigerorum  
iugum excutiunt.  
Marienburga  
ceditur  
Pomerania  
Poloniae  
adiungitur.

29. **VIGESIMVS Nonus** Henricus Rheus, Comes Plauensis, dignitatem Magisterij affectus est, sub Friderico huius nominis 3. Imperatore, anno Domini 1467. Vndecim hebdomadis officio praesuit, Regiomonti in Cathedrali Ecclesia terræ mandatus est.

**TRIGESIMVS** Magister Henricus Comes Rihterbergensis, anno 1470. officium suscepit, praesidentibus Friderico 3. Imperatore, & Sixto Pontifice huius nominis 4. Fuit vir rigidus, furibundusq; , Theodorum Episcopum Prussiae captum, in vinculis fame peremit. Ordini annis 7. praefuit, Regiomonti sepultus est, huius tempore bellum sacerdotum in Germania fuit.

Bellum sacerdotum.

**TRIGESIMVS** Primus Martinus Truchses Wezhausensis, sub Friderico 3. Imperatore, & Sixto 4. Pontifice ordini praefectus est, 12. annis praefuit, Casimiro Regi Poloniae, obedientiam praestitit, Regiomonti mortuus, ibidemq; sepultus est.

**TRIGESIMVS** Secundus Magister Ioannes de Tiefen ex Heluetia, celebri familia oriundus, Maximiliano sceptrum tenente, & Iulio Pontifice praesidente, ordinem in tutelam suscepit, anno 1489. Eodem anno Polonia Regi, iuramentum praestitit. Postea eidem Regi Ioanni Alberto, auxilium contra Valachos ferens, cum exercitu profligatus, ipseq; peremptus est. Regiomontum delatus, ibidem terrae mandatur.

**TRIGESIMVS** Tertius Fridericus Dux Saxoniae, Turingorum, & Hermandurorum Marchio, Maximiliani Imperatoris, & Iulij Pontificis temporibus, anno Domini 1468. In festo diui Michaelis Regiomonti Magistratum suscepit. Nunquam Regi Poloniae, iuramento se obstringere voluit, qua de causa a Polonis saepius infestatus, in patriam suam Hermanduriam profectus, vbi 12. annis extra Ordinis fines exatis, mortuus est. Huius tempore Ioannes Albertus Rex Poloniae è viuis decessit, cui in Regno Alexander frater germanus successit.

**TRIGESIMVS** Quartus Albertus, Marchio Brandemburgensis, Casimiri Regis Poloniae Nepos, Maximiliani Caesaris, & Iulij Pontificis temporibus, Ordini solenniter cum ingenti pompa Regiomonti praefectus est, anno Domini 1512. Sigismundo Regi Poloniae Auunculo suo, iuramentum praestare noluit, sed arces necessarijs omnibus muniuit, vt se contra Polonorum incursum defenderet, magnum & diuturnum bellum cum Rege Poloniae habuit, in quo ex vtraq; parte multi ceciderunt, eam ob causam, quod iuramento se obstringere Regi noluisse.

GESTA HVIVS MAGISTRI TEMPORE, PRAECIPVA.

**A**nno Domini 1519. in Autumno, inter Sigismundum Regem Poloniae, & Magistrum Prussiae Albertum Marchionem, bellum ortum est, anno 1520. Albertus Marchio, die festo Circumcisionis Christi, Bräsbendam inopinatè occupauit. Eodem anno, Mielzak, Milimlijn, Regi traditae sunt, cum alijs plurimis ciuitatibus, castrisq;. Quadragesimali tempore mense Aprili copiae Regis Oland, ciuitatem & arcem sub Magistro, coeperunt, eodem anno Brandemburga arx & ciuitas a Polonis capta & depopulata est.

Anno Domini 1520. Volfangus Dux Schonemburgensis cum exercitu ordinis decem millibus peditum, & 4000. equitum coniungens, Gedanum oppugnauit, ex episcopi q; monte, (vt vulgo vocant,) ciuitati imminenti 4000. globos tormentorum bellicorum, in ciuitatem frustra tamen exonerauit, nullum enim hominem laesit, sibi verò ingens damnum in tormentis, & globulis intulit: nam ex muro ciuitatis tormentum vnum praestantissimum, in mille frustra concussum est, & si aliquis ex exercitu se ostenderet, in hunc quatuor vel quinque tormenta ex turribus ciuitatis exonerabantur, tantaq; miseria & penuria omnium, Crucigerorum milites afflicti erant, vt multis suorum desideratis, quibusdam captis, fuga sibi ab obsidione consulere cogerentur. Interea verò Poloniae Rex, in subsidium Gedanensibus 12000. equitum

Crucigeri a Gedano fugantur.

electorum misit, qui milites Crucigerorum à Gedani obsidione discedentes, insecuti sunt, plurimosque ex eis trucidauerunt, quosdam captiuos abduxerunt, multi etiam à Caslubijs & Pomeranis iugulati sunt. Postea Regius exercitus Dirschouiam & Stargerdum arces occupauit, Chojnicz quoque; arx cum ciuitate capta est, postea ceterae ciuitates & arces ultro se Regi Poloniae obtulerunt, & milites ordinis vna cum Crucigeris ex Prussia sunt eieci.

Anno Domini 1525. die octoua Aprilis, Prussia quam primùm religiosi Crucigeri videlicet tenuerunt, in mundanam policiam & principatum saecularem cessit. Albertus enim Marchio Brandenburgensis in ordine 34. & vltimus Magister Crucigerorum, belli cum Rege Poloniae pertæsus, difficileque; contra stimulum calcitrare videns, Regem sibi per internuncios fratres & affines suos reconciliauit, Cracouiamque veniens iuramentum soleniter Regi Poloniae Sigismundo, in Maiestate Regia ad id fabricata, in medio foro Cracouensi sedenti, Regalibusque; induto praestitit, multis principibus. Ibi que; praedictum Albertum Marchionem Brandenburgensem, post iuramentum soleniter praestitum, Sigismundus Rex, Principem saecularem, equitemque; vt vocat auratum creauit. Terrasque; omnes Prussiae certis sub conditionibus, eidem vt feudali, clientique; & subdito suo concessit, vexillumque; illi suum sub insignijs Polonicis dedit. Atque; hic finis ordo ille vt vocant Teutonicorum Crucigerorum, in Prussia anno Domini 1526. Alberto Prussiae Duci, soror Regis Daniae, in matrimonium data est, ex qua suscepit filium, Albertum Fridericum modernum Ducem Prussiae, qui etiam Post mortem patris, Regi Poloniae iuramentum, homagiumque; soleniter praestitit, nunc quo ordine & quibus caeremonijs hoc iuramentum praestitum sit, quoniam ipse praesens rerum spectator fui, breuiter dicam.

Anno Domini 1569. mense Iulio in Comitijs Regni generalibus, Lublini celebratis, Albertus Fridericus Marchio Brandenburgensis, Alberti Ducis Prussiae praedicti filius, patri in Principatu succedens, iuramentum Regi Poloniae praestitit, hoc modo. Decima noua die Iulij, amplissimum suggestum (siue Maiestas vt dicitur Regia) rectum, sericeis & stragulis tapetisque; pretiosis, in suburbio Lublinensi sumptuose erigitur, vbi Rex sessurus esset. Concursum fit ad forum immensa hominum multitudinis, opplentur viae omnesque; plateae, quacunque; incessus erat, satagit pro se quisque; vel ornatus splendido vestitu, vel armis instructus apparere. Interim Magestas Regia ex arce in tronum proficiscitur, cingitur ingenti & splendida Senatorum Procerumque; vniuersi Regni Corona, praecedentibus Principibus, viris, ac omnis ordinis consiliarijs, & aulicis. Vexillumque; pulcherrimum & amplissimum album, nouo Duci, de more, cum insignijs donandum, Erasmus Debinski, Cancelarij Regni filius, praeferebat, postea Rex in domum quandam suggesto oppositam diuertitur, ibique; ornatu Regali induitur, Sandaljs videlicet aureis, alba Dalmatica, & Chlamide, siue Piuali ex panno aureo confecta, & Corona Regia aurea gemmis, lapidibusque; praetiosis concinne affabreque; ornata, chirotecas quoque; annulis gemmisque; ornatas manibus imposuit. Induta Magestas Regia ornamentis Regalibus, de modo illa in suggestum procedit media, inter Reuerendissimos Dominum Iacobum Vchanski Archiepiscopum Gnesnensem Primate[m] Regni, ac Dominum Padniewski Episcopum Cracouensem, praecedentibus & subsequenter contigunt primarijs Dominis, Consiliarijs, Spiritualibusque; Gladium euaginatam accipitem Dominus Andreas Zborowski Gladiator (vt dicitur) Regni, praeferebat, Pomum aureum Cruce insignitum Petrus Zborowski palatinus Sendomiriensis portabat, Sceptrum Staniflaus Myskowski, Palatinus Cracouiensis anteferebat. Cum itaque; Sacra Regia Magestas in solio sedit, quatuor Germani Proceres Prussiae, nomine Ducis sui, supplices venerunt, & genibus flexis vnus eorum orationem facundo lepore, ad S. R. M. recitauit: Oratione finita, Regia Magestas quatuor Consiliarios suos cum illis quatuor Germanis ad Ducem Prussiae accersendum misit. Veniens itaque Illustrissimus Princeps Albertus Fridericus, disertissima facundia, orationem fecit ad S. R. M. singularem fidem supplicitem, & subiectionem testantem. Responsum est postea ipsi Principi Consiliariisque;

*Crucigeri  
ex Prussia  
eiciuntur*

*Magister  
Prussiae  
iuramentum  
Regi praestitit*

*Mox omnia  
Regni Polon.*

*Vestitus solennis  
Regis Polon.*

D E S C R I P T I O.

Consiliarijsq; eius latinis verbis, nomine Regis, Sacram R. M. tam ipsum Principem quam omnes subditos, & optimates eius, omni favore & gratia complecti, defendereque velle. His finitis accessit Princeps ad solium, & pedes Regios genu flexus cum summa reuerentia accepit, accepitq; de Sacra Regia Magestate manibus, vexillum album insignitum Aquilla nigra, cum literis S. & A. colligatis in pectore, cum institutione ore Regio facta his verbis: Nos Sigismundus Augustus Rex, annuentes vestris & vestrorum subditorum precibus, tradimus & concedimus Illustritati tuae, prout parenti tuo Illustrissimo tradideramus, in foedum terras, ciuitates, oppida, & arces in Prussia, & ad eas Illustritatem tuam inuestimus, per huius vexilli traditionem, ac institutum gratia & benignitate nostra, qua Illustritatem tuam vti nepotē nostrum charissimum complectimur, speramusq; quod eius beneficentiæ nostræ, & memor & grata fidelisq; Illustritas tua sit futura. Deinde Princeps Prussiæ caudam vexilli tenens, super libro Euangeliorum in hæc verba iuramentum præstitit.

*Verba Regi ad Duce Prussia*

Ego Albertus Fridericus, Marchio Brandenburgensis in Prussia, Stetinensis, Pomeraniæ, Sclauorum, Cassuborum Dux, Princeps Rugiæ, & Burgrabijs Norimbergensis, promitto & iuro, quod Serenissimo Principi ac Domino, Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniæ Inuictissimo, Magno Duci Lituaniæ, Russiæq; ac omnium terrarum Prussiæ Domino & Hæredi, sicut meo naturali hæreditarioq; Domino, & eius Sacræ Maiestatis hæredibus, & successoribus Regibus, & Regno Poloniæ ero fidelis & obsequēs; eiusq; Magestatis ac hæredum & totius Regni Poloniæ, bonum procurabo, & damnum præcauebo, ac omne id faciam, quod ad fidelem vassallum feudalemq; pertinet, ita me Deus adiuuet, & hoc sanctum Dei Euangelium. Accepto huiusmodi iuramento Magestas Regia gladium ancipitem, à Gladiatore Regni, Domino Andrea Zborowski accepit, nouumq; Ducem ter præcinxit, inclinatum de more dicens: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Postea ei torquem auream, Regio munere nō indignam imposuit. Mos omnis Ordinis Nobiles qui ad Equestre munus contendebant (in quorum ego numero, eodem more præcinctus fui) præcincti sunt. Quibus omnibus ex ordine solenniter peractis, ac depositis Regalibus indumentis, cum toto illo comitatu, Duceq; Prussiæ cum suis præcedente, in arcem redijt.

Hæc autem Prussiæ Regio, plerisq; sinuosis flexibus est vbiisque amæna, & opportunis Portibus maris Baltici, maximè commoda, vrbium Illustrium, oppidorum, arciumque frequentia & opimis incolarum diuitijs, opibusque ac terræ vbertate, supra modum claret. Pecoris omnigeni inæstimabili copia, piscationibus, venationibusq; & syluis fructuosissimis, aërisque temperie, cum amænitate coniuncta prædita est, & postquam fidē Christianam Prussia suscepit, 72. arces præcipuas & 62. ciuitates principales habuit, à Crucigeris domus Teutonicæ erectas, quarum numerus nunc temporis successu, plurimum creuit, multæ enim & frequentes ciuitates ac oppida, munitionesque, tam à Polonis quàm Crucigeris vario Marte vtrinque decertatibus extructæ sunt. Longitudo eius ex Aquilone in Austrum, à Torunia vrbe cōfini Masouiæ vsque ad Memulam castrum cum oppido, quinquaginta octo miliaribus extenditur. In latitudinem verò quinquaginta miliaribus, Lituanos & Masouitas contingens patet.

*Comēdatio Prussia*

*Ciuitates in Prussia*

Flumina præcipua & principalia, in Prussia duodecim reperiuntur, Istula siue Vistula que Syleciam, Poloniam, Masouiam, & Prussiam præterlabitur, similiter Cronon siue Nemen ex Lituania decurrens, Nogat, Elbinga, Wesera, Passaria, Alla, Prægel, Ossa, Drebnicz, Lica, Lauia. Extant quoque alia plura flumina omni genere piscium abundantia, minus tamen hominibus præcipuè externis cognita. Lacubus plurimis aliq̄do septem miliaribus Polonicis patentibus, piscibusque omnis generis exudantibus vndique scatet. Gūmi quoque genus lucidissimum, quod succinum siue Glessum vulgariter Burstin vocatur, in littore maris Baltici copiosè colligitur. Cum autem Prussia vt copiosè superius descripsimus, barbarorum colonia antiquitus fuerit, Polonorum ac Teutonicorum armis subactam, sacrilq; inicitam se agnoscat, qui in eam colonias

*Flumina Prussia*

suas barbaris, penitus ferè extirpatis deduxerunt, nuncq; tam Polonis, quàm Germanis equitibus, pariter ciuibus, agricolisque, frequens est. Barbarorū tamen reliquiae, ad Curlandicum lacum huculque supersunt, qui, cum Liuonibus & Lituanis vicinis, idiomate, moribus, habituq; concordant. Porrò nulla in vniuerso Poloniae Regis Dominio, regio reperitur, quæ tam frequentibus ciuitatibus, arcibus, & oppidis vt Prussia abundet.

Hæc autem Prussiae Regio amplissima, omniumque fructuum tam ex terra, quàm aqua nascentium abundantissima, duplex est, Ducalis & Regalis, nam Dux gratia Regis Poloniae, in suis ciuitatibus & arcibus integrè rerū potitur, vt vassallus & feudalis, ac beneficiarius Regni. Regiomontiq; , quæ est ciuitas maritima, sedem suam habet, in qua est collegium communis studij, ab Alberto præfato primo, ex Magistro Duce creato fundatum. Est autem Regius mons èmpèrio clara, ad eam enim merces ex septentrionis regionibus copiosè apportantur, in hæc sedem suam Magistri transfulerunt Marienburga nobilissima, eaque munitissima arce, ac totius Prussiae propugnaculo, quæ cum se expugnari non pateretur, Casimiro Regi Poloniae vt diximus, pro certa stipendiorum militibus Ordinis per solutione, dedita est, in ea assidue milites præsidarij à Rege Poloniae asseruantur, victu & omnibus ad bellum necessarijs tam apprimè prouisa, vt sex annorum obsidionem sustinere possit. Est enim Regalis Prussiae, (id est, illarum artium & ciuitatum, quas Rex electas extra Ducem, armis maiorum suorum, acq; uisitas possidet,) caput & Metropolis à Gedano septem miliaribus distat. Plurimas nobiles ciuitates & arces, quas superius enumerauimus, Prussia complectitur.

Episcopatus verò quatuor Catholicos, postquam fidem Christianam suscepit, Prussia habebat. Warmiensem, Culmensem, Sambiensem, & Pomesaniensem, nunc Sambienfis Warmiensi, Pomesaniensis autem Culmensi adiuncti. Warmiensem Episcopatum qui est præcipuus, Reuerendissimus Dominus Stanislaus Hosius Polonus, Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalis dignissimus, singulari pietate, & vitæ sanctitate, ac doctrina cœlesti & scriptis diuinis corruscans administrat, qui Malleus Hæreticorum indefessus, & Catholicae Ecclesiae propugnator strenuus, iure censendus est. Culmensem Episcopatum, Reuerendissimus Dominus N. Costca virtutum & doctrinae speculum insigne. Nunc de Pomerania Regione amplissima dicendum nobis occurrit, quæ etiam Polonorum armis antiquitus, perdomita imperio paret, nam Boleslaus Rex bellicosissimus Anno Domini 1003. Russiae Principibus debellatis, strenuoq; Marte contusis, perpetuum victoriae monumentum Herculeum imitatus opus, tres ferreas columnas in Boristene fluuio collocauit. Deinde Anno Domini 1008. Saxonibus bellum intulit, & omnem illorum regionem, circa Oderam, ad Albim, & Salam fluuios, Chersonesumque, Cimbricam quæ hodie Dania appellatur, summa belli dexterritate ditioni suæ subiugauit. Vrbes earum regionum maximas, partim solo æquauit, partim suis Polonis muniuit, gentemque vniuersam Pomeranorum, barbaram & incultam, ad fidem Christianam suscipiendam, armis coëgit, & vt sempiterna memoria victoriae felicissimæ apud posteros extaret, in Albi, & Sala, Ossaque fluuijs, columnas æreas inclitus triumphator locauit, totam Prussia ac Pomeraniam Christianis infestissimas, perdomuit.

DUCATUS POMERANIAE.

Pomerania Regio amplissima, ab Holsatia ad Liuoniam vsq; , longo tractu, iuxta mare Germanicum extenditur, vnde & nomen habet. Pomorze enim Slauis mari adiacentem Regionem significat. In hac Regione natio Slauonica, antiquitus confederat, sed nunc Germani magna ex parte eam incolunt. Has præcipuas ciuitates à mari procul sitas complectitur, Stetiniam, vnde Ducatus Stetiniensis dicitur, Neugardiam, Lemburgam, Stargardiam, Bergradum, Camenetiam, Publinam, Grifemborgam, & alias complures. Quæ verò mari impendunt Colberg, Camin, Cossin, Gribl.

Gribſwald, Sund, Puczka, Reuecol, Louemburg, Hechel, &c. Iulinum in hac Regione vrbs erat celeberrima, nunc ruinis deformis iacet, pro hac regione Polonicum Prutenis Gentilibus, & Crucigeris, longo tempore acriter decertabant, nunc titulo eius Rex Poloniae, qui in ea maiori ex parte rerum popitur, Duxque Prussiae feudalis Regis Poloniae vtuntur.

GEDANVM, siue Dantiscum huius Regionis Metropolis, vrbs amplissima, & insignis à mari Germanico vno miliari abest, eam celeberrimus fluuius Vistula præterlabitur, ibidemq; amplissimis ostijs in mare exoneratur, in ea totius Pomeraniæ, & Prussiae celeberrimum emporium est, ex vltra marinis enim regionibus longinquis, Anglia, Britania, Scotia, Gallia, Hispania, Suetia, Dania, & Nordwegia, naues ad eam appellunt. Ex Lituania quoq; Russia, Volinia, Poloniaq; variæ merces, fluuijs nauigabilibus in eam deferuntur, præcipue verò siliginis, & frumenti, ingens copia ex supra nominatis regionibus aduehitur. Regi Poloniae subiecta est, Castellanumq; à Rege præfectum habet. Ex mari in urbem perducta est, fossa qua naues maximæ intra mænia veniunt. Burcharius cum proconsulibus, & consulibus, regio nomine, ciuitatem administrant. Ciuues omnes ferè Germani sunt, mercatoresq; ditissimi, ita vt Gedanum ædificiorum pulcherrima dispositione, commerciorum varietate, maris, Vistulaeque, oportunitate, incolarum, & externorum incredibili multitudine, ciuium diuitijs, & instrumentorum bellicorum, ad hostes propulsandos, ac machinarum ænearum numero, cum præcipuis Europæ urbibus, meo iudicio cõferenda sit. Prætorium maximo sumptu eoq; regio exædificatum cum superba turri, ædesq; sacræ, cum priuatis ingenti auri pondere, artificiosè erectæ, Geldaq; publicum vrbis palatium, ac horologium diuinis ferè manibus elaboratum, cuius campanæ mirabilem quendam, & suauissimum concentum edunt, secundum artificis voluntatem, & temporis conuenientiam, in admirabilem omnium gentium aduenas attrahentes. Propugnaculum munitissimum in ipso maris portu extructum, frequentibus directis machinis armatis militibus custoditur.

Vexillum totius Pomeraniæ aquilam nigram in collo coronatam, gladium euaginatum manu humana tenentem, pro Stemmate in campo aureo gestat similem Prussiae, quam in eius principio expressimus.

ELBINGA ciuitas insignis ad ostia Albis fluuij, in littore maris magnificentissimè, & sumptuosè extructa, splendidis ciuium opibus, & mercatorum diuitum frequentia claram, spectabilemque se reddit. Eius titulo Rex Poloniae scribens, se Dominum terræ Elbingensis maximè in Priuilegijs vtitur. Districtum enim amplissimū circumiacentem habet. Atq; hæc de Prussia breuiter dicta sufficiant.

## LIVONIAE TOTIVS CVM SVIS PROVINCIIS, CIVITATIBVS, CASTRIS, ET COMMENDATVRIS, SIVE PALATINATI- bus, &c. Succincta descriptio.

*Addita est quoque breuis narratio, quomodo hæc regio in ius Inuictissimi Regis Poloniae Sigismundi Augusti, Magni Ducis Lituaniae cesserit, & quo pacto, à Moschorum Principe & Suetiae Rege diminuta fuerit.*



**L**IVONIA siue Lieflandia, Regio amplissima, ab Oriente, Russiae, Moschorum Principi subiectæ, cõtigua est, Neruaque fluuius nauigabilis, (in cuius vtraque ripa, duæ arces eiusdem nominis, vni Liuoniensium, altera Moschorum sibi exaduerso sitæ sunt,) imperium Moschouiticum, à Liuoniensi

LIVONIAE

*Fines Livoniae.*

dislimitabat. Sed modernus Moschorum Monarcha, Ioannes Basiliades, Derpt in signi vrbe Episcopali, cum sibi adiacente Prouincia occupata, vltierius fines suos ( prout inferius dicitur) promouit. A septentrione cū Suetiæ Regno, & Philandiæ Ducatu fines suos, sinu maris Baltici disternat, Ab occidente mari Balthæo (quod Germanicum & Prutenicum appellatur) contermina est, A Meridie Samogitiæ & Lituaniæ, non nihilque in Occidentem vergens, Prussiæ adheret. Nonaginta miliaribus Germanicis in longitudinem, & quinquaginta in latitudinem, cum sinu maris Baltici adiacenti extenditur. Sed nunc bellis sæuientibus, pluribus in locis vastata, & diminuta est. Continet autem in se plurima territoria, quæ, pro Ducatibus computari possunt, horum singula cum suis Ciuitatibus & Castris succintè describere curabo, Sed primò quomodo & quando Regionis incolæ nomina Christo dederint, paucis aperiam.

Totum penè Orbem terrarum, post maximum illud vniuersæ terre dilluuium, fallacium dæmonum fraude seductum, veram vnius Dei religionem, impio multorum & falforum Deorum cultu, vanaque superstitione, commutasse constat. Quidam enim mortuos homines, propter merita beneficia & egregia gesta, cultu diuino venerabatur, Alij malignos Dæmones, e mentitis miraculis, & prodigijs hominum oculis sese insinuante, adorabant, Denique beluis atque serpentibus & sculptis, pictisque arte humana simulachris, gloriam veri Dei exhibebat. Donec Iesu Christi, veri Dei hominisque benignitas, & Euangelij eius claritas, post multa sæcula, quasi lux clarissima, mūdo cœlitus affulgens, has terras terribilesque tenebras discussit. Sed regiones Septentrionales, & omnes gentes ad Aquilonem vergentes, Christianæ religionis ignaræ, vano idolorum cultui, diutius subiugatæ fuerunt, difficilis enim ad eos externis gentibus erat aditus, propter efferam barbariem, & crudelitatem populi. Romani etiam & Græci, qui primo fidem Christianam amplexi sunt, septemtrionalium plagarum minus exactam notitiam habebant: vnde factum est vt Livonia cum cæteris, ad aquilonem vergentibus regionibus, nouissimè omnium, Sacro Baptismi fonte lauata fuerit. Demum, Friderici primi ex Ducibus Germaniæ, Romanorum imperatoris, temporibus, mercatores re. n familiarem ex Germania, per mare Balticum in Livoniam appulerunt, & gentis barbaræ simplissimæque animos ob mutua mercimonia commutanda pellexerunt. Erat autē hic populus miræ simplicitatis, opumque parandarū & rei familiaris iusto negligentior, melle enim expresso (quo maxime Regio abundat) cæram velut alias quisquilias, & purgamenta domibus euertebant. Postea succedente quæstu, & mercatoribus Occidentalibus, eò loci confluentibus, Sacerdotes paulatim se illis immiscere, adiungereque, pię peregrinationis causa, cæperūt, vt mercatoribus, videlicet Thesauros Livonum acquirentibus, ipsi animas gentis Christo, per verbum Euangelij salutiferum lucri facerent. Erat igitur ea tempestate, vir quidam Meinardus nomine in Lubeca, ciuitate celleberima, pietate & sanctimonia vitæ insignis, hic vna cum mercatoribus conscensā Navi in Livoniam, Anno partæ per Christum salutis, Millesimo Ducentesimo, trajcit, & cōspiciens in tā insigni & prematura messe, nullos operarios extare, cōtinuò ibi vnius famuli cōiuctu cōtentus, etatē transigere cōstituit, Casamque sibi ex arbutis propter imbres arcēdos construxit. Paulatim deinde hominū familiaritatē captare, & tædio superato, abita iam mutui conuietus, & contractæ notitiæ cum incolis Regionis oportunitate, Religionibus & rerū Diuinarū eos admone-re cæpit, sensimque à vano Idolorum cultu, ad Christianę fidei obseruantiam adducere, Auspicanteque Deo, & pium viri religiosi conatum sæcundante, complures incolarū in agnitam veritatis doctrinam cōcesserunt, quorum crescente numero, multorumque animis (vt fit) rei nouæ & inusitatæ religionis studio, flagrantibus, Basilica instauratur. Nec multo post, Meinardus à Bremensi Archiepiscopo, in Livoniæ Episcopum consecratur, qui in messe Christi strenui operarij munus adimplens, rem Christianā multum ad auxit, & magnam gentis partem ad Christum conuertit, postea vitam cum morte feliciter commutauit. Huic ex vita decedenti Bertoldus Cisterciensium abbas successit, qui contra irruentes hostes fidei Christianæ, vna cum peregrinis militibus,

*Fridericus Imperator Germani in Livonia veniunt.*

*Meinardus pius vir, primus in Livonia venit.*

*Meinardus Livonius in fide Christi instruit. Meinardus Episcopus creatur Livonia primus.*

qui

qui pietatis ergò ad militiam Christo exercendam, ex Germania confluerant, pugnare instituit. Vbi verò ad pugnam v̄tum est, equo infreni in mediam barbarorum aciẽ proiectus confoditur. Tandem crescente multorum pietate, plurimi sacrae se militiæ deuouerunt, ordinisq; fratrum Teu tonicorum habitu suscepto, ensiferos fratres sese nuncupauerunt. Sed cum rebus gerendis superesse non possent, hostiumque barbarorum vis vndiquaque inualeceret, Teu tonicorum fratrum ordini, in Prussia se coniunxerunt. Cum enim audiissent quod ordo Teu tonicus cruciferorum, in tota Germania proficeret. Volquinus Præpositus eorum à quinto in ordine, Magistro Prussiae Conrado olim Comite Turingensi, in ordinem Teu tonicum susceptus est, Anno Domini, 1234. Suffragijsque eiusdẽ Magistri Prussiae Conradi, Gregorius summus Pontifex Romanus huius nominis nonus, iussit vbique & præcipuè apud infideles prutenos, Liouonẽq; proclamari, quod ordo fratrum à gladio in Liouonia (qui nondum confirmatus erat) Teu tonico ordini in Prussia vnitus, incorporatus ascriptusq; esset. Susceperunt itaque fratres à gladio Liouonienses, crucem, habitumque more fratrum Teu tonicorum in Prussia, Et semper ab hoc tempore Magistri Prussiae, à Liouoniensibus Magistris tributa certa, & obedientiam exigebant, vsq; ad tempora Alberti Marchionis Brandenburgensis, Magistri Prussiae, qui Anno Domini supra Mille simũ quingentesimum, decimo tertio, pecuniam, quam obedientiam accipere maluit. Itaque Liouonienses data, præscripta ingenti summa pecuniæ, in posterum ab obedientia Prutenicis Magistris exhibenda, liberati sunt. Hanc tamen libertatem paulo post per insolentiam suam amiserunt: Rex enim Polonorum Sigismundus Augustus, eos in potestatem suam prout inferius dicitur redegit. Sed ad rem accedo, Liouonienses cruciferi, habitu fratrum Teu tonicorum in Prussia assumpto, grauissimis bellorum laboribus, cum barbaris fortiter exatlati, hactenus rerum in Liouonia potiti sunt, Magistrumque sibi elegerunt, qui cum commendatoribus, seu etiam præfectis totam Regionem gubernabat. Erant præter hunc in Liouonia Episcopi quinque vt potè Archiepiscopus Rigen sis, Derptensis, Habselensis, Ofeliae, Curlandiae, Reualiaque, Episcopi. Hi sua munia strenuè & Magnificè vt Principes obibant, sed Anno Domini 1558. Moschorum Dux Derpta sine Torpato, insigni vrbe Episcopali potitus, Episcopatum Derptensem penitus aboleuit, Rex quoque Poloniae Archiepiscopatum Rigensem, cum omnibus arcibus & ciuitatibus (rerum enim in Liouonia potitur) tenet. Reualiensem Episcopatum, Smetiae Rex vrbe Reualia capta administrat. Ofelentem Episcopatum & Abselensem fratres Regis Daniae, Magnus nomine, vna cum Insula Ofilia possidet.

Ordinis Teu tonici Magister, vna cum suis commendatoribus, plurima oppida & arces munitas possidebat, & primo quidem ordinis Magister & Archiepiscopus Rigensis simul, & coniunctim Rigam urbem metropolim Regionis occupabant, Monetamque vterque propriam qua adhuc incolæ Regionis vtuntur cudebat. Verum Magister præter dominijs, & possessionis consortium, arcem quoque ibi habebat. Hic iam ordine territoria, arces (& ciuitates, tam Magistro ordinis, quàm Episcopis, & cõmendatoribus subiectas, describere pergam. Hæc verò sunt territoria siue Prouinciæ, in Liouonensi Dominio, quæ pro Ducatibus valent: vtpotè, Leitlandia, Vikeclandia, Curlandia, Semigalia, Estlandia, Virlandia, Haria, Geruendiaque.

LEITLANDIA SIVE RIGENSIS PROVINCIA.



Leitlandia Regio Liouoniae, præcipua has arces, & Ciuitates Regi Poloniae subiectas, habet.

RIGA VRBS celeberrima, totius Liouoniae metropolis, muro fortissimo, propugnaculisque & turribus densis, tormētis bellicis, apprimè munitis, valloque inexcussò tribus ordinibus tormentorum, vndiquaque munita, fossis duabus, ex vtraque vallis parte, circumducta & stipitibus acutis circumsepta, re-

Beroldum  
Episcopus  
occiditur.

Ordo Teu-  
tonicorum  
in Liouonia

Volquinus  
primus Li-  
ouonia Ma-  
gister.

Ordo Liou-  
onicus à Gre-  
go. nono Põ-  
tifice cõfir-  
matur.

Crucigeri  
Liouonic.  
Prussiae  
tributarij.  
Scumillis  
vni.

Liouonenses  
se redeme-  
runt à Prus-  
sien sibus.

Episcopi  
Liouonia.

Episcopa-  
tus Liou-  
onia dirip-  
ti a multis  
Principi-  
bus

Prouincia  
Liouonia.

LIVONIAE

*Gothardus  
Kietler.*

*Dvina  
fluuius.*

*Emporium  
Rigense.*

bus bellicis tormentis, & comeatu copioso, militibusque stipendiarijs, pacis & belli tempore, benè prouisa. Arcem quoque benè munitam & omnibus necessarijs prouisam, sibi adiunctam habet, in qua olim Magistri sedem suam habebant, eam nunc Gothardus Kietler Dux Curlandiæ, Regis Poloniæ feudalisi, nomine Regio, administrat, in ciuitatem tamen ipsam, ius nullum habet. Administratorem, enim siue Capitaneum aliquem, ciues sibi dominari (libertatem asserentes) non patiuntur, sed obedientiam, & tributa Regi Poloniæ, fideliter exhibent, ipsique ciuilibus legibus urbem administrant. Hanc urbem fluuius Dvina amplissimus, (ex Seuera Regione Russiæ, Moschouitæ Duci subiecta, ortus) vna cū arce alluit, & duobus à Riga in mare amplissimis ostijs exoneratur, Per hunc naues ex mari, de vltra marinis Regionibus, vtpotè Suetia, Dania, Holsatia & cæteris repositis prouincijs, appellunt. Ex Russiâ quoque & Lithuania cineres, asseres, ligna cæsa, & leuigata, omnis generis ad naues fabricandas, frumentum quoque grandicopia, & cætera importantur. Magnumque hac in vrbe & celeberrimum est emporium, quamuis enim duobus miliaribus à mari distat, naues tamen omnigenæ, facillime de mari, sub ipsa mænia vrbis veniunt & redeunt.

Hæ verò arces, ciuitates, & Prefecturæ, Capitaneatusque in hac Leitlandiæ siue Rigensi Prouincia, continentur, Videlicet

**DYNAMUNT** Arx inexpugnabilis natura, oportunitateque loci, mari adiacet, in ostijs Dvinae fluuii, duobus à Riga miliaribus sita, præsidiiisque Polonicis munita, in ea omnes naues ex vltra marinis regionibus, ad Rigam veniētes, merces indicare, thelo- neaque persolvere, coguntur.

**BLOKAVS** Munitio, inter Rigam, & Dunamunt, ad Dvinam condita, in ea quoque omnes naues excutiuntur, Hæ autem duæ arces Rigensibus maximè inuisæ sunt.

**KIRCHOLM** arx murata, ad Dvinam fluuium, duobus miliaribus à Riga sita, in orientem procedendo.

Hæ quoque arces Dvinæ impendunt.

**VXVL** arx desolata, curia tamen in ea vbi Præfectus manet, extracta, à Kircholm duobus miliaribus abest. Crudelem illic quōdam conflictum, & hominum stragem insignem, cumulus ossium ingens congestus testatur.

**LENUARD** arx ab vxul quatuor miliaribus ad Dvinam sita.

**ASCHERAD** olim Palatinatus: arx ad Dvinam munita, Mochouitæq; ab ea aliquoties repulsi sunt, quatuor miliaribus à Lenuard abest.

**NITAW**, Sefuegen, Georgenburk, **LEMBORG**, Rossiten, Lucen, Luden, Neuenhul, arces muratæ absque ciuitatibus.

**DVNEMBOURG** Arx, ad Dvinam munitissimè sita, commendator siue Palatinus, ei olim Magistri nomine præsidebat.

**SEGEVOLT** Arx & ciuitas, olim ordinis Marschalci primi, à Magistro propria erat, cum cæteris ad eam pertinētibus, videlicet, **LEMBURG**, **NITAW**, **Georgēburg**, & **Choen castris**.

**ARIES** Arx, Wolmer ciuitas & castrum. **Hermes** arx, quatuor miliaribus à Pernava & Phelin.

Has supradictas omnes arces, & ciuitates, cum suis Palatinatibus, & Præfecturis, inuictissimus Rex Poloniæ possidet, excepto Mariēburga castro quod Moschouitæ Princeps occupauit. **Adzel**, autem & **Rodempeus**, à Moschouitis exustæ, & desolatæ sunt.

Archiepi-

**N**eodem territorio Rigensi, Rex quoque Polonię omnes arces, ciuitates, Capitaneatus, & Præfecturas, Archiepiscopales possidet.

**K**OKENHAUS arx, & ciuitas, natura & oportunitate loci munitissima, ad Dwinam fluuium sita, cæterarum Archiepiscopi, arcium, principalis.

**V**XVL, Lenuard, supra nominatæ arces, Krenburg, Landon, Sefuegen, Schâcborg, Serben, Conenburg, arx cum ciuitate, Salis, Vansel, Dalen, Iencel, Treyden.

**S**MILTEN arx à Moschouitis desolata, Cremon castrum olim Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Rigensis.

**S**ANCEL arx, apprimè munitissima, mari adhærens, ad Archidiaconatum Rigensem quondam pertinebat. Hæ itaque omnes arces, & ciuitates enumeratæ Regi Poloniæ subfunt.

Arces nobilium in prædicto Archiepiscopatu hæ sunt, Nochrosen, Rosemberg, Mayan, Pierkiel, Roppe, Nabbe, Elner, & Bersen. Earum domini, Polono Regi obtemperant.

EPISCOPATVS DERPTENSIS.

**D**ERPT, siue Torpatum, siue Derbet, insignis vrbs Episcopalis, & arx in colle munitissima, vrbi impendens. Hæc anno Domini 1558. ab exercitu Moschorum Ducis, violenta oppugnatione, cum tota circumiacenti prouincia, capta est. Hæ verò arces ad hunc Episcopatum pertinebant. Falcanam, castrum, & monasteriũ in signe, Neinhau, 18. miliaribus à Derpt sita, Rutenis contermina, Werbeke, Oldentorn, Kiriepe, Verpech. Nobilium arces in hoc Episcopatu, quatuor præcipuæ erant, videlicet, Olfen, Kanelichth, Raden, Cunctal, siue Regental, omnesque à Moschorum Duce cum Episcopatu subiugatæ sunt.

EPISCOPATVS HABSELENSIS ET OZELENSIS.

**V**Ikechzlandia regio ad Habselensem Episcopatum cum suis arcibus & ciuitatibus pertinebat, quæ quatuordecim miliaribus in longitudinem, duodecimque in latitudinem patet, mari Germanico, adhæret, & has arces complectitur, quas Suetiæ Rex vna cum regione possidet.

**H**ABSEL arx principalis cum ciuitate, in qua est Ecclesia Cathedralis, eam Rex Suetiæ vi ad deditionem coegit.

**L**ODE arx munita, quam Dux Curlendiæ Gotardus Ketler à Suetensium impetu nuper defenderat, & aliquot eis grandia tormenta ademerat, sed postea ab eisdem capta est.

**L**EHAL castrum, & ciuitas, in qua est in signe virginum Monasterium, nunc præsidij Suetensium tenetur.

**F**ICZKEL & Felix arces à Moschouitis exustæ & desolatæ sunt.

**V**ERDER arx munitissima ad fluuium Zundam sita ab ipsis Cruciferis Liuoniensibus destructa & demolita est.

**O**ZILIA Insula in mari Germanico, aliquot à littore miliaribus sita est, ad Ozelensem Episcopatum pertinebat, arces & ciuitates duas munitissimas habet, eas Cruciferi, Regi Daniæ prodiderunt, quas nunc Magnus eiusdem Regis Daniæ frater, possidet, Episcopatusque titulo vtitur. Harum arcium vna Arnczburg, altera Sonenburg appellatur.

LIVONIAE  
CVRLANDIA REGIO.



**H**Aec regio in Liuonia sita à Septentrione maris Baltici sinu, ab Occidente verò vbi Prussiam contingit, Pelago qui Curlandicus appellatur, alluitur: à Meridie Samogitiæ confinis est, Regi que Poloniæ subest, sed eam Gotardus Ketler, Regis gratia & benignitate tenet, tituloque eius vtitur. Has ciuitates & arces complectitur.

**VINDA** arx cum ciuitate & Palatinatu, Polonis Kiefs dicitur, in ea Magistri sedem suam habuerunt, & Comitia, Conuentionesque celebrare soliti erant, nunc Polonicis præsidij tenetur, administrantem Illustri & magnifico Domino Ioãne Chodkiewicz, Generali Samogitiæ, & supremo Gubernatori Liuoniæ, ac Magno Marschalco Magni Lituaniæ Ducatus.

**GOLDINGEN** arx & ciuitas cum districtu amplo.

**GRUBIN**, & Candaph arces cum præfecturis ditissimis:

**TVCZKOM**, Sabel, Durbin, Asempoth, Shruden, Fraucenburg, Alfangé, arces. **Neuburg** castrum in finibus Samogitiæ.

Episcopatus Curlandiæ septem arces continet, quas Magnus Regis Daniæ frater possidet, Episcopatusque titulum sibi usurpat, hijsque nominibus, hæ arces nominantur, Edvalen, Pilthen, Hasempot, Angermunde, Dondangen, Neinhaus, & Ambothen.

SEMIGALIA DVCATVS.

**H**ic Ducatus Curlandiæ adhæret, à Meridie Lituaniæ contiguus est. Hasque arces continet, Soleburg, arx & Præfectura, Basemborg, Doblin, Nithaw, arces cum districtibus, ciuitates nullas habent, totumque territorium, vna cum arcibus enumeratis, Curlandiæ Dux prædictus Regis Poloniæ gratia & benignitate commissum tenet.

ESTLANDIA DVCATVS.



**E**stlandiæ, siue Estoniæ Ducatus mari Suetiæ, à Septentrione adiacet: has arces præcipuas cum ciuitatibus & Præfecturis complectitur.

**FELIN** arx & ciuitas munitissima, vna cum vltimo Magistro Liuoniæ Vilhelmo Furtemberg feudali Regis Poloniæ, à proprijs militibus stipendiarijs Germanis Moschorum Duci dolose prodita est. Ciuitas ipsa exusta, arx verò præsidij Moschouiticis munita, vnaque cum districtu, siue Palatinatu Moschorum Duci subest. Magister verò in ea captus, Moschouiam abductus, in vinculis spiritum exhalauit. Atque hunc extremum exitum Magistri Liuonienses habuere.

**LAIS** & Talczkofen arces, à Moscho quoque occupatæ sunt.

**TARNEST**, siue Taurus, arx munitissima præsidijque Moschouiticis prouisa, à Lituani Duce exercitus Illustri & Magnifico Domino Nicolao Radziwil Palatino Vilnési, pulueribus bumbaruarijs suppositis eiecta, & cum Moschouitis, à vi & impetu pulueris volantibus euerfa est. Ego etiam huic oppugnationi cum patre meo interfui. Hac autem arce expugnata & exusta, Lituani quibusdam Moschorum abductis, quibusdam occisis, velut Tartari, arce desolata relicta, & non occupata, nec munita, (quæ facile instaurari potuit,) cum spolijs, tormentisque, & cætera suppellectili bellica ablata, discesserunt, anno Domini 1561. Iulij vltima.

**OPERPAL** arcem exercitus Regis Poloniæ exussit & desolauit.

Has autem in hoc Ducatu arces Rex Poloniæ possidet.

**KARXHAUS**, Helmeth, Rugen, Parnauam arcem insignem & munitam cum ciuitate mari adiacentem. Hæc à Suetiæ Rege primum occupata erat, sed postea à Polonis inopinatè capta in ditionem Regis Poloniæ cessit.

VIRLAN.

Felin cum  
Magistro  
capta.

Exitus Ma  
gistrorum  
Liuonia.

Taurus  
capta.

Parnaua  
occupata.

**T**erritorium hoc Liuoniæ inter Orientalem, & Septentrionalem plagam situm, à Septentrione Baltici maris sinu terminatur, ab Oriente Nerua fluuius celebri ex lacu Pejbas emergenti, & in mare Balticum ingredienti alluitur. A Meridie Estlandiæ, ab occasu Hariæ contermina est, & octo miliaribus in longitudinem, à Nerua fluuius ad Reualiam vsq; extenditur, hasq; arces complectitur.

NERVA arx & ciuitas insignis, munitissimaque, ad fluuium eiusdem nominis sita. Ex aduerso in altera ripa arcem à Moscho erectam Iuanow Gorod dictam habet, atq; fluuius prædictus Nerua, has arces interfluens Moschorum, & Liuoniensium imperiū olim dissimitabat.

TOLCZBURG arx ad sinum maris Baltici inter Neruam & Reualiam ciuitates æquali distantia sita.

WESENBURG arx, & Capitaneatus.

BERGHOLM olim arx Episcopi Reualiensis erat. Afs quoq; & Est, duæ arces nobiliū Liuoniæ vna Roberti à Gilfen, alia Bernardi de Tabe.

Has omnes arces cum suo territorio Moschorum Princeps occupauit.

HARIA PROVINCIA.

**H**aria iuxta mare Suetiæ sita, in longitudinem sedecim miliaribus, & octo in latitudinem extenditur, cum Virlandiæq; territorio pro Ducatu computatur.

Hæ arces in ea sitæ sunt.

REVALIA vrbs celebris cum arce munitissima ad sinum maris Baltici condita est. Sede Episcopali clara, sub Rege Poloniae à Suetiæ Regis exercitu occupata. Monetam Reualiensis propriam quadriangularem cudunt. Reualiensis Episcopus arces aliquot sibi subiectas possidebat, in ciuitatem tamen nullum ius imperiumue habebat, sed Magister ordinis eam administrabat.

BADIS castrum & Monasterium in signe, Suetenses inopinata irruptione cœperunt.

FEGVEVR arx olim Episcopi Reualiensis à Moschorum Duce expugnata nunc tenetur.

GERVENLANDIA DVCATVS.

**G**ruenlandia Regio mari adiacens, septem miliaribus in longitudine, sex in latitudinem patet. Frumenti & cæterarum rerum ex terra nascentiū feracissima, vnam arcem, Vitenstein dictam principalem, cum pagis & curijs compluribus nobilium habebat. Eam sub Rege Poloniae, Suetensium Rex occupauit, Bialykamiē, id est, albus lapis Polonis dicta. In hijs territorijs, siue Prouincijs Liuoniæ prædictis, (quæ etiam pro Ducatibus cōputari possunt,) variæ sunt multarum gentiū linguæ: plebs ipsa Liuonica tribus ferè linguis, (non multum tamen à se diferētibus) vtitur, ad Lituanicumq; idioma, magna ex parte alludūt, barbarie & moribus incultis rigent, Lituanais, & Samogitis, ob vicinitatem in omnibus persimiles sunt. Vestitu vili, eoq; vt plurimum cinericio, ad Germanicū habitum alludenti vtuntur, ex tiliæ libro more Lituanorum, & Ruthenorum coturnos, connectere solent, vel ex iumentorum pellibus, vna cum setis detractis. Fœmineus sexus in pagis more gentis Cyganorum, (vel vt quidam volunt Cyreneorum) vagabundæ, vestiuntur, vestitumq; quibusdam globulis plumbi, cuperis, & electuarijs exornant, indusia quoque circa collum præcipue annulis, intertexturisq; varis ornant.

*Hueruelan dia.*

*Bialykamiē arx.*

*Liuonum agrestium habitus, mores, & idioma.*

*Mulierum Liuonica-rū habitus*

L I V O N I A E

Crinibus passis, mulieres vetulae, & virgines omnes promiscue incedunt, capitis ornamenta quaedam mirè, ex globulis quibusdam, confeta ad similitudinem vnionum, Gemmarumue, varij coloris gestant, omnes ferè matronae sagae, & incantatrices peritissimae sunt, artibus Magicis supra modum deditae. Pane vilissimo teterrimoque, & cibarijs simplicissimis, vtuntur. Frumenta omnis generis triturada excutiendaque perinde, vt Lituani, primo in calidissima casa, ad id praeparata fumo exsicant, & postea in horreo coram extracto excutiunt. In ollis figulinae artis nusquam, nisi in lebetibus aëris, cupreisue, in pagis & ciuitatibus coquunt, neque tibi ollam argileam aliquò, per totam Liuoniam videre licebit. Paleis quoque frumentorum, vulgus magna ex parte cum farina filiginis mixtis, vtitur. Et quamuis miserima gens fuerit, supra modum tamè callida, fallax, tumida, atrox & ad caedes patradas prompta. Polonos, Lituanos, Ruthenos, caeterosque extraneos Regi Poloniae militantes, (extra Germanos, quorum sub iugo olim fuerunt,) maximè inuident, eosque depredatores, & comestores bonorum, fundique sui calamitatem appellant, & vbi possunt quoscunque milites astu circumuentos, & incautos opprimunt. Vni vel duobus viris transitus difficilis est, praecipue si apud agrestes pernoctauerint: nam somno oppressos, magna ex parte trucidant, suffocantque. Diuersoria in hac regione rara, vel penitus nulla reperiuntur, sed ad curias, & praedia viatores diuertere, ibidemque pernoctare solent, Tempa quoque rarissime, nisi in arcibus visuntur.

*Vitus Li-  
nonum mi-  
serissimus.*

*Peruersis-  
tas Liouoniu*

*Ciues &  
Nobiles in  
Liouonia  
Germani.*

*Matrona-  
rum Rigon-  
sua habitus*

Ciues & Nobiles omnes Germani sunt, Germanisque moribus & idiomate vtuntur. Foemineus sexus pallia rubea, communiter capiti imposita, ad talos cum frequentissimis plicis gerit. Vittas mulieres in capitibus non gerunt, sed contrictos crines, (quos maximè nutriunt, vel ad id praeparatos adaptant,) tam matronae quam virgines capiti circumnectunt. Pileos siue biretos quadriangulares more, Cardinalium Romanorum gestant, quaedam verò, pallijs cum velamine velut tecto, frontem & caput tegente vtuntur.

Sponsa cum ad matrimonium contrahendum deducitur, corona argentea deaurata rotunda, & in altum prominente ornatur, omnisque virginalis, & matrimoniarum chorus, rubeis pallijs vestitus longo ordine praet & sequitur. Cernisia ex ordeo & lupulo passim in pagis & ciuitatibus gustu amarissima, maximè differenti à caeterarum regionum cernisia vtuntur, attamen gens illa & omnes Germani regionis incolae, hunc potum suauiter praebibunt.

*Liouonia  
ferax.*

Siliginis & frumenti Liouonia diues est, adeò vt exterarum quoque & transmarinae nationes Lubeca, Amsterdam, Olandia, Dania, Suetiaque eius vbertatem praesentiant, ad quas grandicopia frumenta, è Liouonia deportantur. In Liuoniam quoque ipsam ex Russia Lituaniaeque regionibus, fluuio Dwina & Nerua, siligo & id genus rerum plurimum aduehitur. Pecoribus & iumentis domesticis omnis generis abundat, lacubus, fluuiisque piscosis, & syluis ad venationem idoneis referta, in quibus habet, vrsos, alces, vulpes, linceos, maturos, castores, & omnis generis animalia. Lepores in Liuonia mutant aestate, & hyeme colore, perinde vt Heluetijs in alpibus, hyeme sunt albi, & aestate cinericei. Inferunt & Moschouitae pelles vrsarum, albas in Liuoniam, quas ex frigidissimis Septentrionibus regionibus, maximè ex Dwina prouincia Oceano glaciali adherenti acquirunt. Religiosissima gens Liouonica post susceptam Christianam fidem, Romanae Ecclesiae ritum ardentè obseruans erat: Domini etiam ordinis Theutonici, & ipse Magister, priusquam ad Luteranismo desciscerent, religiosa pietate diligenter, ordinis regulas, in moribusque & habitu cultum decentem obseruabant. Diuorum delubra, pietate & pulchritudine decorabant, quae hodie à Lituanijs, penè demolita & desolata videntur, ditionemque suam ab omni incursum barbarorum strenuè, summa cum laude vindicabant, omnia denique illis ex voto, (benignitate Diuina propter religionis antiquae obseruantiam prosperante,) cedebant: & Moschum barbarum potentem hostem, à finibus suis saepissime summa cum victoria propulsabant, prout ex his duobus praclaris & victoriosissimis certaminibus, (quos mihi explanare lectori

*Religio Li-  
nonum.*

haud

haud ingratum visum est, ) apparebit.

Anno quo lux diuina, humana in specie cœlitus mûdo affulsit, 1381. Magnus Moschouitæ Dux, Liuoniensium castrum Nenhuis, in prouincia Derptensi acerrimè oppugnabat, cui oppugnationi, ipse sua persona, cum trecentis millibus armatorû intererat. Demum post diutinam, & acrem obsidionem, crebraq; irruptiones, mœnia & propugnacula diruta, labefacere inceperant: obsessi etiã defatigati, & viribus exhausti ac destituti, Diuinæ propugnationi & tutelæ, humiliter sese submitunt, ipse etiam præfectus arcis, nocte veneris diem antecedente, insomnis ante aram quandam prostratus, flagranti, corde orabat, vt Deus in tam deplorato rerum statu, sibi suisq; auxiliari dignaretur, sælicemq; grauis obsidionis liberationē elargiretur. Sole igitur tenebras noctis discutiente cum Moschouitæ certam, iam arcis expugnationem, sibi promitterent. Præfectus ille è precibus exurgit, arcuq; arrepto, telum cum cuspe præacuta, è fenestra propugnaculi in medium exercitum Moschouiticum iaculatur, & aspirante conatibus Deo, ipsius magni Principis cor, lætaliter transfigit: concurrunt trepidi Moschouitæ, dominumque exanimatum leuant, & cum magno vlulatu deplorâtes funestissimum casum Domini sui, relictis castris, & arrepto cadauere, in Moschouiam fuga sibi consulentes, pergunt, Liuones ex arce sese proripientes, hostes fugientes persequuntur, per agrosq; syluas, & pagos, pallantes assecutos trucidant, obruunt, telisque transfigunt, & vidētes mirabili memorabiliq; modo numinis auspicio, se liberatos, arcum ad perpetuam rei memoriam, Deo dicatum, in Basilica arcis ad altare appēdūt, sole batque in eo templo cultus Diuinus, magna pietate & deuotione peragi, sed postea Anno Domini 1551. Luteranis dogmatibus assumptis, nullum pristinæ pietatis vestigium conspiciebatur, arcus tamen prædictus immotus ad altare pendebat, donec tandem Anno Domini 1558. Ioannes Basiliades modernus Dux Moschouitæ, eandem arce potitus, religionem, quoque Luteranam immutauit.

Moschou  
Nenhuis  
Liunia  
oppugnat.

Insignis  
Eoris Mo-  
scaru Ducis  
occiso.

Aliud celebre, & perpetua memoria dignum, prælium Liuones contra Moschouicæ Ducem gesserunt, Anno 1500. sub ordinis Teutonicæ Magistro, Domino Woltero à Pletenburg, qui cum Moschis enim statuisset, publica ieiunia & solennes lætanas, secundum morem Ecclesiæ Romanæ, instituit, nondum enim eos Luterana doctrina à Catholicismo transuersos egerat, Mensq; Septembri paulò post natiuitatem Mariæ virginis, exercitum ordinat. Rigensis quoque Archiepiscopus mille Germanos equites adducit, Torpatensis Episcopus quingentos, Reualiensis & Habselensis itidē quingentos simul, ita vt Magister Liuonicus septem haberet, Germanorum equitum millia, & quinq; millia Curionum pedestrium (qui populi sunt Liuoniæ, in Regione quæ Curlandia dicitur.) Hoc cum exercitu Magister, Russiam finitimam Moschouitæ Ducis inuadit, Arcesque & oppida quædam expugnat, inde ipso exaltationis sanctæ crucis die, ad urbem Pscouiam exercitum ducit, iuxta hanc sita est planicies. duorum miliarium latitudine patens, in quam cum deuenerūt, obuiam illis procedit Moschouiticus exercitus, centum millia armatorum (in duodecim acies distributus) continens. His adiunctæ erāt Tartarorum copiæ barbarie feroces, triginta millia conficientes. Itaque Teutonicus Magister, vbi aut turpiter fugiendum, aut ingenti cum animo, aduersus tantum exercitum, barbarie & armis formidabilem procedendum videt, nihil de victoria spe remittens, aleam belli tētare constituit, & animis suorum confirmatis, clasticum canere iussit, Moschouitæ quoq; ex aduerso signa tollere, patrioq; more tubas inflare & timpanulas, (quas paruas singuli præfectorum habere solent) pulsare ceperūt Magister Teutonicus, globos tormentarios scloppetariosq; velut crebra continuaq; tonitrua, in Tartaros contorquet. Tandem maximo clamore strepitu. armorumq; corruscatione, vtrinque concurrunt, Tartari & Moschouitæ arcibus, & sagittis affueti, densissimo creberrimoq; telorum iactu, æthera obūbrant, quæ tamen emissa aërē irrita, verberabant, Tartari vbi prælio, à Teutonicis fusi fugatique fuere, duodecim Moschorum acies, centum millia conficientes, viribus animisq; recentes succedunt. Teutones cæsis Tartaris, vbi bellum recrudescere sentiunt, quanto maiorem hostiū

Wolter  
Pletenburg  
Magister  
Liunia.

Liuones  
Moschouitæ  
inuadunt.

Constitit  
Moschorum  
cū Teuto-  
nicis acer-  
rimus.  
Moschouitæ  
centum  
millia Teu-  
tonicorum  
duntaxat.  
Suis occu-  
pant.

vim prioribus, succedere vident, tanto maioribus animis in hostes irruere, & velut ab integro noua virtute resumpta, ingenti cū fremitu cæsum, punctimq; , vergente iam ad vesperam die, confligunt. Ex Moschouitis qui supererant, fuga sibi consulentes in Pisco uiam se recipiunt, prælio itaque dirempto, compertum est ex Teutonicis, vnum duntaxat desideratum, compluresq; , sed non lætaliter vulneratos, Moschouitarū, verò & Tartarorum, circiter centena millia trucidata, ita vt duobus miliaribus, cadauera passim prostrata iacerent, triginta verò millia fuga elapsi sunt. Memorabilis sanè Triumphus, & sempiterna memoria dignum, singularis virtutis & fortitudinis exemplum. Hac igitur clade suorum Moschorum Dux Basilius Ioannis, audiens, cum summo stupore admiratus, tatum exercitum, tam exigua, turpiter cæsum, & prostratum, ad quinquaginta annos cum Teutonicis inducias, confestim firmavit, Ruthenique, & Moschouitæ, ab eo tempore, Teutonicos ferreos viros appellabant.

Memorabilis  
Victoria

Moschus  
perit fa-  
ctus à Lio-  
nibus.

Liuones  
ferrei vo-  
canti à Mo-  
schis.

Mutatio re-  
gionis in  
Liuonia.

Plaga diu-  
nam Lio-  
niā, fames  
pestis, ignis  
gladius.

Moschou-  
ta Lioonia  
vastata.

Ex his igitur felicissimis, & victoriosissimis duobus, Liunorum cum Moschouitis prelijs, (quamuis multa varij euentus prælia, inter eos vtrinque eueniebant) apparet, quod Liuonienses, ordoq; Teutonicus, priusquam à Catholicismo desciscerēt, manu Diuina, contra quosuis incurfus hostium propugnabantur, omnibusq; rebus ex terra nascentibus, & cæteris fortunis, copiosè affluebant. Vbi verò Luterana dogmata amplecti Anno Domini 1527. cæperunt, pietatem & religionem auitam, cum omnibus virtutibus vna excusserunt. Postea varijs & diuersis plagis, omnes passim grauissimè afflicti sunt, adeò vt vniuersa elementa, in vindictam eorum conspirasse viderentur. Terra enim Regionis quæ omnium frugum & fructuum leguminumque feracissima erat, victum (nihil proferens) illis denegabat. Aqua etiam lacusq; olim piscosi nullo pisces dabant, Aër quondam saluberrimus hominum salutem à Deo cōcessus, in venenum & contagium conuersus erat. Igne etiā & ferro Moschouitæ vniuersam Derptensem Prouinciā, crudeliter vastabant. Sed Teutonici fratres nobiles, & ciues, huius afflictionis culpam, & numinis offensam, Catholicis imputabant.

DE INTESTINO ET CIVILE LIVONENSIVM BELLO,  
& causa expeditionis Regis Poloniae, contra Magistrum  
Liuonensem.

**M**agister Liuoniæ, cum omnibus Teutonici ordinis fratribus & equestri ordine, post Luteranismum susceptum, Archiepiscopo Rigensi collegæ suo, ob non susceptum dogma Luteri aduersabatur. Hic autem Archiepiscopus ex Illustri profapia, Marchionum Brandenburgensium genus ducebat, frater Alberti Marchionis Brandeburgensis, olim Magistri Teutonici ordinis, & postea Ducis in Prussia, neposq; Regis Poloniae.

Conspiratio  
aduersus  
Archiepisc.

Archiepisc.  
cedit.

Cokenhu-  
sen cū Ar-  
chiepisco  
capitur.

Magister itaque Comitij generalibus celebratis, conclusit & constituit Archiepiscopum bello appetendum esse, in quod totus ordo & nobiles cum omnium suffragijs consenserunt. Episcopus quoque Torpatensis Hermanus, vt erat inconstantis animi, facile ad oppugnandum Archiepiscopum indutus est. Reualiensis etiam & Habselensis Episcopi, Magistrum metuentes, facile in castra eius concesserunt, & ita vniuersa Liuania in Rigensem Archiepiscopum, hostiliter conspirauit. Anno itaque 1557. paulò post natalem Diui Ioannis Baptistæ, ordinis Teutonici Magister, Vilhelmus Furstemberg, exercitum cum commendatoribus conscribit, tres quoque Episcopi prædicti, copias suas eidem coniungunt. Sicque instructissimo exercitu, & magno cum apparatu, Rigensem Prouinciā hostiliter inuadunt. Archiepiscopus Rigensis tamen defensionem meditaretur, & magnam nobilium partem sibi adiunctam haberet, infirmior tamen erat, & viribus impar, vt tati exercitus vim sustinere & propulsare neutiquam posset. In arcem itaque Cokenhusen natura loci munitissimam, in edita rupe constructam, cum suis profugit. Magister verò eum cum vniuerso exercitu ibidem, graui obfidione, oppugnabat, tormentis machinisque bellicis muros fatigans. Sed neque tormentorum

mentorū crebra tonitrua, neq; validos hostium impetus muros labefacere poterāt, sola fames & inædia obsessos ad deditiōem cōpulit, octauo itaq; obsidiōis die portis ad apertis Archiepiscopo iubente, hostibus sese dederunt. Ordinis Teutonici Magister Archiepiscopū, non vt vnius Prouineie & vr̄bis Rigensis cōsortem, non vt clarę profapie Brandeburgensium Marchionum Principem, non vt Præsulem & Primatē, sed veluti barbarum hostem tractat, contumelijs & probris ludificatur, omnibusq; oppidis, arcibus & pagis multatum, carceri mancipauit, totoq; anno vinc̄tū detinuit.

Rex Poloniae Sigismundus Augustus, vbi id ordinis Marschalco, (quē Magister bonis omnibus spoliatum, eō quod bellum contra Archiepiscopum suscipiendū disuadebat expulerat) rescisisset. Tanti Principis Nepotis suis, seruilem captiuitatem ægrē tulit, rei que indignitate commotus, Episcopum quendam in Liuoniam ad Magistrum ordinis, hac in causa destinauit. Qui cum multis rationibus, deliberando Archiepiscopo nomine Regis, coram Magistro ageret, Magister neque exarcerandi Archiepiscopi, nec componendorum dissidiōrum spem præbuit. Itaque Legatus re infecta ad Regem reuertitur. Rex Poloniae, vt operam suam irritam cognouit, ordinis Magistro, omnibusq; eius auxiliarijs, bellū denunciat, quo nuncio accepto, cōfestim Magister ingentem thesaurum, in Germaniam ad exercitum ibidem conscribendum, mittit, adductaque sunt aliquot millia equitum, & sex vexila peditum Germanorum in Liuoniam. Rex Poloniae haud diu moram trahens, infestis signis in Liuoniam contendit, equitum simul & peditum armatorum virorumque electissimorum, centena millia, cum tormentis, amplissimaque bellica suppellectili procedunt, ordinis Magister vniuersos quos habebat præsfectos & commēdatōres Regi opponit, Episcopi quoque tres, Derptensis, Reualiensis, & Habselensis, copias suas eidem coniungunt, Itaq; Ordinis Magister tunc temporis habebat Germanorum equitum septem millia & sex peditum vexilla, bene armati. Præterea enim agrestium aliquot millia Liuonorum, Sed Magister Polonorum validissima lectissimaque manu conspecta, victorie spem prorsus abiecit, legatumque ad Regem qui præsens in armis erat otius destinauit, prælium deprecando, & pacem humillimè efflagitando. Rex clementer & benignè respondit, nisi viduas, pupillos, orphanos, & inopes, innocentesque colonos misereretur, nullo pacto pacem se cum Magistro initurum, sed vt Magister ordinis agnoscat, (inquit) me sanguinis aut belli sitientem non esse, ipse si pacem expetit, huc ad nos intra octodecim horarum spacium accedat, Principemque & Archiepiscopum Rigensem vna adducat, dein pacis & concordie rationem inibimus. Thewtonicus Magister hoc responso accepto, cōfestim Archiepiscopum qui non longè aberat, custodia liberari, & è vinculis educi iubet, ambo itaque trecentis equitibus, inermibus stipati, ad Regem veniunt. Ibi cum vltro citroque de pace ageretur, tandem concluditur, vt Magister ordinis Archiepiscopum in pristinum statum restitueret, omneque damnum & detrimentum eidem illatum resarciret. Præterea Regi Poloniae stipendia in milites erogata persolueret. Graues hæ erant ordini Teutonico pacis conditiones, attamen Magister metu grauioris periculi vrgente, consensit & secundum pacta omnia præstitit. Postea Archiepiscopo prædicto, è viuis decedente, Rex omnes arces ciuitatesque, pagos, & curias, ad Archiepiscopatum pertinentes, iure propinquitatis in Liuonia occupauit. Magistro quoque prædicto, à Maschouitis in arce Felin per proditiōem militum suorum capto, & in Moschouia in vinculis mortuo, tota Liuonia cum suis Prouincijs in ius Regis Poloniae cessit. Atque hic vltimus

Magister ordinis, Vilhelmus Furstemberg, Magisterium Teutonicorumque fratrum Crucigerorum in Liuonia, ordinem terminauit, absoluit, finemq; extremū imposuit.

\* \* \*

Legatus Regis Poloniae in Liuoniam.

Causa belli Liuonici

Rex Poloniae armata manu in Liuoniam contendit.

Magister Liuonia pacem afflagitat.

Pax sub conditionibus Magistro Liuoniae conceditur.

Magister Liuonia capitur.

Finis ordinis Liuonici

MYMO

# TABVLA ET SVMMA ARCIVM CASTRORVMQVE LIVONIAE CVIVS DOMINIO SINGVLAE

subſint, exceptis curijs, prædijs,  
& præfecturis.

\* \*  
\*

Regis poloniae  
Arces in  
Liuonia &  
Ciuitates

- |                |                                 |                 |
|----------------|---------------------------------|-----------------|
| 1. Dunamunt.   | 19. Zelborg.                    | 35. Konnenburg. |
| 2. Blokhaus.   | 20. Kreczburg.                  | 36. Smilten.    |
| 3. Riga.       | 21. Dunëborg.                   | 37. Lemzel.     |
| 4. Karxhaus.   | 22. Rodenpeus.                  | 38. Treiden.    |
| 5. Helmet.     | 23. Nitaw.                      | 39. Cremon.     |
| 6. Rugen.      | 24. Sefuegen.                   | 40. Sancel.     |
| 7. Parnaua.    | 25. Georgëborg.                 | 41. Dalen.      |
| 8. Ermes.      | 26. Lemborg.                    | 42. Wanſel.     |
| 9. Burtnich.   | 27. Soffiten.                   | 43. Salis.      |
| 10. Wolmer.    | 28. Ludſen.                     | 44. Nochrofen.  |
| 11. Aries.     | 29. Luden.                      | 45. Roffenbek.  |
| 12. Segenuol.  | 30. Landon.                     | 46. Maian.      |
| 13. Neuenhul.  | 31. Schäczborg.                 | 47. Pierkiel.   |
| 14. Kirchholm. | 32. Filac vel Ma-<br>ienhauſen. | 48. Roppe.      |
| 15. Vxul.      | 33. Rodenpeus.                  | 49. Nabbe.      |
| 16. Lenuard.   | 34. Serben.                     | 50. Erle.       |
| 17. Afcherad.  |                                 | 51. Berſen.     |
| 18. Kokenhaus. |                                 |                 |

Ducis Curlãdiae  
feudalis & vaſſal-  
li Regis poloniae  
arces.

- |                |               |                |
|----------------|---------------|----------------|
| 1. Seleborg.   | 7. Schroden.  | 12. Winda.     |
| 2. Baſſenburg. | 8. Haſenpot.  | 13. Goldingen. |
| 3. Doblin.     | 9. Durbin.    | 14. Sabel      |
| 4. Mittaw.     | 10. Hrubrin.  | 15. Candaw.    |
| 5. Newburg.    | 11. Alfängen. | 16. Tuczkum.   |
| 6. Frauenburg. |               |                |

Ducis Moſ-  
chouiaë Caf-  
tra.

- |               |                |                 |
|---------------|----------------|-----------------|
| 1. Derp.      | 10. Raden.     | 18. Iwangorod.  |
| 2. Falkenaw.  | 11. Lais.      | 19. Newburg.    |
| 3. Werpech.   | 12. Operpal    | 20. Tollsburg.  |
| 4. Kirempe.   | 13. Felin.     | 21. Weſſenberg. |
| 5. Ollentorn. | 14. Tarnect,   | 22. Berlicholm. |
| 6. Newhaus.   | 15. Talckofen. | 23. Aſs.        |
| 7. Odenpel.   | 16. Fegfeor.   | 24. Eſt.        |
| 8. Hoſſen.    | 17. Nerua.     | 25. Cuncſal.    |
| 9. Kanelicht. |                |                 |

Regi Swetiaë  
arces.

1. Reuel.
2. Witenſtein.
3. Badis.
4. Hapfel.
5. Leal.
6. Ficzkcl.
7. Verder.
8. Fœlix.

Magni fratris Regis  
Daniaë arces.

1. Arnsborg
2. Sonenburg
3. Lode
4. Pilten
5. Eidualen
6. Haſempot
7. Angermunde.
8. Dendangen
9. Newdaus
10. Samboten

OMNIVM

78

# OMNIUM REGIONUM

## MOSCHOVIAE MONARCHAE

### SVBIECTARVM, TARTARORVMQVAE

CAMPESTRIVM, ARCIVM, CIVITATVM PRAE-

CIPVARVM, MORVM DENIQVE GENTIS, RELI-

gionis, & consuetudinis vitæ, sufficiens, &

vera descriptio.

\* \*  
\*

*Adiuncta præterea gesta præcipua, Tyranniq; ingens moderni Monarchæ  
Moschouia. Ioannis Basiliadis, nuper perpetrata, vera fide descripta.*

CANDIDO LECTORI ALEXANDER GWAGNINVS

*Veronensis, peditum in arce Vitebska finitima Moschouia Præfectus. S. D.*

**M**oschouiam terminosque eius quibus interclusa sit, candide Lector descripturus. Primum vnde nomen traxerit, operepretium mihi dicendum esse censeo. Hæc autem est, quædam Regio in Meditullio Russiæ, (vt dicitur.) Albæ, ad Septentrionem, Orientemque porrecta, à qua cætere omnes Russiæ circumiacentes Regiones, (quamuis varijs & diuersis nominibus appellatæ,) Moschouia nomen sortiuntur, incolæque earundem vulgò Moschouitæ appellantur, & ipse Monarcha Russiæ Regionum Moschouia, magnus Dux nuncupatur. Porrò parua & obscura, initio gens Russorum fuerunt, Moschouia, sed iam nunc accessione plurimorum Principatum Russiæ, partim successione iustis adiunctorum, partim vi vel fraude subactorum, præterea finitimorum gentium, Regionibus expugnatis, & occupatis, maxima incrementa coepit, adeò vt pro imperio amplissimo computari possit. Hic itaque, qua potuimus diligentia, Moschouia imperium, cum suis Regionibus, (doctorum Virorum Cosmographorumque, & peregrinorum diuersorum lucubrationibus adhibitis, propriaque experientia, & præsentia nostra magnam partem rerum assecuti,) Ducatibus, Prouincijs, Castris, Oppidis, & Urbibus præcipuis, fontibus, lacubus, fluminibusque, quibus hæc regio vbique scattet, mores denique, Religionem, habitum, & vitæ consuetudinem, tituli que ipsius Principis quo gaudet, normam & rationem descripsimus. Gesta etiam præcipua, siue potius Tyrannidem hisce temporibus, ab eodem Principe, paruo temporis interuallo editam, & crudeliter perpetrata, bona fide subiecimus. Tartarorum præterea Campestrium, in Hordas, (vt dicitur,) siue Regiones quasdam, diuisorum situm, mores, & viuendi modum exarauimus. Tu interim Lector beneuole hanc nostram qualemcunque operam, boni consule, nosque redama & vale.

\* \*  
\*

*Moschouia  
olim gens  
obscura.*

*Moschouia  
Imperium  
vnde cre-  
uit.*

ARMA MAGNI DVCIS  
MOSCHOVIAE.

*Arma Magni ducis Moschouia*



DE MOSCHOVIA REGIONE, VRBE QVE EIVS-  
dem nominis præcipua. Caput I.

*Moschonia  
denomina-  
tio.*

*Moskwa  
fluvius.*

*Occa flumi-*

**M**OSCHOVIA, *Moskwa* vulgo dicta, Vrbs amplissima, Caput & Metropolis totius Russiæ albæ. Magno Moschorum Duci subiectæ, vna cum Regione, siue Ducatu, à fluuio gentili *Moskwa*, dicto, præterlabente, nomen sortita est. Hic autem fluuius in Thverensi regione, iuxta oppidū *Olesco* dictum, fontes suos habet, indeque octuaginta, verst (quorum quinque in Polonico miliari clauduntur,) emēsis, ad Moschouiam ciuitatem decurrit, qua præterlapsa receptis aliquot fluuijs Orientem versus fertur, in regioneque Rezanensi, *Occa* fluuio commiscetur.

*Moschonia  
ciuitas.*

Ciuitas Moschouia Orientem versus, multum porrecta est, tota lignea, satisque ampla, quæ procul spectantibus amplior, quam re ipsa sit, apparet. Nam horti, aræque in qualibet domo, & plateæ spaciolæ, magnam ciuitati amplitudinem, dilatationemque præbent. Insuper omnium opificum, igne vtentium, extra ciuitatem longo ordine, ædes protensæ amplas plateas, (inter quas sunt prata, & agri) habentes. Hocque modo ciuitas ingens, & supra modum ampla videtur. Denique transfluuium, *Basilius* pater moderni Principis, pro satellitibus suis, cæterisque extraneis, Polonis videlicet Germanis & Lituaniis, (qui à natura *Bachum* sequuntur,) oppidū *Nelewki* dictum, quod cognomen ab infundendis poculis habet, extruxit. Illic verò omnibus extraneis mili-

tibus,

tibus, & aduenis Satellitibusq; Principis, inebriandi vario potus genere, facultas concessa est, quod Moschouitis graui sub pœna prohibetur. Exceptis aliquot diebus in anno videlicet tempore natiuitatis, & resurrectionis Dominicæ, pro festo Pentecostes, & in quibusdam solennioribus festis diuorum, præcipuè verò Nicolai, què Diuino ferè cultu profecuntur, & beatæ virginis Mariæ, Petri & Ioannis festis, intereà verò velut vinculis emissi, Bachum, & non festum illius diui (cuius diem tunc temporis celebrât) aduenisse gratulâtur, & sacris nondum peractis, velut sues vario potus genere obruti, temulenti, ebrijq; idemtidem vociferantes, seque velut obelessi, mutuò cædentes, & contumelijs varijs afficientes, vagantur. Si aut̃ huic genti quotidie, inebriandi facultas concessa esset, sese mutuis cædibus funditus exterminarent. Ebrij etenim mentem, rationemq; velut bruta animalia, prorsus amittunt, & in se vicissim cultellis, pugionibus, & id genus fraudulentis telis, sæuiūt. Sed ad rem redeo. Huius vrbis predictæ tam vasta magnitudo facit, vt nullo certo termino, muro, fossa, propugnaculisuè muniti possit, plateæ tamen, quibusdam in locis, trabibus transuersim positis obstruuntur, adhibitisque custodibus ad primam noctis facem, ita obfirmantur, vt nemini aditus in eam pateat. Tamque ad modum lutosa & cænosa est, vt in plateis pontes passim, necessariò extructi sint, nunc tamen vallo de terra, vt audiui, circumducitur.

Moschouitis inebriari prohibetum.

Moschouitis certa hora inebriandi.

Arces muratæ duæ amplissimæ, in simul ciuitatis formam referentes, quarum vna Kitaigorod, altera Bolsigorod, gentiliter apellatur, quas ab vna parte Moskua fluuius, ab altera Neglinna, in qua molendina plurima sunt, preterfluit, Ecclesiæ Diuorum lapideæ, & ligneæ, ædesque nobilium & magnatum, in ea frequentes sunt. Ultra Neglin, nam verò, in agro Nerbat dicto, ab arce ad sagitæ iactum, modernus Princeps Ioannes Ba siliades, curiam amplissimã Anno Domini 1565. extruxit, quæ Opriczna, id est, forsua habitatio dicitur, vbi ipse Princeps cum Satellitum suorum, virorum, ex robustissimis delectorum, numerosa manu moratur, quos ille ad tutelam sui, perindè vt Turca Ianiczaros fouet, vigintique ferè millia superant, ex hijs maior pars sclopettariorum, cum bumbardis longioribus. reliqui cum frameis arcubusq; & lanceis loriceis armati incedunt. Nuperq; eos modernus Princeps adinuenit, pro explenda sua tirânide prout inferius in gestis illius patebit.

Opricina.

Satellites selecti Moschouitis Principis.

Cæterum urbem ipsam Moskvam, cum vtraque arce Tartari Præcopençes, funditus exusserunt, Anno Domini 1571, mense Maio ipso die Ascensionis Dominicæ, vbi ingens & innumerabilis multitudo populi, in vrbe & arce flamma fumoque suffocati, & combusta est, paucis fuga elapsis, & vna duntaxat arx Kitaigorod vix defensa est, magnamque captiuitatem Tartari inde abduxerunt. Sed ad rem redeo.

Moschouitis à Tartariis exussa.

Omnes merces, quæcunque ab extraneis in Moschouiam afferuntur, continuò apud thælonci præfectos profiteri, ac indicari coguntur, quæ hora constituta conspiciuntur, & estimantur, æstimatas verò nemo nec emere, nec vendere auder, nisi prius fuerint Magnò Duci ostensæ. Quò fit vt mercatores interdum diutius quam conuenit, cū suo damno detineantur. Quando verò ex Lituania in Moschouiam legati, à Rege Poloniae proficiscuntur, tum omnes cuiuscunque nationis mercatores, in legatorum fide, & clientelam suscepti, in Moschouiam sine thæloncis ire possunt, & victum sufficientem, ex thesauro magni Moschouia Ducis habent. Hæ autem præcipuæ sunt merces, quæ ex Lituania, Russia, & Polonia, & à cæterarum Regionum, mercatoribus in Moschouiam importantur, Pannum omnis generis, atque coloris, Item Sericum, vestesque sericeas, & auro siue argento intertextas, lapides prætiosi, aurum filatum, gemmæ, & id genus alia metalla prætiosa. Insuper, Piper, Crocus, zingiber & cætera. Interdumq; viles quædam res suo tēpore illuc important, ex quibus aliquando lucrū afferunt. Sæpè etiam euenit vt rei alicuius desiderio, omnes Moschouitæ teneantur, qui mercatorum primus attulerit, plusiusto in ea lucratur. Dein cum plures mercatores earundem rerum, magnam copiam aduexerint, tanta nonnunq; vilitas earum consequitur, vt is qui res suas primo magno vendiderat, easdè rursus vilescente pretio redimat, magnoq; suo commodo in patriã reducat. Merces verò quæ indè asportantur

Mercatores, modusq; mercandi in Moschouia.

Merces quales in Moschouia importantur.

M O S C H O V I A E

sunt pelles variorum animalium diuersæ, cæra quoque & id genus mercimoniorum. In Tartariam autem sellæ equorum trena, vestes, corrigia, arma autem & ferrum non nisi furtim apportantur, cultellos tamen, secures, acus, specula, marsupia, & id genus alia ducere licitum est. Hæc autem gens Moschouitica, circa mercimonia, fallacissimè versatur, præcipue verò cum extraneis, nam dum aliquid vendunt, rem minoris constantem dimidio pretio (quod & Lituanis nunc peculiare est) in fraudem emptoris auctam æstimant, & quamprimum iurare incipiunt, aut obtestari, scias ilico dolum ibi latere, animo enim fallendi ac decipiendi iurant. Sed externi quoque in rerum permutatione, hoc maximè obseruant, vt dum Moschi pelles alioqui vili pretio constantes, plurimi æstimant, illi vixim illorum exemplo merces suas parui constantes, carius indicant, sicq; ars deluditur arte. Pellium magna est apud eos diuersitas, Zebellinorū enim nigredo, longitudo & densitas pilorum, maturitatem significat. Hæcque pretiū augent. In Vstingiensis, aut & Diuonensis, Petzoræque prouincijs, præstantiores reperiuntur. Madauricæ pelles, ex diuersis partibus afferuntur. Ex Suetiæ vero Regno optimæ aduehuntur, circa Moschouiam verò maior est eorum copia, Hermellinorum etiam pelliculæ, ex pluribus pariter locis inuersæ, in fasciculis afferuntur, habentq; signa quædam circa caput & caudā, ex quibus cognoscuntur, an congruo vel incongruo tēpore sint captæ. Castorū quoque, & Vulpiū nigrarū pelles, in magno pretio sunt.

Prouincia ipsa Moschouitica, nec lata nimis nec fertilis est, cuius fertilitati ager vbiq; arenosus plurimum obest. Accidit adhæc immoderata asperaque nimis, aëris intemperies, nam ob hyemis rigorem, lata, ad maturitatem peruenire non possunt, etenim tam intensa ibi nonnunquam sunt frigora, vt quemadmodum apud nos æstatis tempore, præ nimio solis ardore, sic ibi præ frigore asperrimo, terra in hiatus disrumpatur. Insuper etiam aqua in aërem effusa, sputumque ex ore projectum, anteq̃ terram attingat congelatur, rami etiam fructiferarum arborum rigore hyemis, aliquando prorsus pereunt. Homines quoq; gelu concreti, mortui sub dio, in vehiculis frequenter reperiuntur, quin & vrsi etiam syluestres, fame stimulatī, relictis syluis per vicinas villas passim discurrunt, & in domos colonorum irruunt, quorū impetum atq; vim cū rustica turba fugit, frigore aspero foris miserè perit. Atq; tanto nimio frigori, æstus quoq; torridus quādoq; respondet, vt aliquando stagna & flumina æstu, nimioque ardore solis, prorsus exsiccantur. Prata quoq; & cætera frumenta veluti flamma aliquando exuruntur. Hic autem nimius æstus solis, per septem dies tantum non plus durare solet. Hæc prouincia melle ferisq; caret, leporibus tantum exceptis, quibus supra modum abundat. Frumento oleribusque communibus affluit, cerasa in tota regione nunq̃ reperiuntur, aliarū arborū quamuis fructus habeant, verū insuaues. Huius Regionis cœlū adeò salubre est, vt ibi ultra Tanais fontes, præsertim Septentrionem, ac etiam Orientem, magna ex parte versus, nulla pestis vnq̃ sæuierit, habent tamen interdum, intestinorū, & capitis omniumq; membrorum morbum quendā, pesti haud dissimilem, quē nos febrim calidam siue acutā appellamus. Eorum verò idiomate hic morbus, Ognyoſa, quasi ignitus dicitur quod homines velut ignis calefaciat, vt quemadmodum vicina domo igne ardente, & alia domus sibi adhærens, eodem igne inflammatur, sic quoq; hoc morbo infecti velut peste, ceteros nisi caueantur inficiunt, hoc morbo qui corripuntur pauci sani euadūt. Hæc gens Moschouitica, cæteris omnibus Ruthenis, astutior, & fallacior est. Si autem cum externis aliquando commercia habent, tunc se non Moschouitas quò maiorem fidem obtineant, sed aduenas, id est, Nouogardenses, vel Pleskouiensis esse simulant.

Moneta in toto Moschorum Ducis imperio, est quadruplex, Moschouitica, Nouogardensis, Twerensis, & Pleskouiensis, Moschouiticus nummus nō rotundus est, sed oblongus & ouali quodam modo formæ similis, idiomate eorum Dzienga dicitur. Duplici autē modo cuduntur, primus in vna parte hominis nudi equo insidentis, & draconē hasta ferientis, imaginem abet, in altera verò parte nomē Magni Ducis exprimitur, Secundus ex vtraque parte literis, nomē Magni Ducis & titulum exprimentibus insignitur.

Moschouia  
ipsa steri-  
lis & frigida.

Moschouia  
pestilentiæ  
expers.

Moneta  
Moschouitica.

insignitur. Horum autem sexaginta, vnum Ducatum siue aureum Vngaricalem valet. Nouogrodensis nummus in vna parte principis, in folio sedentis imaginem, hominis- que ex aduerso, sese inclinantis habet, ex altera parte scriptura insignitur, vocaturque *Novogrodka*, & Moschouiticum nummum valore, in duplo superat. *Tuerensis* nummus vtrinque; scripturam habet, valore Moschouiticum refert. *Psikoviensis* in vna parte caput bouis coronatum, in altera verò scripturam habet. Est quoque in Moschouia cuprea, siue ærea moneta, quæ propter pauperes tantum cuditur, & *Pula* vulgo vocatur, horum 40. dengam Moschouiticam efficiunt. Omnis autem moneta Moschouitica, ex puro & bono argento cuditur, & omnes ferè aurifabri in Moschouia, *Novogradia*, *Tueria*, & *Psikouia* nummos cudunt, & quicumque affert massas argenteas, puras, nummos ab aurifabro transmutare volens, tum nummi & argentum appenduntur, atque æqua lance librantur, mercedem autem laboris exiguam aurifabri reportant. Porrò in omni Imperio Moschi, aurum & argentum nusquam reperitur, nisi adductitio, & importatorio, omnes earum Regionum incolæ, & ipse Princeps vtuntur. Qua de re *Mag: Dux*, aurum & argentum, graui sub pœna, ex suis Regionibus, efferre prohibet, atque ideo permutationem rerum facere, & alia ut pelles, quibus abundant, aut quid aliud eiusmodi pro alijs rebus dare iubet, quo argentum & aurum in suis Regionibus obtineat, atque ideo hunc Principem auri & argenti ditissimum esse dicunt. Vix autè centum anni elapsi sunt, cum Moschouitæ moneta argentea, præsertim apud illos cusa vtuntur. Primum etenim cum argentum, ab externis ad eos, importari cæptum est, tunc fundebantur portiunculæ oblongæ argenteæ sine imagine & scriptura, valoris vnus *Rubli*, *Rubli* autem *Dengas* Moschouiticas 100. totidemque; grossos *Polonicas* habet. Ante vsu verò monetæ *Aspreolorum* aliorumque animalium pellibus utebantur, iisque vitæ necessaria ceu pecunia comparabantur.

Moneta  
Novogro-  
denſium.

Moneta  
Tuerēſis.

Psikovienſis  
moneta.

Pula.

Argentū  
& auri  
Moschouia  
ſerilis.

Argentū  
Moschou  
dines.

Monetam quoque atream Moschorum Princeps non cudit, Sed Hungaricis aureis & Rhenanis aduecticijs abundat.

Moschouia quæ est caput, & metropolis, ceterarum Regionum, & Ciuitatum Moschouicæ Duci, subiectarum, loco principali descripta, reliquas Prouincias, & Ciuitates præcipuas, in Moschi Imperio sitas describere, contendemus, ordine primum Orientem versus, seruato, tandem ad Meridiem, & Occidentem, atque Septentrionem procedendo in Orientem equinoctialem deueniemus.

DUCATVS VOLODIMIRIAE.



Volodimiria Ciuitas magna, cum suo Ducatu, cuius titulū Princeps Moschouicæ sibi vendicat, primum occurrit, quæ castrum ligneum sibi coniu- ctum habet, distatque 36. miliar: *Polonicis* à Moschouia, Orientem ver- sus. Huius Prouinciæ ager adeò fertilis est, vt ex vno tritici modio, sæpe 20. modij interdum 25. proueniât. Hæc Volodimiria à tempore Volodimiri, Monarchæ totius *Russiæ*, qui eam condidit, & à nomine suo appellauit, totius *Russiæ* Metropolis erat, ad Ioannem vsq; *Danielis* filium, magnum Moschouicæ Ducem, qui inde sedem in Moschouiam transtulit.

DUCATVS. NOVOGRODIAE INFERIORIS.

Volodimiria in Orientem vltterius procedendo, *Novogrodia* inferioris Du- catus occurrit, qui Volodimiriæ fertilitate rerumque copia ex altera nascen- tium æquatur. In hoc Ducatu est ciuitas ampla & lignea, *Novogrodia* inferi- or dicta, à qua & Regio ipsa nomen accepit. Sita autem est ad *Wolgæ* & *Occæ* fluuiorum celeberrimorum cõfluxum, Castrum quoque huic ciuitati adhæret, quod *Basilius* Dux Moschouicæ ex lapide in scopulo construxit, distat verò *Novogrodia* infe- rior à Moschouia 100. miliaribus *Polonicis*.

*Terminus  
religionis  
Christia-  
nae.  
Cæremiffi  
Machome-  
rani.  
Morana  
Populi.*

Hæc autem Ciuitas terminum, religionis Christianæ facit. Nam licet Princeps Moschouia ultra Nouogrodiam hanc, castrum quod Sura à fluuio eiusdem nominis appellatur habeat, tamen intermixtæ sunt gentes quæ Cæremiffi appellantur. Hi autem non Christianum sed Machometi dogma amplectuntur. Sunt ibi quoque aliæ gentes, Mordua dictæ Cæremiffis intermixtæ. Huius Ducatus Nouogrodia inferioris Princeps Moschouia titulo utitur.

DUCATUS RHEZANENSIS.



Nouogrodia inferioris Ducatu, ad Occidentem non nihil reflectendo, Rhezam Prouincia inter Occam & Tanaim fluuios sita est. Hic Principatus, cæteris omnibus Moschouia Prouincijs, fertilior est in quo singula grana frumenti binas pluresue spicas proferre solent, quarum culmi tam dense accrescunt, vt nec equi facile transire, nec coturnices, inde euolare possint, melis, piscium, auium, ferarumque ibi magna copia, ac arborum fructus, longè Moschouia fructibus nobiliores. Gens audacissima bellicosissimaque.

*Occa fluui-  
us.  
Strup in-  
sula.  
Rhezan  
Ciuitas.*

Ciuitas lignea, in hac Prouincia eiusdem nominis, ad Ripam Occæ fluuij sita est, & non procul ab hac Ciuitate Occa, fluuius insulam facit, quæ Strup dicitur, magnus Ducatus olim circa hanc insulam erat, cuius Princeps nemini obtemperabat, sed nunc hic Ducatus, funditus extinctus est. Hic etiam Ducatus Rhezanensis titulum magni Moschouia Ducis auget.

*Corfira.*

CORSIRA in ripa Occæ fluminis, oppidum ligneum à Rhezan 28. miliarib: distans, habebat olim dominum sui iuris, sed nunc in ditionem magni Moschouia Ducis reductum est.

*Tulla arx  
& fluuius*

TULLA oppidum ligneum, 40. ferè miliaribus Polonicis à Rhezam distat, à Moschouia verò in meridiem 36. estque hoc vltimum oppidum ad Campestria deserta, in quo Basilius Ioannis, castrum ex lapide construxit, quod fluuius eiusdem nominis præterlabitur. Vppa verò alius fluuius ab ortu castrum alluit, Tulleque fluuio iunctus Occæ, supra Vorotin 20. ferè miliaribus commicetur. Hoc autem oppidum Tulla cum suo territorio ad Basilij vsque tempora, patris moderni Ducis Moschouia, Ioannis Basilidis proprium Principem hæreditarium habebat.

*Mfczenek  
olim arx.*

ODOIOW Castrum ad Tullæ, & Vppæ, fluuiorum ostia, vbi in Occam exonerantur situm est. Tandem à Castro predicto, non nihil in meridiem reflectendo Mfczenek locus palustrosus est, in quo olim arx eiusdem nominis (cuius etiam nunc ruinae apparent,) condita erat. Circa hanc arcem quidam homines in tuguriolis habitant, qui à Tartaris infestati in illam aream palustrosam quasi ad asylum confugere solent. Distat autem Mfczenek à Moschouia 60. mili: Polonicis à fontibus verò Occæ fluuij, ad partem sinistram reflectendo 18. mili. Hæcque oppida Occa fluuius præterlabitur, Vorotiniam, Collugam, Cerpachum, Corfiram, Columnam, Rhezaniam, Cazigorodiam, Muriamque. Et inde cursu ad Septentrionem non nihil reflexo infra Nouogrodiam inferiorem in Volgam exoneratur, Syluis vtrinque rippæ huius fluminis clauduntur, quæ aspreolis, Hermellis, Castoribusque, & melle plurimum abundat.

*Ciuitates  
ad Occam  
condita.*

Campi etiam omnes quos præterfluit irrigatione eius, fertilissimi sunt. Piscium copiam qui cæteris fluminibus Moschouia præferuntur habet, Oriuntur quoque ex huius Occæ fontibus alij duo fluuij, Sem videlicet & Sofna, Semque recta in meridiem, & non nihil tandem in Orientem cursum dirigens, Seuerensem Ducatum præterfluit, Oppidumque Potiuolo alluens in Disnam fluuium illabitur, iuxta Czernigow oppidum. Desna autem infra Kijouiam in Boristenem exoneratur. Porrò Sofna cursu in Orientem directo per Campestria Tartarorum in Tanaim fluuium defertur.

*Sem &  
Sofna flu-  
uij.*

COLVGA oppidum, & castrum ligneum, ad Occam fluuium 36. miliaribus Polonicis à Moschouia abest, ibi quottannis præsidia contra incurfiones Tartarorum statuere solet magnus Dux Moschouia.

Dvcatus Vorotinenſis, tribus à Colluga mil. cum ciuitate & caſtro eiufdem nomi-  
nis ad Occam fluuium ſito, diſtat.

DE TAN AIS FLV V I I FONTIBVS.

**T**Anais fluuij fontes, (qui Europam ab Aſia diſterminat,) quidam ſub Ripheis  
montibus falſa opinione ducti ponebant. Hic autem in Rhezania Ruſſiæ re-  
gione magno Moſchouiæ Duci ſubiecta, oritur: ex lacu quodam *Iwanowo* Ie-  
zioro gentili lingua dicto, qui in latitudinem ad 500. Verſt ſecundum diſtan-  
tias Moſchouiticas quæ 100. miliaria Polonica efficiunt, extenditur. Ex hoc autem la-  
cu alius fluuius magnus, minor tamen Tanai emergit, Schad dictus, qui in Occidentẽ  
curſu directo, Huppaque fluuiio hauſto, Occam influit. Tanais autem quam Moſchi  
Don appellant, ex eodem lacu ortus, recta in Orientem fluit, atque inter Caſan & Af-  
trahan Tartarorum Regna (quæ Moſchorum Dux) Anno Domini 1554. ſuæ ditioni  
ſubegit, ſex vel ſeptem miliaribus à Volga fluuiio, curſu non nihil Septentrionem ver-  
ſus incuruato labitur, demũ in Meridiem curſu ſinuoſo reflectens, in paludes Meoti-  
dis exoneratur, ad cuius oſtia Azoph ciuitas Turcis tributaria ſita eſt. Azoph autem  
quinque dierum nauigatione ab Iſthmo Tauricæ, quæ nunc Præcop vocatur, diſtat. In  
ea multarum ex diuerſis partibus orbis gentium, celeberrimum eſt Emporium. In his  
autem partibus præcipuè circa paludes Meotidis, non miliaria ſed dierum itinera ob-  
ſeruantur.

Fontes Ta-  
nais Moſ-  
chouiæ  
Don.

Schadſta-  
nis.

Tanai e-  
ſtis.

Azoph ci-  
uitas.

Eſt etiam alter Tanais minor qui in Seuerienſi Ducatu fontes ſuos abet, (vnde Du-  
necz Seuerſki vocatur) & ſupra Azoph, in Tanaim magnum, exoneratur. Circa oſtia  
autem huius minoris Tanais, quatuor dietis ab Azoph ciuitate, in montibus quos ſan-  
ctos appellant, dicunt ſtatuas imagineſque quaſdam antiquitatis ſigna, extare.

Tanaim  
nor.

Columnas etiam Alexandri Magni Macædonum Regis, in his partibus quidam po-  
ſuere. At nunc nullum veſtigium earum aparere, illi qui ea loca ſæpius peragrarunt  
perhibent, atque ideò nihil certi de ruinis & ſitu earum aſſequi datur.

Alexandri  
magni co-  
lumna.

Hæc igitur de Tanais fluuiio breuiter dicta ſufficiant: Nunc rurfus ad deſcribendas  
cæteras Moſchorum Ducis prouincias, pergam, atque à Moſchouia meridiem ver-  
ſus, dextroſum procedendo, Seuerienſem Ducatum attingam.

DE MAGNO SEVERIENSI DVCATV.

**S**euerienſis Ducatus eſt ingens, & rebus omnibus affluens, cuius latitudo à Borif-  
tene vſq; ad Mſcenek caſtrum dirutum, ſupradictum extenditur, vaſtoque & de-  
ſertos paſſim campos poſſidet. Primo Duces Seuerienſes ſui iuris erant, ſed poſt-  
ea magnis Lituaniæ Ducibus permultos annos parebant. Tandem quoque (cum  
magnus Ducatus Iagielone baptifato ad Polonos peruenit) Regibus Poloniae tributa  
perſoluebant. Deinde à Caſimiro Rege Poloniae magnoque Duce Lituaniæ, Iagielo-  
nis filio, ad Ioannem, magnum Moſchouiæ Ducem, deſecerunt. Sedes autem huius  
Principatus in Nowogrodek ſita erat. Sed tandem hi Principes (prou alijs multis Moſ-  
chouiæ Duci ſubiectis contigit) perfidiæ innocenter accuſati, à Baſilio patre moderni  
Principis Ioannis Baſiliadis, Principatu exuti ſunt. Hi autem Seuerienſes principes,  
genus ſuum à Demetrio magno Duce Moſchouiæ, duxerunt.

Arces & Ciuitates in hoc Ducatu complures ſunt, inter quas Nouogrod, Siciuer-  
ſki dictus, Starodub, Potiuolu, Czernigow, et Branſko, celeberriores. Syluæ Hermelis,  
Aſpreolis, melleq; plurimum redundant, agros quoq; hæc Regio fertiliffimos habet.

M O S C H O V I A E

NOVOGROD Siemierski dictus, ciuitas & arx lignea, in qua olim sedes Ducum Seueriensium erat, distat à Potiuolu & Starodub ciuitatibus ab vna 18. ab altera 14. miliaribus, ad hanc ciuitatem, à Moschouia dextrorsum meridiem versus per colugam, Vorotiniam, Serensko, & Bransko 150. miliaribus peruenitur.

CZERNIGOW, arx & oppidum 30. miliaribus à Kiouia distat.

POTIUVOLVM, Arx & ciuitas lignea à Moschouia 140. miliari: Polon: à Kiouia verò 60. distat. Hæc vltra Syluam magnam, quæ 24. miliaribus in latitudinem protenditur, sita est. Huius Ducatus titulo Mag: Dux Moscho: vtitur, & Seueriensem se Imperatorè appellat.

DVCATVS SMOLENSCENSIS.



Molensko ciuitas ingens, & insignis, ad Boristenem fluuium sita, arcem ex roboribus ædificatam in vltiori fluminis ripa habet, in qua plurima ædificia lignea in formam ciuitatis extructa sunt. Hanc ex vna parte Boristenes fluuius alluit, ex altera verò fossis profundis, stipitibusque acutis munitur, in medio autem arcis templum diuæ virginis, in scopulo conditum est. Hæc ciuitatem & arcem Basilus magnus Moschouia: Dux, sæpius & grauissimè oppugnebat, nunquam tamen vi eam capere potuit, donec Michael Gliniski ex Principū Russiæ nobili stemmate & familia ortus, qui quondam summum rerum, apud Alexandrum Regem Polonia: in magno Ducatu tenebat, ad prædictum Basilium (sediti- one in Lituania excitata, regnante Sigismundo Rege Polonia:) profugit, & arcem Smolensko denuo cum ingentibus Moschorum copijs, acerrimè obsedit, quam tormentis bellicis obstinatè, sed frustra oppugnabat, & cum eam vi capere non posset, præfectis militum largitionibus corruptis, per deditiōem arce cum ciuitate potitus est, atque ab hoc tempore in potestare Magni Ducis Moschouia: perseuerat.

Ciuitas ipsa in vallo sita est. collibus vndique & syluis vastissimis, quibus pellium diuerfarum multitudo prouenit, cingitur: distat autem Smolensko à Moschouia 80. miliaribus Polonicis.

DROHOBVS, à Moschouia 72. mil: à Smolensko 18. distat, ad Boristenem cū oppido eiusdem nominis sita est.

HVGRA, fluuius profundus & lutosus, non longè à Drohobus in sylua quadam oritur, & inter Collugam, & Vorotiniam Occam influit.

Hic autem Fluuius Moschorum, & Lituānorum dominium, quondam dislimitabat.

WYEZMA, castrum & oppidum ligneum, ad fluuium eiusdem nominis extructum est, qui haud procul inde in Boristenem ingreditur. Distat quæ à Moschouia 46. miliari: à Mosayko 26. à Drohobus 18. Sed quia hic frequenter Boristenes fluuij præclari, mentio intercidit, pauca de fontibus eius subiciam.

BORISTENES, Fluuius iuxta pagum quendam, Dnepersko dictum fontes suos habet, vnde ab incolis Moschouitis, & cæteris Rutenis Dnepr siue Dneper appellatur. Sic autem cursum suum Boristenes dirigit. Primum Wicznam Meridiem versus alluit, indeque cursu in Orientem verso, Drohobus, Smolensko, Orsa Dubrowna, & Mohilow preterlabitur. Inde tandem in meridiem tendens, Kiouiam Russiæ olim metropolim, Circassos, & tandem per Campestria deserta fluens Oczakow, castrum & ciuitatem Tartarorum Præcopensium, 40. miliaribus à Circas, attingit, indeque in pontum Euxinum exoneratur, cuius tam vasta ostia sunt, vt procul spectatibus maris formam præferant. An autem Dnepr fluuius prædictus, à Latinis congruo nomine Boristenes, appellatur, absurdum mihi videtur: nam hic à fontibus suis Dnepersko dictis, Dnepr vulgo à Moschis, Ruthenis, Lituānis, Polonis & cæteris omnibus Sauro- matibus vocatur. Vocabulum quoque Dnepr, à Boristene multum discrepat, sed mihi videtur Berezinam fluuium ( qui Borisow atcem & alias plures alluens in fluuium supra

Boristenes  
fluuius

Michael  
Gliniski pro  
fugit occiso  
Gidelicee  
Zabrzezin  
scio propè  
Grodnam,  
Palatino  
Trozensi.  
Smolenska  
productione  
capta.

Antiquus  
limes Litu-  
anorum.

Boristenes  
fluuius Ru-  
thenis  
Dnepr.

Berezinæ  
fluuius.

supra

supra dictum Dnepr exoneratur,) Boristenem antiquitus appellatum esse. Nam id vocabuli sonus, & ipsa congruentia vocis indicat.

MOZAYSKO, Castrum & oppidum ligneum, à Moschouia 18. milia. meridiem versus distat, à Wiezma 26. ibi Princeps nonnunquam Oratoras diuerforum Principum excipere solet, venationemq; ibidem quottannis exercet. Nam ibi supra modum Leporum præcipuè alborum, magna copia est. Olgerdus ille, & Vitoldus magni Duces Lituaniæ, (quibus non extitit ex Lituaniæ Ducibus bellicosior alter,) fines Lituaniæ 6. miliaribus vltra Mozaylko posuerant.

Vetus  
mos Litua  
nia.

BIELSKIA DVCATVS.

**B**ielskia Principatus Russiæ, quondam sui iuris Principem habebat, qui magnis Ducibus Lituaniæ Iagielonis filijs, (à quibus Basilus Princeps Bielskiæ, ad Basilium Ducem Moschouia defecit, Ducatumque totum illi subdidit,) tributarius erat. In hoc Principatu, Biela ciuitas cum castro ad fluuium Obscha in vastis Syluis sita est, itaque à Moschouia 60. mil. Polonicis, à Smolenko verò 36. Hunc Ducatum Moschouia Dux titulo suo adscribit, & se Ducem Bayelski appellat.

RSCHOVIAE DVCATVS.

**R**schouia in territorio Rschouienfi ciuitas & arx lignea eiusdem nominis Rshoua appellata, ad Volgæ ripam sita est. Distat autem à Moschouia Occidentem versus 23. mil. vltra hanc ciuitatem aliquot milia. Occidentem versus procedendo, est Sylua Wolkowski lefs dicta, in qua est palus Wronow appellata, ex hac palude fluuius quidam emergit, qui 2. mil. Polonicis emensis, in lacum quendam Volgo dictum influit, vnde rursus aquarum multitudine adactus egreditur, Volgaque à lacu ex quo oritur, vocatur. Hic fluuius multis fluminibus in se receptis totam Moschorum Principis ditionem. Item Cazanense & Astrachanense Regnum, nonnullaque Tartarorum deserta Campestria perfluit, & tandè 70. ostijs in mare Caspium (Ruthenis Chwalinskoie mare dictum exoneratur. Hunc fluuium Moschouia Wolgam, à Volgo lacu, ex quo emergit, appellant. Tartaris verò Edel, Ptolomæo & Græcis Rha dicitur. Hic Ducatus Rschouia, in quo prædictus fluuius, fontes suos habet, latissimè extenditur, ab hocq; Dux Moschouia titulum sibi vsurpat, & Ducem Rschouia se appellat.

Volga flum  
inis cele  
bris.

WOLOCZK, ciuitas & arx lignea, occidentem equinoctialem versus 24. mil. à Moschouia distat, à Mozaysko 12. à Tveria 20. Leporibus albis hæc prouincia abudat, ibique magnus Dux sæpe venationum exercere solet.

WYELIKYELVKI, arx & ciuitas magna lignea à Moschouia 140. miliaribus, à Nouogrodia magna 60. à Polosczo 36. distat, eam Louat fluuius præterfluit, iadeque Septentrionem versus fluens, in Ilmen lacum iuxta Nouogrodiam magnam ingreditur.

TOROPYECZ, arx & ciuitas, à Wyelikie luki decem & octo miliaribus distat, ad confinia Lituaniæ Ducatum Smolensciensem attingens sita.

Hæ autem arx Toropyecz cum cæteris sibi adiacentibus, videlicet Drohobus. Biela, & Brensko, cum bona Seueriensis Ducatus parte, vno tempore per deditionem in magni Ducis Moschouia potestatem Ioannis Basilij deuenerunt, sub Alexandro Rege Poloniæ magnoque Duce Lituaniæ, prout latius in descriptione Regni Polonici dictum est.

Seueria à  
Lituanis  
defecit.

MOSCHOVIAE  
DVCATVS TWERENSIS.



Werenfis Ducatus, cuius titulum magnus Dux Moschouia sibi vsurpat, amplissima olim ditio erat, vna ex magnis Russia Principatibus, ad Volgā fluuium sita, 36. mil. distat à Moschouia. In ea est ciuitas Occidentem æstiualem versus Twer dicta, quā, Volga fluuius interlabitur. In altera autem

*Twerensis  
moneta.*

Volgæ ripa castrum ligncum sibi coniunctum habet, ex cuius opposito Twerca fluuius Volgam influit. Hæc ciuitas monetam argenteam propriam habet, quæ valore Moschouitica æquatur.

*Twerensis  
Ducatus.*

TERSACK oppidum 10. mil. Polonicis à Tweria abest. Huius olim pars dimidia Nouogrodensi, altera Twerensi Ducatui subiacebat. Porrò hic Ducatus Twerensis à Ioanne Basilij, Moschouia Principe, auo moderni Ducis occupatus est.

DVCATVS PSKOVIE NSIS.

*Pskouia  
capta.*



Skouia Principatus, olim amplissima sui iuris ditio erat. Sed à Ioanne Basilij, anno Domini 1509. occupatus est. In eo est ciuitas celebris totius regionis metropolis, Pskouia, gentiliter Pskow dicta, ad lacum Pskowa dictum sita, ex quo eiusdem nominis fluuius emergit, ac mediam ciuitatem interfluit, indeque sex miliaribus emēsis in lacum Czuczko, vel Czudzint dictum ingreditur. Sola autem Pskouia in toto Moschi imperio muro cincta est, quæ in quatuor partes diuiditur, & earum singulae suis mænibus clauduntur: Distatq; hæc ciuitas Occidentem versus à Nouogrodia magna 36. mil. à Wyelike Luki, & à Regia Liuonia metropoli 60. Facilis ex Pskouia in mare Balticum esset nauigatio, sed scopuli quidam non longè ab Iwanow Gorod, & Nerua castris, in finibus Liuonia impedimento sunt, vbi 2. mil. emensis Nerua fluuius pluribus fluuijs haustis in mare exoneratur. Hanc ciuitatem, anno supra dicto Moschouia Dux prodicione sacerdotum occupauit, ciuibusq; in Moschouiam abductis, & in eorum locū Moschouitis substitutis libertatem Pskouiensium, quam strenuè multis annis propugnabant, prorsus diminuit, eiusque titulum sibi vsurpat.

*Pskouia  
prodicione  
sacerdotum  
capta.*

DVCATVS NOVOGRODIAE MAGNAE.

*Rurik No-  
uogrodia  
Princeps.*



Ouogrodia magnæ Principatus amplissimus olim, ex totius Russia Ducatibus erat. Cuius imperium Rurik Varegus sorte sibi oblatum, imprimis administrabat, & tandem post eum successores eius latissimè ad Græciam vsque imperium suum extendebant. Et tunc temporis amplissimam ditionem in quinque partes distributam habebat. Imperiumq; suum Orientem, Meridiem, & Septentrionem versus, magna ex parte extendens, Lituaniam, Philandiam, Suetiam, & Nordwegiam ipsam attingebat.

*Volcho  
fluuius.*

Est autem in hoc Principatu ciuitas ingens & ampla, Nouogrodia magna appellata gentiliter Nouogrod wielki dicitur. Eam Wolchow fluuius nauigabilis interfluit, qui ex Ilmen lacu duobus versis supra ciuitatem emergens in alium locum, (Nouogrodia magna interlapta,) Ladoga dictum, exoneratur: triginta sex Polonicis miliaribus emensis.

*Ilmen lacus.*

Porrò Ilmen lacus supra Nouogrodiam duobus versis situs, in longitudinem decem & octo miliaribus Polonicis, in latitudinem verò duodecim patet, duosque præter alios celebriores fluuios excipit, Lotpat, & Scholona dictos, vnū verò emittit Volcho dictum, qui Nouogrodiam interfluit. Distat autem Nouogrodia Occidentem æstiualem versus, à Moschouia cētum viginti miliaribus, à Pskouia triginta sex, ab Iwanow Gorod, & Vielike Luki, quadraginta. In hac ciuitate erat olim quoddam Idolum Perun appellatum, hoc in loco, quo nunc est Monasterium, Perunski monaster,

*Perun ido-  
lum.*

ab idolo

ab idolo eodem dictum. Hoc Idolum à Nouogrodensibus præcipuè cultu latriæ adorabatur: habebat autem formam hominis lapidem ignitum, manu tenentis, similem fulmini. Nam Perun Ruthenis, & Polonis fulmen significat. In huius laudem & honorem ignis ex quærcubus, qui perpetuò die nocteq; arderet, cõstruebatur. Quod si negligentia ministrorum, ad hoc officium obeundum designatorum, ignem extinguere cõtingeret, tunc capitis pœna plectebantur.

*Ignis perpetuus sacrosanctus.*

Currente anno Domini 1470. cum Theophilus Archiepiscopus Nouogrodia, sua autoritate totam ditionem Nouogrodensem gubernaret, Regi Poloniae Casimiro, tunc temporis magno Duci Lituaniae persoluens, Ioannes Basilij Moschorum Dux Nouogrodensem principatum, graui acerrimoque bello per septem perpetuos annos præstitit, ipsamque ciuitatem Nouogrodiam sæpius obstinatè oppugnabat, Tandem anno Domini 1477. ad fluuium Scholona dictum Nouogrodenses bello superauit, eosque ad deditiõnem ciuitatis & totius Regionis compulit, & locum tenentem suum illis constituit. Cum autem nondum absolutum se imperium in Nouogardenses habere intellexisset, auxilio prædicti Theophili Archiepiscopi, in Nouogardiam armata manu venit, sub prætextu religionis conseruandæ, quasi ciues quosdam à Rutenico ritu, ad Romanam Ecclesiam deficere volentes, cohibere proposuisset, hacque simulatione Nouogrodiam ingressus, incolas ad miserissimam seruitutem redegit, ciues, mercatoresque omnes, bonis omnibus, (parte vnicuique quarta relicta,) spoliavit, ipsumque Archiepiscopum prouentibus omni que auro & argento priuauit, & alium Episcopum, (parua duntaxat reddituum portione illi concessa,) in locum eius constituit.

*Nouogrodenses superari bello, in quoq; Ioannis Basilij subacti.*

RUSSIA, oppidulum vetustissimum olim antiqua Russia dictum, à Nouogrodia 12. mil. distat, quod fluuius falsus præterfluit, quem incolæ fossa ampla in modum lacus coërcent, indeque aquam per cannales vnusquisque ad suas ædes deducunt, & ex ea sal coquant.

*Sal coctum.*

IVANOW Gorod arx, quam Ioannes Basiliades Moschouia Dux, à quo & nomen accepit ad ripam Nerua fluuij ex lapidibus sectis extruxit, distat à Nouogardia magna 40. mil. à Pskouia totidem. Iuxta hanc arcem est ciuitas lignea Nerua, à fluuio appellata vbi Nouogrodenses, & Pskouientes merces suas deponere solent. Est ibi quoque ex aduerso in altera ripa Liuonensium castrum & ciuitas, quod etiam ab eodem fluuio Nerua appellatur, atque hæc duo castra Nerua fluuius interfluens, Moschouia olim imperium à Liuonensi dislimitabat: Sed nunc Ioannes Basiliades modernus Princeps Moschouia, Nerua arce Liuonensium cum cæteris potitus, vltèrius fines suos promouit. Nerua autem fluuius ex lacu Czudzko dicto oritur, duobusque in se receptis fluuijs, Pskowa, & Vielika Reka dictis, ex Meridie venientibus, Ivanow Gorod, & Neruam ciuitatem interfluit, indeque in mare Liuonicum exoneratur. Hoc fluuio ex Moschouia merces in mare deportantur, præcipuè ex Pskouia & Nouogrodia magnæ regionibus.

*Limes Liuanice Moschouici Imperii.*

*Nerua fluuius interfluens Moschouia.*

IAMMA Castrum, 12. mil. ab Ivanow Gorod, & Nerua situm est, ad Plussa fluuij ostia Septentrionem versus. Deinde spacio 4. milia. à Iamma, castrum & ciuitas Coporogia dicta, ad fluuium eiusdem nominis occurrit. Hinc Septentrionem versus, 25. mili. per Oressck, & Correllam ciuitates, ad fluuium Polna peruenitur, qui imperium Moschorum à Philandia Suetia Regi subiecta dislimitat.

VODZKA REGIO.



Hæc regio à Nouogrodia magna, triginta miliaribus distans, inter Occidentem & Septentrionem sita est, cuius incolæ proprium idioma habent, aliquantulum à Rutenico differens, in eam animalia cuiuscunque generis si aliunde inducta fuerint, colorem suum in albedinem mutare perhibentur.

*Animalia colorem mutant.*

MOSCHOVIAE  
CORRELLA PROVINCIA.

**H**Aec Prouincia suum proprium idioma habet, à Nouogrodia Septètrionem versus, sexaginta miliaribus Polonicis distat, cuius incolæ Moschorum Duci & Suetensium Regi propter vtriusque vicinitatem tributa pendunt. Huius prouinciæ fines ad mare vsque glaciale protenduntur.

**SOLOWKI** Insula Septentrionem versus, inter Dwinam & Correllam prouincias, octo mil. Polonicis à terra in mari sita est, Moschouia Duci subiecta. Estque ibi monasterium Ruthenicum in signè in quod mulieribus ingressus graui sub pœna prohibetur. Distat autem hæc Insula à Moschouia trecentis mil. à Bielleiezioro 200. mil. Polonicis. Sal ibi copiosius decoquitur. Solem illic in æstiuale Solstitio perpetuò, duabus tantum horis exceptis, splendere affirmant.

DWINA PROVINCIA.

**H**Aec prouincia in ipso Septentrione sita est, Nouogardensiumq; olim ditioris erat, & à fluuio præterlabente Dwinam dicto nomen sortita est. Fluuus autem ipse ab Iug, & Suchana fluuiorum duorum confluxu Dwinæ nomen accepit. Dwinam enim Ruthenis binos significat. Hic fluuius postquam Iug, & Suchana confluerunt, Dwinæ nomine assumpto, emensis centum miliaribus, Oceanum Septentrionalem, qui Suetiam & Nordwegiam alluit, sex ostijs ingreditur. Numerantur autem à Moschouia ciuitate, trecenta miliaria Polonica ad ostia eius. Hæc prouincia quamuis centum miliaribus pateat, præter Colmogoram tamen Castrum, & Dwinam ciuitatem, quæ in medio regionis sita est, castrumq; Pinega in ipsis Dwinæ ostijs conditum, oppidis & castris profus vacua est. Pagis tamen cõpluribus abundat, qui propter terræ sterilitatem magno tractu, longè lateque ab inuicem distant. Incolæ verò ex piscibus ferisq; omnis generis victum, ex pellibus verò amictum acquirunt, panis enim vsus profus ignorât. In maritimis huius regionis locis, vrsi albi maiori ex parte, in mari degentes reperiuntur, quorum pelles cum cæteris varij generis, animalium pellibus, incolæ, magno Duci pro tributo dant, atq; ita in Moschouia sæpius deferuntur. Regio ipsa tota falsifera est, ex qua cæterarum regionum circumadiacentium incolæ, sal habere solent.

VSTIUGA REGIO.

**A**Dwinam ex Septentrione in Meridiem procedendo Vstiug ciuitas & arx, à qua & regio nomen accepit, occurrit, ad fluuium Suchana condita. Distatque à Wolochda ciuitate centum mil. à Bieleiezioro centum quadraginta. Dicitur autem Vstiug, ab Vstia quod ostium Latinis sonat, & Iug fluuio ex Meridie in Septentrionem currente, ad cuius ostia primo sita erat, sed postea propter loci oportunitatem, ad dimidium miliare supra ostia eius, vbi in Suchanam ingreditur, translata est, & antiquo nomine Vstiug hucusque appellatur. Hæc regio olim Nouogardensibus tributaria erat, in qua nullus propè modum panis vsus habetur. Quapropter incolæ ex piscibus & feris victum quærunt. Idioma proprium quamuis Ruthenico magis vtantur, habent. Sal ex Dwinam regione supradicta eis aduehitur. Omnis generis ferarum pellibus abundant, præcipuè Vulpinis nigris, quæ interdum Zebellinis æquiparantur. Zebellinorum pelles illic nec multæ, nec admodum bonæ reperiuntur.

VOLOCHDA PROVINCIA.

**H**Aec prouincia inter Orientem & Septentrionem sita est, habetq; ciuitatem eiusdem nominis & arcem, natura loci munitissimã, in qua magnus Dux Moschouia thesauri

thesauri sui partem tempore necessitatis condere solet. Abest autem à Iaroslau 50. miliaribus Polonicis, à Bieleieziro 40. eam fluuius Wolochda in Septentrionem ex Occidente fluens, præterlabitur, à quo ciuitas ipsa & prouincia denominata est. In hac regione viatores certam itineris rationem, propter crebras paludes & fluuiorum anfractus obseruare non possunt, tota enim palustrosa & syluestris est, & quo ulterius progreditur, eò plures & inuiæ paludes, fluuijque occurrunt, quondam sub Nouogardiæ magnæ, ditione erat.

*Wolochda  
fluuius &  
ciuitas.*

Waga fluuius, piscibus omnis generis abundans, inter Bieleieziro & Wolochdam in paludibus, densissimisque syluis oritur, ac in Dwinam fluuium illabitur. Accolæ autem huius fluuij panis vsus pœnitentia ignorant, ferisque venatione partim victitant, pellibus vulpinis nigris & coloris cinerici abundant.

BIELEIEZIRO DVCATVS.

**B**ieleieziro, quasi dicas albus lacus, est regio ampla, vna ex Ducatibus Russiæ, in Septentrione sita iuxta lacum ingentem, à quo nomen ipsa regio & arx, ciuitasque traxit. Huius Ducatus titulo magnus Dux Moschouiæ utitur. Hic autem lacus 13. mil. Polonicis in longitudinem, totidemque in latitudinem stagnat, & triginta sex fluuios excipit, vnum verò duntaxat Sofna emittit, qui 15. mil. supra Iaroslau, & 4. mil. infra Mologam ciuitates eminentes, fluuius Wolgæ celebri commiscetur. In hoc lacu est arx natura loci munitissima, inexpugnabilisque, in qua princeps Moschouiæ thesaurum suum recondere solet, illicque tempore necessitatis hostibus urgentibus, velut ad asyllum quoddam confugit. Abest autem Bieleieziro à Moschouia centum mil. à Nouogardia magna totidem. Regio penè tota palustrosa syluosaque est, ideò viatoribus difficilem transitum præbet, & haud commodè ad eam, nisi stratis pontibus, concretisque glacie aquis peruenitur. Huius loci incolæ proprio Idiomate vtuntur, sed nunc ferè omnes Ruthenice loquuntur. A lacu Bieleieziro ad sagittæ iactum est, alius lacus sulphur copiosè proferens, quod fluuius quidam ex eo emergens, ceu spumas supranatantes secum deffert. In hoc Ducatu, Sinaus Varegus forte sibi è Ruthenis concessio, primus confederat, cuius etiam fratres vnus in Pskouia Truuor nomine, alter in Nouogardia magna Ruriczck dictus, (de quibus supra,) imperabant.

*Thesaurus  
Moschouia  
albo lacu  
recondit.*

*Sulphureus  
lacus.*

*Tres Duces  
Russiæ  
antiqui.*

IAROSLAVIAE DVCATVS.

**I**aroslau ciuitas & arx lignea ampla, ad Volgam fluuium sita, 46. miliar. à Moschouia distat. Regio ei adiacēs fertilissima est, præsertim ea parte qua ad Volgam vergit. Hæc olim secundo genitis magnorum Ducum Moschouiæ attributa erat, quos Ioannes Basiliades Moschouiæ monarcha, principatu expulsos in seruitutem redegit, ex quorum progenie adhuc supersunt, qui Knesi, (id est Duces) Iaroslau sci dicuntur, sed paruam in regione reddituum partem retinent. Ipse enim Dux Moschouiæ & titulum & Ducatum sibi vendicat.

ROSTHOVIAE DVCATVS.

**H**ic Ducatus inter præcipuos & antiquiores Russiæ principatus, post Nouogardiam magnam olim habebatur, & secundo genitis magnorum Ducum Russiæ, attributus erat, quorum posterius per Ioannem Basilij, autem moderni Ducis Ioannis Basiliadis eo exuti sunt. In hoc Ducatu est ciuitas & arx lignea Rostom dicta, regionis caput, in qua Archiepiscopus sedem suam habet, à Moschouia 34. mil. distat. Sita autem est, ad lacum quendam, ex quo Cotorea fluuius emergit, &

*Rostom  
ciuitas.*

## MOSCHOVIAE

Iaroslauia ciuitate præterlapſa in Volgam illabitur. Huius Ducatus titulo Moſchouia Dux vtitur, nouiſſimumq; huius regionis hæredem, ex progeniæ Ducum Ruſſiæ, anno Domini 1565. Ioannes Baſiliades Moſchouia Dux, tyrannicè trucidauit, progeniẽ que eius funditus deleuit.

VGLITZ ciuitas cum caſtro, ad Volgam fluuium condita, diſtat à Moſchouia 24. mil. à Iaroslauia triginta.

*Nundina  
celeberrima.*

CHLOPIGROD ciuitas 2. milia. diſtat ab Vglitz, in ea celeberrimè frequenter fiunt nundinae, ad quas Suetẽſes, Liuoniẽſes, Rutheni, Lituani, Tartari, & aliaẽ quamplurimæ gentes confluunt, omnes verò tantum permutatione rerum vtuntur.

PEREASLAW, ciuitas & caſtrum, ad lacum quendam à Septentrione in Orientem reflectendo ſita eſt, à Moſchouia 24. à Roſtow 10. mil. diſtat. Iuxta hanc eſt lacus quidã, ex quo ſal copioſè decoquitur.

## SVSDALIENSIS DVCATVS.

**D**ucatus Suſdali, cum eiufdem nominis caſtro & ciuitate, in qua ſedes Episcopalis eſt, Roſtouiæ, & Volodimiria adiacet, inter præcipuos olim Ruſſiæ Principatus numerabatur, ac reliquarum Ruſſiæ partium metropolis erat. Hunc Ducatum ſecundo geniti Ducum Moſchouia iure hæreditario poſſidebant, quorum tandem poſteri per Ioannem Baſilij, auum moderni Ducis Moſchouia, eo expulſi & ſpoliati ſunt.

CASTROMOGOROD, ciuitas cum caſtro, in confluxu Cottromæ & Volgæ fluuio- rum ſita eſt, 20. mil. à Iaroslauia Orientem æſtiualem verſus diſtat.

GALICZ Prouincia cum ciuitate & caſtro eiufdẽ nominis ex Moſchouia in Orientem, per Caſtromogorod euntibus occurrit. In ea propter crebras paludes fluuios, & ſyluas denſiſſimas ratio vera itinerum obſeruari non poteſt.

## VIATHKA REGIO.

**H**æc regio ab eiufdem nominis fluuio denominata eſt, in cuius littore hæc ciuitates ſitaẽ ſunt. Chilinoua, Orlo, Cotelnicz, & Sloboda. Orlo 4. milia. infra Chilinouam ſita eſt. Deinde 6. mil. Occidentem verſus procedendo. Sloboda & Cotelnicz ciuitates, ad Rhecicza fluuium ſita, qui ex Oriente fluens in Viatkam influit, occurrunt. Hæc regio in Orientem æſtiualem porrecta, 150. mil. à Moſchouia diſtat. Tota ferè paluſtris & ſterilis eſt, melle, feris, piſcibus, aſpreoliſque abundans, in ea Ceremiſſæ populi paſſim vagantes latrocinantur. Hæc olim ſub Tartarorũ imperio erat, ſed monarcha Moſchouia Baſilius, Tartaris expulſis eam ſibi ſubiugauit, tituloq; eius (Ducem ſe Viathkia appellans) vtitur. Attamẽ Tartari vltra, citraq; Viatkam fluuium, adhuc in campeſtribus habitant, maximè verò in Oſtjjs Viathke, vbi in Camam fluuium ingentem exoneratur.

*Viathka  
fluuius.*

## PERMIA REGIO.

**P**ermia magna & ampla regio, à Moſchouia 250. mil. diſtat. In ea eſt ciuitas eiufdem nominis ad Viſchoram fluuium ſita, qui 10. mil. inde emenſis in Camam fluuium exoneratur. Incolæ huius regionis pane rariffimè vtuntur, & ceruina plerunq; e carne, aliarumq; ferarum victitant. Idioma proprium, literas quoque à Rutenicis differentes habent, quas Stephanus Episcopus, (qui eos ad fidem Chriſti rebelles conuertit,) adinuenit, qui poſtea apud Ruthenos cathalogo Sanctorum adſcriptus eſt. Quendam verò Episcopum, Stephani huius antecellorem, Permiani, cum eos ad fidem Chriſti conuertere nitebatur, excoriarunt. Superſunt adhuc plurimi exijs Idolatræ, paſſim in ſyluis degentes. Hyeme per  
niues

*Litera Per  
mianum.*

DESCRIP TIO.

niues traheis itinera faciunt, quas vel canes vel cerui albi (quos in hunc usum pro iumentis habent) trahere solent. Pedites autem in Nartis (quemadmodum in plurimis Russiæ locis mos est) celeriter per niuem iter conficiunt. Hæ autem Nartæ sunt lignæ quædam, & oblongæ solæ duorum triumue cubituum longitudine, quibus inpedes inductis baculo oblongo cum cuspidè suffulti, celerrimè feruntur, ad eò ut nullo modo equi quamuis agilissimi cursu insequi possint, nam equo currenti asperitas niuis, montes, cæteraq; viæ obstacula, impedimento sunt, in Nartarum autem instrumentis currentes, colles, truncos, foueasq;, facillimè transiliunt, hocq; modo feras omnis generis apprehendere & capere tellis transfigendo solent. Huic Regioni Tumen regnum cuius Princeps Tartarus, conterminum est.

Narta

Mirabilis  
cursus in  
Nartis.

Tumen  
regnum.

SIBIOR PROVINCIA.

**H**æc Prouincia ad Camam fluuium inter Permiam & Viatkam Regiones sita est, quæ castris & ciuitatibus vacua prorsus est. In ea Iaijezk fluuius ingens oritur, qui Tartarorum campestribus præterlapsis, in Caspium mare influit. Incolæ eius proprio Idiomate vtuntur, panis usum nesciunt, sed ferina carne victitant. Mercimonia ex aspreolorum pellibus (qui apud eos præstantissimi reperiuntur) exercent, pro tributoq; eisdem magno Moschouia Duci pendunt.

Iaijezk  
fluuius.

Regio ipsa tota ferè palustris & siluestris est, & propter Tartarorum vicinitatem magna ex parte deserta dicitur.

IVGRA REGIO.

**I**vgra siue Iuhra Regio, cuius incolæ Iuhri vel Iugrici appellantur, ad Oceanum Septentrionalem sita est, ex ea Hungaros sterilitate regionis causata olim prodijisse, & Pannoniam occupasse ferunt, aiuntq; eos patrijs locis egressos, primo ad Paludes Meotidis confedisse, Deinde ad Danubium fluuium Pannoniam versus concessisse, à suiq; denominatione Pannoniam Iuhariam, deinde Vngariam nominasse, & Duce Atila multas prouincias Asiæ & Europæ debelasse. Hinc ergo Moschouitæ plurimum gloriantur, dicentes subditos suos quondam Germaniæ, Italiæ, Græciæq; fines vastasse, totoq; mundo terribiles esse. Indigenæ huius regionis, vectigal magno Moschorum Principi soluunt, eodemq; idiomate cum Vngaris vtuntur.

Hungarorum  
origines.  
Hungaria  
denominatio.

PETZORA REGIO.

**P**etzora Magni Ducis Moschorum ditio, longo tractu in Septentrionalem & Orientalem plagam fines suos iuxta mare glaciale extendit. Denominata est à fluuiio eiusdem nominis Petzora dicto, qui à meridie fluens in Oceanum glaciale iuxta oppidum & castrum Pusteziero dictum, sex amplis ostijs exoneratur. Circa hunc fluuium sunt montes, rupesq; in altum prominentes, Ziemnoi Poias Rutenis, id est, cingulus terræ dicti, quorum vertices ob continuos ventotum flatus, nudi absq; gramine sunt, niuibus frequenter rigentes. Crescunt autem illic arbores Cedri, circa quas nigerrimi Zebeli reperiuntur, aues etiam rapaces varij generis in his montibus nidificant, præcipuè verò Falcones albi ad venandas aues promptissimi, qui inde in Moschouiam afferuntur, eisq; magnus Dux in venatione vti solet. Atq; in principis Moschouia imperio hij montes, quos veteres Riphæos siue Hiperboreos (varijs in locis situm eorum ponentes) vocabant, existunt. Hij autem montes perpetuis niuibus gelu cõcretis alben, difficilemq; transitum iter carpentibus præbent. Tantæ enim altitudinis dicuntur, vt quidam à Mo-

Petzora  
fluuius.

Montes  
cingulus  
terre.  
Arbores  
Cedri.

M O S C H O V I A E

schorum Principe ad id destinati, decemseptem dies in ascendendo quodam monte transigerint, attamen nequaquam verticem montis attingere potuerunt. Qui autem ex Moschouia ad Petzoram proficiscere volunt, per Vstiugam & Dwinam prouincias transeuntes, recta in Permiam Regionem, quæ à Moschouia ducentis quinquaginta miliaribus distat perueniunt, indeq; vstituto magis itinere Petzoram attingunt. Incolæ huius Regionis simplicissimi sunt, idioma proprium habent, panis apud eos nullus vsus habetur, Anno Domini supra millesimū quingentesimum decimo octauo, Ruthenico ritu sacro baptismi fonte abluti sunt. Pelles ferarum varias magno Moschorum Duci pro tributo pendunt. In ostijs Petzoræ fluuij est castrum & oppidū Pustieczioro dictum, vltra quod in littore Oceani Septentrionalis variæ gentes sunt, quæ communiter Ruthenis Samogedz (id est, seipso comedentes) appellantur. Hæ gentes in Moschouiam non veniunt, aliorum enim hominum cœtum, vitæque societatem maxime refugiunt. Auium diuersarumq; ferarum copia supramodum abundant, vtpote, Zebelibus, Castoribus, Hermelis, Aspreolis, Vrsibus albis, Lupis, Leporibus, & id genus alijs animalibus. Præterea in Oceano eis adiacenti pisces diuersi generis & equi marini crescunt, in eodem Oceano varia magnaque animalia dicuntur esse, inter alia autem belua quædam magnitudine bouis, quam Moschouitæ Mors appellant. Hæc belua in mari, aliquando verò in terra degit, boatus terrificos edit. Breues instar Castoris pedes habet, pectore prominenti latoque dentibus superioribus in longū prominentibus. Dumque Oceano relicto in terram prædæ capiendæ gratia exire cupit, tum dentibus (quos longos habet) per promontoria mari impendentia affixa vertices montium ascendit. Tandem posterioribus pedibus, dentibus admotis summa cuni celeritate in terram delabitur, omniaque obuia aliquando per decem vel amplius miliaria, deuorans, mactansq; grassatur, & tandem in Oceanum reuertitur, multoties autem ab incolis superiora montium occupantibus, telis & lapidibus priusquam montes ascendat prohibetur, hocq; modo frequenter opprimitur. Ex harum autem beluarum dentibus, Moschouitæ, Turcæ, Tartarique, manubria pugionum, cultellorumq; præstantiores etiam framearum subtiliter conficiunt, solum autem propter dentes capiuntur, magno enim pretio, apud Turcas & Tartaros veneunt. Ad eundem Petzoram fluuium, est castrum & oppidum Papinogorod dictum, huius accolæ Papini dicuntur, diuersumque à Ruthenico idioma habent, & Duci Moschorum tributa soluunt.

O B D O R I A R E G I O .



Obdoria à fluuio præterlabente Obbi dicto denominationem accepit, qui ex lacu quodam amplissimo Kitajlko nominato emergit, ab orienteque in Septentrionem fluens, sex Ostijs in Oceanum Septentrionalem exoneratur, ad oppidum autem Obbi dictum est tam vastæ amplitudinis vt sedecim miliarium Polonicorum, octuaginta autem Werst Moschouiticarum in latitudinem pateat, vixque duobus diebus nauigio quamuis ventis vela impellentibus tranatur, sicq; abundat piscibus, vt nauigantium remigijs præmantur. Huic quoque fluuio Vogulici & Hugritzchi populi accolunt, multa ibi varijq; generis animalia capiuntur, quibus Regionis incolæ, (Panis enim vsus nesciunt) victitât, pellibusq; Moschorum Principi tributa persoluunt.

D E I D O L O A V R E A E A N V S .



In hac Obdoriæ Regione ad ostia Obdi fluuij, est quoddam antiquissimum Idolum de lapide excisum, quod Moschouitis Zolora Baba, id est, aurea anus dicitur. Est autem Similitudo mulieris vetulæ infantem in gremio tenentis, & alterum iuxta se infantem habentis, quem nepotem illius esse incolæ dicunt. Hoc Idolum ab Obdorianis Iuhriscis & Vohuliscis, alijsq; conter-

*Veris Petzoræ.*

*Incola Petzore.*

*Gens seipsum muto comedens.*

*Mors Belua.*

*Dentes mors Belua.*

*Papini gens.*

*Obbi fluuius amplissimus.*

*Vogulici gens.*

*Similitudo idoli.*

conterminis gentibus cultu latriæ veneratur, præstantissimaq; & maximi pretij pelles Zebellinas Idolo offerunt, vna cum reliquarum ferarum pretiosis pellibus, ceruos quoque selectiores ad sacrificium peragendum maectant, quorum sanguine os, oculos, & reliqua simulachri membra perungunt. Intestina autem cruda sacrificij deuorât, & inter sacrificandum sacerdos Idolum consulit, quid ipsis faciendum quouue migrandum sit. Ipsum autem (dictu mirum) certa consulentibus responsa dare certosq; reru euentus prædicere solet. Dicuntur etiam in montibus vicinis huic Idolo, sonitus boatuq; quidam audiri, qui perpetuò sonitum in modum clangoris tubarum edunt. Hoc autem nihil aliud esse dicerem, nisi instrumenta quædam illic antiquitus posita, vel canales sub terraneos, sic natura ipsa effectos, qui vëtorum perpetuò flatu sonum, boatumq; & clangorem continuò efficiunt.

Sacrificiū.

Boatus quidam.

Ab Obbi fluuiio à parte sinistra ascendendo, Calami populi dicti in campestribus de gentes occurrunt Moschorum Ducis tributarij.

Calami gēa

Intra Obbi fluuij ostia & auream anum sunt complures ingentes fluuij, Irtschæ, Bereswa, Sosa, Tachnim, Danadim, & cæteri multi ex montibus cingulus terræ dictis emergentes. Horum fluuiorum accolæ ad auream anum vsque, & Ocæanum Septentrionalem habitantes, magno Moschorum Duci tributa persoluere dicuntur.

Fluuij.

CONDORA REGIO.

**H**æ regio ad Ocæanum Septentrionalem sita, Obdorę regioni vicina est, tota ferè syluis fluminibusq; obsita, eius indigenæ proprio idiomate vtuntur, & Auræ anus Idolum cum Obdorians colūt, ferarum carnibus, quibus omnis generis copiosè affluunt, pro cibo vtuntur, pelles verò varias Moschorum Principi pro tributo pendunt. Regio ciuitatibus, castris, pagisq; prorsus vacua est. Huius titulo Moschorum Dux, (Ducem se appellans Condoria,) vtitur.

LYCOMORIA REGIO.

**L**ucomoria regio longo tractu iuxta mare Septentrionale extenditur, ab incolisq; sine vllis ædibus in syluis & campis habitatur. Huic regioni confines sunt Grustintzi, & Serponowtzi populi à castro Grustina ad lacu Kistajlko sito dicti, vbi Obbi fluuius supradictus fontes suos habet. Ab hoc lacu homines nigri, communis sermonis expertes, ad Grustinā arcem venire solent, secum adferentes varias merces, præcipuè autem vniones, gemmas, lapidesq; pretiosos, quas Grustinsi & Serponowtzi, rerum trāsmutatione facta ab eis mercantur. Hæ autem gentes Lucomoriæ, item Grustintzi, & Sperponowtzi, & quecunq; infra Obbi fluuiū & lacum Kistajlko dictū, iuxtaq; flumina Sosa, Bereswa, Danadim, & Tachmin habitantes, ad Ocæanum glacialems vsq; magno Moschorum Duci, vestigales dicuntur. Porrò de quibusdā populis in Lucomoria habitantibus, portentosum & dictu incredibile quiddam refertur, quasi illi quot annis 27. mensis Nouembris die, velut hyrundines & ranæ, præ intenso frigore brumali moriantur. Postea redeunte vere 24. Aprilis die, eos denuò reuiuiscere aiunt. Hi autem hoc modo commercia cum Grustentzijs, & Sperponowtzijs populis sibi vicinis habere dicuntur, cum iam futuram mortem sibi imminere sentiunt, tunc merces suas certis in locis, deponunt, quas Grustintzi & Sperponowtzi suis mercibus interim æqueualentibus eodem loco relictis, auferunt. Illi autem reuiuiscences, illas merces, si æqua cōmutatione sibi placuerint, pro suis accipiunt: sin minus iustæ fuerint, à Grustintzijs & Serponowtzijs suas repetunt, vndelites & bella hac de causa inter eos sepius oriri dicuntur. Ex Lucomoriæ montibus Cossin fluuius dictus, ingens oritur, qui Lucomoria præterlapsa, in magnum fluuium Tachmin dictum, exoneratur. In Tachmin autem fluuiio pisces quidā nasci dicuntur, qui capite, oculis, naso, ore, manibus, pedibusq;, hominem referunt,

Grustintzi & Serponowtzi populi.

Mirabile quiddam.

Mirus mensurandi modus.

Cossin flū.

Pisces mirabilis.

M O S C H O V I A E

Gens mi-  
rabili.

sed absque vllæ vocis expressione. Aiunt quoq; ultra hunc fluuium prodigiôsæ formæ homines habitare, quorum alij ferarum more pilis rigent, alij caninis cum capitibus in speluncis subterraneis victitant.

LOPPIA REGIO.



Victus ve-  
stitus habi-  
tatioque  
Loppiorū.

Lucomoria vltcrius ad Océanum glaciale procedendo Loppi populi, barbarie & feritate rigentes in campestribus & syluis degentes occurrunt. Hi nusquam certas sedes habent, sed vno in loco feris piscibusque quibus victitant (panis enim vsum nesciunt) de partibus alio commigrant. Tuguriola sua in quibus habitant corticibus arborum cæspitibusque regunt, vestibus ex diuersis ferarum pellibus Zbellinis, Hermelinis, Ceruinis, & id genus alijs insimul consultis vtuntur, eorumque huiusmodi vestitus interdū in Moschouiam à mercatoribus defertur pileis etiam & caligis ex ceruinis pellibus confectis vtuntur. Tributi autem loco pelles & pisces quorum copia affluunt magno moschorū Duci pendunt. Idioma suum proprium habent quod ab alijs non intelligitur, idè apud exteros prope modum muti esse videntur. Sagitarij autem omnes sunt peritissimi, adè vt si quas in venatione prestantiores feras nanciscantur, eas (vt pelles eorum integræ & intactæ sint) missa sagitta in nasum oculosue, interficiunt. Hi etiam feras in nartis hyeme per niues insequuntur, infecutasque sagittis conficiunt, mercatores ad se ex varijs Regionibus quæstus gratia venientes, libenter excipiunt, quos in tuguriolis suis cum vxoribus relinquunt, ipsi verò interim venatum abeunt, reuersi, si vxores hospitum concubitu consuetudineq; lætiores & hilariores inuenerint, munere aliquo hospitem donant, sin minus, turpiter conuitijs laceffitum expellunt.

Loppi Sa-  
gitarij op-  
tissimi.

Hospitum  
acceptio.

Monetæ pecuniariæ nullus apud eos vsus, sed cum mercatoribus aduentitijs rerum permutatione vtuntur, & pro pãno crasso vilosioq; item pro securibus, acubus, coclearibus, cultris, poculis, speculis, & id genus alijs rebus, pelles ferarum varij generis mercatoribus dant. Regio quam inhabitant frigidissima est, solem ibi æstiuales solsticij tempore, quadraginta diebus perpetuo splendere (tribus noctis horis exceptis) perhibent, quibus sol velut quadam caligine obducitur, vt radij illius non appareant, Nihilominus tamen laborantes ab opere suo excluduntur. In his quoq; partibus montes in altum eminentissimi dicuntur esse qui ad Aethnæ (montis in Sicilia) similitudinem, flammam semper efructant, in quibus Salamandra, animalia quædam, Lacertarum similitudine, que in igne non secus ac pisces in aquis viuunt, crescere perhibentur.

Montes  
ignis.  
Salamandra.

Engronel-  
lân Regio.

Vltra Océanum etiam glaciale Regionem quandam Engroneland dictam, quasi incognitam, aiunt esse, Hæc tum ob altos montes qui perpetuis semper niuibus rigent, tum etiam ob perpetuam glaciem mari innatantem (quæ periculosam nauigationem facit) à commercio, conuersationeq; ceterarum gentium aliena seiunctaque est, ideo incognita dicitur.

Moschouitæ se plurimum iactant quod Princeps eorum ex hac quoque remotissima & ferè vltima orbis Regione tributa exigat. Hoc quamuis verissimile non sit, tolerari tamen aliquo modo potest, cum alios vicinos Principes qui ab ipsi tributa exigere non habeant.

Atque hic finis Regionum Septentrionalium glacialique mari adiacentium (quæ Moschorum principis sunt tributariæ) esto. Nunc ad cæteras Regiones describendas Meridiem Orientemque versus sitas, Moschouitis confines reuertar.

CEREMISSI POPVLI.

Ceremissi, Mordouotes, & Vachines, inter Viatkam & Volochdam Prouincias, quarum supra mentionem fecimus longè latèq; in vastis syluis, sine vllis ædibus habitant. Proprium Idioma habent, Machometisque sectam amplectuntur, quidam

dam etiam Gentiliter, (nullam Dei notitiam habentes,) viuunt. Omnes autem furtis, & latrocinijs intenti, & carminibus magicis exorcismisq; maximè dediti sunt. Aduersus sagittarum telorumq; iactus intrepidi. Ferina carne & melle, (cuius aluarijs abundant,) magna ex parte victitant. Pane enim raro vtuntur. Omnes tam viri quam femina cursu velocissimi sunt, sagitarijsq; peritissimi, arcum nunquam de manibus depouunt, quo adeò oblectantur, vt etiam filijs cibū obstinatissimè prohibebant, nisi prius signum præsignatū ex arcu sagitta ferirent. Artificium laborq; eorum feras venari, & sagittis figere, quorum carne vescuntur pellibusq; vestiuntur, ac easdem pro tributo magno Daci Moschorum pendunt. Inter venandum autē, Nartarum instrumento pedibus inducto, (cuius in Permiæ descriptione supra memorauimus,) vtūtur: in quo agilissime velocissimeque feras insequendo feruntur. Quia verò harum Nartarum instrumento velocissimi cursus, omnes ferè Septentrionales gentes, & ipsi Moschouitæ, Rutheniq; communiter vtuntur, imaginem vsus earum subijciemus. Sunt autē longè quædā lignæ soleæ longitudinem trium cubituum adæquantes, in anteriori parte in modum traharum erectæ, quidā verò hoc instrumentū ad suæ proportionis staturam in longitudinem conficiunt, quo in vtramq; pedem inducto velocissime feruntur.

Ceremissa  
Sagitarij  
excellētes.

Nartarū  
vsus.

MORDWA POPVLI.



Nouogrodia inferiore quam superius descripsimus Orientem, & Meridiem versus, vastæ ingētesq; occurrūt syluæ quas Mordwa populi sic dicti, magno iuxta Volgam fluuium insignem tractu, inhabitant. Idioma proprium habent, in pagis passim degunt, agriculturamque exercent. Melle, diuersisque animalium pellibus pretiosis abundant. Homines sunt duri & bellicosi, Tartarosq; latrocinātes, (quos in vicinio habent,) à finibus suis fortiter propulsant, omnes ferè pedites incedunt, arcubus oblongis vtuntur, sagittandiq; peritia pollent, feras præstantiores, vt pellibus eorū integris & intactis potirētur, in nasum sagitta missa interficiunt. Eorum quidam Machometi sectam amplectūtur, quidam verò in Idolatria perseuerant. Vectigal annuum magno Moschorum Principi pellibus diuersarum ferarum soluunt. Mulieres eorum decoris causa vngueus nigro colore artificialiter inficiunt, apertoque capite & crinibus passis semper incedunt. His aliæ gentes Ceremissi intermixtæ sunt, qui ad differentiam Ceremissorum Septentrionalium de quibus supra Superiores Ceremissi, siue montani, à collibus quos inhabitant, appellantur. Hic de vicinis conterminisq; Moschouitico Imperio, Tartaris Cazanensibus, cæterisque campestribus in ordas distributis nobis dicendum esset: sed ne ordo rei interumperetur, de moribus religione, & vitæ consuetudine Moschouitarum pauca subijcienda nobis, non abs re videntur. His autem absolutis, Tartarorum fines gentisque mores breuiter attingemus.

Morduua  
gens bellu  
cosa.

DE RELIGIONE MOSCHOVITARVM, OMNIVM  
q; Ruthenorum. Caput I I.



Rutheni omnes postquam semel fidem Christianam Græcorū ritu, anno restitutæ per Christum salutis 942. susceperunt, sub Olha Ducissa & Volodimiro filio eius Monarcha Russiæ, in ea ad hunc vsq; diem vnanimiter fortiterq; perseuerant. Quamuis quidam proceres Russiæ Polono Regi subiectæ, doctrinam Lutheranam, & Zuinglianam sequantur, sed vulgus omne, maiorq; pars magnatum, & nobilium, fidem antiquitus Græcorum ritu susceptā, firmiter retinent. Sic quoq; omnes regiones Russiæ, quæ alba dicitur, Moschorum Principi subiectæ, Christianæ fidei, quam à Græcis susceperunt, vestigijs firmiter vnanimiterque insistant. Vnus autem totius Russiæ Metropolitanus olim erat tam Moschorum, Lituanorumque Ducibus Regique Polonorum tributarius, qui sedem

Rutheni  
Christiani

M O S C H O V I A E

*Metropoli-  
tani Rus-  
sia.* suam primo in Kiouia Russiæ Lituanorum Metropoli ciuitate retinebat, tandem in Volodimiriam, postremo in Moschouiam translata est. Cum autem Metropolitanus Moschouia septimo vno quoque anno Russiam Lituanis subiacentem, causa exigendarum pecuniarum inuiseret, ablataque magna pecuniarum summa discederet. Vitoldus magnus Lituaniæ Dux, re considerata, prouincijs suis, ne thesauris exhaurirentur, consulere volens, Episcopis, Abbatibusque Russiæ cõuocatis, iudicio eorum Metropolitam in sua Russia elegit, qui sedem suam Vilnæ, (quæ est Lituaniæ metropolis) habet, in Basilica diuæ virginis, quæ Ruthenis, Preczista, id est, castissima dicitur. Hic autem metropolita rarò Vilnæ commoratur. Est verò Episcopus Vilnësis præcipuus, secundum ordinem Ecclesiæ Romanæ, ipsa enim Vilna Romanum ritum sequitur: sed media pars Ruthenorum eam incolit, pluresque Ecclesiæ in ea Ruthenicæ quam Romanæ conspiciuntur. Porrò omnes Metropolitæ Ruthenorum à Patriarcha Constantinopolitano, auctoritatem suam habent, & primò omnium Episcoporum Abbatum, & totius ordinis spiritualis iudicio, & consensu Metropolita eligebatur, sed nũc hanc auctoritatem magnus Dux Moschouitarum sibi affciuit, suoque iudicio Metropolitam in Moschouia constituit.

*S. Andrea  
in Russia  
esse dicitur*

A sancto Andrea Apostolo Rutheni se fidem Christianam suscepisse iactant, adhuc ante Olham, & Volodimirum, quem ex Græcia per Pontum Euxinum ad ostia Boristenijs fluuij, gentiliter Dnepr dicti, appulisse annales eorum testantur, & inde ad Kiouiam, tunc temporis metropolim Russiæ, aduerso fluuio peruenisse, atque ibi omnem terram Russiæ benedixisse, & baptisasse, signumque crucis eum illic constituisse. Ex Kiouia tandem aiunt eum ad fontes Boristenijs Dneprisko dictos, peruenisse. Indeque in Nouogrodiam magnam, deinde per mare Germanicum Romam usque nauigasse. Postremò in Peloponeso Græciæ, sub Ago huius nominis Rege, propter Christum crucifixum fuisse. Archiepiscopi in toto imperio Moschorum duo sunt, vnus in Nouogardia magna, qui habet prærogatiuam, infulam albam bicornem nostrorum Episcoporum more gestandi. Secundus in Rostouia. Episcopi sunt multi, videlicet Permiæ, Susdaliæ, Twerësis, Columniæ, Cernigouia, Rhesanensis, Smolentësis, Plekouiensis, &c. Vestes eorum sunt sicut aliorum Monachorum nigræ, nisi quod aliquando sericeas ferunt, & præsertim pallium nigrum, quod habet à pectore tres fimbrias albas, ad similitudinem riuuli fluentis inflexas, quod significat, ex cordibus eorum riuulos doctrinæ fidei, & bonorum exemplorum scaterere. Metropolita autem, Archiepiscopi, & Episcopi, Abbates, Monachi, carnibus perpetuò abstinent. Prouentus necessarios ex prædijs, & alijs extraordinarijs accidentibus, & beneficijs habent. Arces verò vel ciuitates, & omnes administrationes seculares, eis ademptæ sunt. Sed metropolita Russiæ Polono Regi subiectæ, & alij Episcopi villas ciuitatesque possident.

*Archiepiscopi  
Moschonia  
&  
Episcopi.*

*Vestis  
Episcopi  
rurum.*

*Monachi.*

Abbates qui Igonomei, priores qui Archimendritæ dicuntur, & omnes Monachi durissimas, molestissimasque leges, & regulas præscriptas habent, nullo solatij genere recreari eis conceditur. Omnes non solum Principis, sed cæterorum nobilium mandatis parent: plures eorum ex Monasterijs in hæremum se conferunt, ibique in arctis tuguriolis, aut soli, aut cum socijs manent, victum de radicibus arborum, & varijs terræ herbis acquirunt.

*Sacerdotio  
Regula.*

In sacerdotij gradus hi tantum promouentur, qui diu apud Ecclesias seruiuerunt. In Diaconum autem nemo consecratur, nisi vxorem habuerit, vnde interdum & matrimonio copulantur, & in Diaconatum consecrantur. Præterea qui virgini stuprum aliquando obtulerit, aut vxorem suam primo concubitu viciatam animaduernerit, in Diaconatum non ordinatur. Mortua vxore sacerdos à sacris prorsus suspenditur, nisi monasterium ingressus iuxta regulam viuat, officijs etiam Diuinis peragendis si castè viduus vixerit, velut minister cum cæteris Ecclesiæ ministris choro interesse potest. Si autem viduus sacerdos aliam vxorem, (quod eis liberum est) duxerit, is munere sacerdotali priuatur, nihilque commune cum clero habet. Nullus sacerdotum Monachorumue, horas canonicas dicit, nisi habeat imaginem alicuius Diui præsentem, quam etiam

etiam nemo nisi cum magna veneratione attingit. Qui autem eam in publicum profert, manu eam in altum extollit, quam omnes prætereuntes cruce se signantes inclinando plurimum venerantur. Libros Euangelij maxima veneratione prosequuntur, neq; eos manibus tangunt, nisi prius caput multoties inclinando, cruce se munierint. Omnes sacerdotes ex contributione quadam certa sustentantur. Assignantur etiam eis domunculæ cum agris & pratis, ynde victum suis vel famulorum manibus, more agricolarum acquirunt.

Sacerdotes Romanos confundunt, qui cælibem vitam ducere sese iuramento obstringunt, cum sancta Synodus quæ fuit in Gangra scribat in quarto canone: qui spernit sacerdotem secundum legem vxorem habentem, discens quod non liceat de manibus eius Sacramentum sumere Anathema sit, id eadem Synodus dicit, Omnis Sacerdos, & Diaconus propriam vxorem dimittens, Sacerdotio priuetur.

Habitu haud dissimili à secularibus vestiuntur, solum modo pileolum nigrum rotundum quo rasuram tegunt gestant. Commam ad brachia protensam nutriunt, omnes baculos Posoch dictos. quibus innituntur, cum manubrijs incuruatis gestant.

Rutheni secundum Calendarium suum, plurima festa Diuorum, non his diebus quibus Romani celebrant. Trinitatis festum celebrant feria secunda Pentecostes, in octaua autem Pētecostes festum omnium sanctorum obeunt. Festum verò Corporis Christi more Romanæ Ecclesiæ non venerantur. Viri præstantiores peractis sacris, ebrietate, & commestationibus, festos dies consummunt. Ciues artificesque Diuinis peragendis interesse solent, quibus peractis laboribus domesticis, ceterisq; negocijs incumbunt, dicentes feriari & à labore abstinere, dominorum esse.

Nicolaū sanctum inter cæteros diuos præcipuè venerantur, eumq; Diuino ferè cultu profecuntur, Templaq; præcipua nomini eius dicata erigunt, de cuius plurimis miraculis frequenter prædicant.

Habent etiam in Catalogo sanctorum Romanos quosdam Pontifices, quos inter sanctos venerantur. Cæteros verò qui post eorum schisma fuerunt (quando à Romanis disiuncti sunt) execrantur, & pro hæreticis grauissimis eos habent, eosque schismaticos appellant.

In septimo enim generali Consilio, quod sub Adriano Papa celebratum est, conclusum esse dicunt, vt ea quæ in præcedentibus Synodis constituta conclusaq; fuerint, in posterum quoque solida rata, acceptaq; & perpetua teneantur, nec posthac cuiquam sub graui anathematis pœna aliud concilium celebrare, aut accedere licere. In his autè septem Consilijs hos Pontifices Romanos fuisse constat, quos Rutheni inter sanctos venerantur, dignosque Cathedra sancti Petri dicunt, ideò quod secum sentirent in prima Synodo, Papam Syluestrum, in secūda Damasum, in tertia Celestinum, in quarta Leonem, in quinta Vigilium, in sexta Orphanium, in septima Adrianum, omniaq; Concilia & Synodos, post hos septem prædictos Synodos celebrata, maledicta, peruersa, & hæresi turpiter deprauata, esse dicunt. Erat quidem Metropolitanus Russiæ Isidorus nomine qui sedē suā in Kiouia retinebat, is ad Cocilium Florentiū q̄ celebratū est, sub Eugenio Papa venerat, vbi Ecclesias Ruthenicis abiectis Græcorū ritibus, cum Romana Ecclesia vniuerat, tandē in Russiam reuersus cū propositū suum & rem iam conclusam Rutenis proponeret, illosque ex verbo dei ad vnitatem & concordiam fidei instrueret: Captus omnibusq; bonis spoliatus in carceres coniectus est.

Doctores quorum dogmata Rutheni sequuntur sunt hi, Basilius magnus, Gregorius Nazianzenus, & Ioannes Chrysostomus, quem illi Zloto vsti, id est, aureum os habentē appellant. Gregorij etiam Pontificis Romani libros de moralibus scriptos habent.

Sacrum siue missa Sclauonica lingua apud illos peragitur, intermixtis etiam aliquādo cantionibus Græcis, Epistola & Euangelium, quo magis à populo percipiuntur extra chorum in medio Ecclesiæ astanti populo clara voce recitantur. Concionatoribus carent, satis enim esse putant sacris interfuisse, ac Euangelij Epistolarumq; verbaque vernacula lingua recitat sacrificulus audiuisse. Concionariq; in suis Ecclesijs obsti-

Festa Ru-  
shenorumCociliū sub  
Adriano  
Papa.Isidorus  
Metropo-  
litanus.Doctores  
Rutheno-  
rum.

Sacrum.

Conciona-  
ribus absti-  
nent.

natissimè prohibent, dicunt enim se hoc modo varias hæreses & diuersas de fide opiniones effugere, quæ ex contionibus & subtilibus argumentis sophisticisque quæstionibus oriuntur.

*Consecratio  
panis.*

Panem ad sacrificandum hoc modo sacrificant, vnus eorum præparatum panem ad sacrificandum in patena super capite, per minorem portam de sacrario egressus portat, alter verò cõpertum calicem vino repletum, cæteris Diaconis vel sacerdotibus imagines sanctorum, Petri, Pauli, Nicolai, vel Michaelis archangeli, magna populi circumstantis acclamatione & veneratione præferunt, quidam ex circumstantibus acclamant vulgari oratione, Domine miserere, alij fronte terram gentili more percutiunt, quidam se signo crucis frequentius caput inclinando muniunt, varia deniq; veneratione ac cultu circumlata signa venerantur. Postea finito circuitu per mediam chori portam sacerdotes in sacrarium ingrediuntur, sacrumque peragunt. Quoties se signo crucis muniunt, id manu dextra sic faciunt vt frontem primum, deinde pectus, mox dextram ac demum sinistram pectoris partem punctis in formam crucis tangant. Quod si quis aliter se signo crucis munierit, hunc velut hæreticum obiurgant.

Gloriantur Rutheni se solos cum Græcis veros Christianos esse, Romanos verò & alios Christianos damnant & execrantur, tanquam primitiæ Ecclesiæ desertores, & seprem sanctarum Synodorum præuaticores.

**BAPTISMI** Sacramento Rutheni hoc modo vtuntur: nato infante, sacerdos statim accersitur, qui ante fores puerperæ habitationis, certas orationes dicere solet, infanti que nomine imposito domum reuertitur. Postea puer in templum defertur, hocque modo baptifatur, in aquã immersus, Chrysmathe quod in hæbdomada, feria sexta pascham præcedente, consecratum est vngitur, deinde myrha: Postea capillos infanti sacerdos absceindit, eosque ceræ intricatos in ecclesia certo loco deponit. Sal autem & Saliuam Romano more, cum puluere mixtam inter baptifandum non adhibent, aquã verò baptismatis pro singulis infantibus consecrant, & continuo post baptismum in foueam ad id præparatam eam effundunt. Fideiussores verò vel susceptores infantis, quoties circa baptismum sacerdoti interrogantian Diabolo infans renunciaret correspondent, toties in terram expuunt.

**CONFIRMATIONIS**, seu inunctionis Sacramentum maximè abhorrent, hocq; argumento vanam, & damnabilem confirmationem, esse approbant, quod in Synodis omnibus ferè dictum sit, præcipuè verò in Nicæna, confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, cum autem vnum sit baptisma vnum etiam esse Chrysmathe, & virtutem eandem Sacerdotis & Episcopi circa Sacramenta distribuenda, dicunt esse.

*Opinio de  
animabus*

*Matthæi  
25.*

**PVRGATORIUM**, Græci & Rutheni negant, sed dicunt vnumquendq; secundum opera sua, post mortem locum designatum habere, vbi diem iudicij extremi expectaret, pios quidem cum Angelis placidis, in lucidis & amenissimis, Aelisi, viridiferis campis recumbere, impijs autem in obscuris, cæcis, nigrisque caligine obductis voraginibus, cum Angelis terribilibus destinatum esse mansionem, ad expectandam iudicij diem, vnde illæ animæ quæ in locis amænissimis & splendidis, cum angelis placidis, benignisque collocatæ sunt, gratiam Dei sibi futuram cognoscunt, assidueque iudicium extremum fieri petunt. Aliæ contra condemnationem sibi imminere & pænas terribiles in caliginosis voraginibus sitæ præfagiunt, idque eò maximè allegant quod animæ post mortem in cœlum statim non ascendunt neque in infernũ. Quibus enim illud verbũ à Christo in nouissimo die diceretur, venite benedicti patris mei possidete regnum cœlorum &c. cum iam omnes antea in cœlo sint, & contra, ite maledicti in ignem eternũ, cum iam olim in inferno cõdemnati fuerint. Neque etiam enimam à corpore separatam pænis obnoxiam esse credunt, nam cum animase vitijs cum corpore simul contaminauerit, cum corpore etiam expiendam putant, quod ego Theologis discutiendũ relinquo.

Funebre autem sacrum pro defunctis ideo faciunt, quod ijs suffragijs tolerabiliorem animabus locum impetrari sperant, vbi facilius extremum diem iudicij expectare possint. Imò

fiat. Imò etiam cum aliquis magnæ autoritatis vir moritur, tunc Metropolitanus siue Episcopus, Epistolam ad sanctum Petrum scribit, sigillo suo & manu subscriptione munitam, quam super pectus defuncti ponit, dans testimonium de bonis pijsque operibus eius, Vtque in cœlum facilius post diem iudicij admitteretur, & Christianæ religionis Catholicæ agnoscat, subscribunt. Præterea agreste vulgus circa mortuorum sepulturam, varijs cæremonijs & superstitionis plerumque vitur. Sepulturæ eorum in syluis, & vbi agris tumulos aggestis, lapidibus muniunt, signumq; crucis super imponunt. Loca pro sepeliendis defunctis non consecrant, aiunt enim corporibus baptisatis sacramentisque Christi dicatis, & consecratis, terram ipsam & non corpora terra consecrari.

*Mortuorū  
cæremonia*

SPIRITVM quoque sanctum à patre tantum & non à filio procedere confitentur, ac Romanos dicentes credo in Spiritum sanctū, qui à Patre & filio procedit, confundunt, eosque conformes hæresi Macedoniæ & Arianæ dicunt. hac de causa quod duo principia duasque voluntates de Spiritu sancto & duas virtutes adducerent, & honori Spiritus sancti detraherent. Hic autem Rutheni non intelligunt vnam esse Diuinitatis voluntatem, potestatem, gloriam, & honorem. Sicque secundum Concilium Nicænum, contra Arium, & Constantinopolitanum, contra Macædonium celebratum dicunt: Credo in Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Dominum verum & viuificantem, à Patre procedentem qui cum Patre & filio simul adoratur & conglorificatur.

IEIUNANDI MOS APVD RVTHENOS.

**R**Vtheni in Ieiunio, prout in cæteris cæremonijs, à Romanis discrepant, quatuorq; ieiunia magna, quibus carnibus abstinent habent, Primum in quadagesima septem integris hæbdomadis ab esu carniū abstinet. In prima autem hæbdomada quam nos vltimam Bachanaliū dicimus, illi lactarijs & butiraceis cibis vtuntur, eamq; Masna, quasi butiraceam appellant, reliquis verò septem integris septimanis ad Pascha vsque etiam piscibus abstinet, oleribus, cauliculis, raphano, fungisq; contenti. Quidam etiam deuotiores Dominicis tantum & Sabbatiuis diebus (quibus ieiunare peccatum putant) cibum sumunt, reliquis diebus nisi frustulo panis in meridie cōfortati ab omni cibo abstinent. Alij die Dominico, feria tertia, quinta & septima, cibis coctis vescuntur, reliquis frustulo panis, cum aqua fermentata, sunto, totis diebus inædiam tollerant.

Secundo ieiunant post octauam Pentecostes vsque ad ferias Petri & Pauli Apostolorum, appellantque hoc ieiunium Diui Petri.

*Ieiunium  
Petri.*

Tertio à prima Augusti vsque ad assumptionem Beatissimæ virginis Mariæ, ieiunio se macerant. Quarto sex septimanis in aduentu Domini carnem & butirum abhorrent, vocaturque hoc ieiuniū Philippi, inchoatur enim sub festum Philippi secundum Rutenicum Calendarium. Omnibus verò diebus sabbatiuis (exceptis temporibus ieiunij) carne vescuntur. Sed feria quarta & feria sexta grande peccatum carnibus vti credunt, ita vt si Petri & Pauli Assumptionisque Meriæ festum feria quarta vel sexta contigerit tum ea quoque die carnibus non vesci peccatum putant, Romanosque hac de causa maximè redarguunt, argumento Clementis Pontificis Romani id comprobantes, qui dicit in Statutis Apostolorum Canone Lxiiij. Si Ecclesiasticus die Sabbato vel Dominico ieiunans inuentus fuerit, exceptis ieiunij Sabbatis ab Ecclesia præscriptis, Sacerdotio degradetur, si autem sæcularis homo fuerit excommunicetur, & ab Ecclesia seiungatur. Nullius sancti vigiliam ieiunio venerantur, præter sancti Ioannis Baptistæ quam vigesima noua Augusti die, (ex præscriptio Calendarij sui) celebrant.

*Ieiunium  
diuæ Virgi-  
ni.*

*Ieiunium  
Philippi.*

Monachi grauioribus ieiunis præ cæteris onerantur, qui aqua fermentata cum frustulo panis semel in die sumpta, contenti esse coguntur.

M O S C H O V I A E  
C O N F I T E N D I M O S .



Irca Paschatis festum Rutheni, præcipuè confiteri solent, hoc modo: Confessor vna cum confitente, in medio templi stat magna cordis cum deuotione, contritioneque ad imaginem alicuius diui vltu reuerenter conuerso postea confitenti secundum peccati grauitatem in iuncta poenitentia, ante ipsam imaginem confessor, & confitens magna cum deuotione reuerenter sese inclinant, signoque crucis frequentius frontem pectusque & brachia munientes, alto cum gemitu consuetam orationem proferunt. Iesu Christe Fili Dei viui miserere nostri. Quosdam etiam qui grauius aliquid deliquerint aqua sacrata abluunt, quam in Epiphania Domini toto fluuiio vel stagno (secundum morem) consecrato hauriunt, & pro abstergendis noxialibus delictis, per integrum annum in templo referuant. **Qui** busdam verò pro poenitentia ieiunia & breues facilesque orationes, iniunguntur. Dominicam enim orationem per pauci ex vulgo sciunt, dicuntque orationem Dominicam scire, Dominorum & Sacerdotum qui nullis laboribus occupantur opus esse, Confessionem etiam quamuis ex præscripto habeant eam tamen ad dominos pertinere agrestes dicunt, sibi autem in Deum & filium eius Iesum Christum & Spiritum sanctum simpliciter credere satis esse. Hacque oratione omnes Rutheni promiscuè, & peculiariter vtuntur, Iesu Christe Fili Dei viui miserere nobis.

Aqua consecrata.

S A C R O S A N C T A E E V C H A R I S T I A E V S V S .



Aramento Eucharistiæ Rutheni sub vtraque specie vtuntur, aliud autem pro infirmis & aliud pro communicantibus secundum consuetudinem habent. Pro infirmis sacramentum, in hebdomada magna ante Pascha, die Iouis consecratum, in vase mundo per integrum annum seruatur. Dum autem id Sacerdos pro infirmo daturus est tum parum vini & aquæ tepidæ addit, portiunculamque benè humectatam egroto cocleari de calice porigit. Si autem puer infirmus fuerit, adeò vt non possit de pane sumere, tunc infuditur ei gutta vini consecrati in os de calice. Pro communicantibus verò secundum consuetudinem, Sacramentum dum Sacrum siue Lurgia peragitur consecratur, quod sacerdos cocleari ex calice in portiunculas minutas redactum, & vino commixtum communicantibus distribuit. Prescriptum communicandi tempus ante festum Paschæ (vel quotiescunq; aliquis voluerit modo confessus sit) abent. Pueros qui septem annos transigerint ad Sacramentum admittunt dicuntq; hominè septennio tráfacto cõtra Deum peccare incipere.

Duplex a-  
pud Rute-  
nos Eucha-  
ristia.

Porrò omnes Rutheni pane fermentato & nõ azymo (prout Romanæ Ecclesiæ mos est) vtuntur, idque hac ratione approbant, quia Iudæi in memoriam liberarionis suæ ex Egipto, secundum mandatum Diuinum azymis vtuntur, se vero semel christianos factos nunquam in labore Aegyptiorum fuisse, ideò de huiusmodi Iudeorum azymis, Sabbato & circumcissione obseruandis, se liberos esse dicunt, si enim aliquis sequatur vnum ex illis (Paulo attestante) totam legem adimplere tenetur. Eundemque Apostolum dicentem, fratres ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quia Dominus in qua nocte tradebatur accepit panem benedixit &c. de pane fermentato & non azymo dixisse intelligunt. eo enim tempore nec azyma nec Pascha esse cum Dominus cœnaret, dicunt. Idque hoc argumento maximè approbāt, quia Iudeorum Pascha stando fit, & comeditur secundum legis præscriptum, hoc autem in cœna Christi non erat (vt Euangelista dicit) recumbentibus eis duodecim &c.

Non azy-  
mis Rute-  
ni sed fer-  
mentato  
pane vti-  
tur.

Item & discipulus recubuit super pectus ipsius in cœna &c. Quod etiam Christus dicit ibidem desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, non de Iudeorum Pascha cum dixisse sentiunt, quod antea semper comedebat cum Apostolis. Neq; azyma Christum Apostolis dedisse sed panem fermentatum credunt, cum dicit, Ecce panis quem ego do vobis. Similiter ad Iudam, cui ego dabo panem intinctum ipse traditurus est me.

Ieiunandi

Romanos autem in azymis communicantes confundunt, dicentes eos Iudaicos ritus obseruare, in hæresiq; Iuliani Apolinaris Laodicensis, & Pauli Syrij Samofaten- sis, Machometi, Aëthichij, & Diafterij ambulare, qui erant in sexta Synodo deprauatissimi hæretici, & spiritu Diabolico repleti.

Mulieres autem apud Ruthenos panem ad sacrificandum Proskura dictum confi- cere solent. Seliguntur autem ad id mulieres prouectæ ætatis quæ mensibus patien- dis amplius non sunt obnoxia, præcipuè verò viduæ sacerdotum relictae, id muneris obire solent.

DE MATRIMONIO.

**I**Ta Rutheni Matrimonium contrahunt, vt quartum consanguinitatis gradum non attingant. Tertiam ducere vxorem viro vix concedunt, & non admodum legiti- mum matrimonium esse putant. Quartam verò nec concedunt, neq; etiam Chri- stianum esse iudicant. Pro adulterio non computant, si vir habens vxorem cum so- luta concubuerit, excepta vxore alterius.

**D**IVORTIA inter se frequenter celebrant Episcopis permittentibus, literasq; repudij dantibus.

Quidam etiam agrestium, quibus ad Episcopos propter longam itineris distan- tiam aditus difficilis est, Diuortium tali modo (more gentili antiquitus obseruato) peragunt, cum sibi vir & vxor vtrinq; displicent, tunc extra pagum in triuium ambo prodire solent, mantili accepto quod inter se manibus vtrinque tenendo per medium discindunt, hocq; inter se diuiso matrimonium etiam, inter se diuisum esse putant, & vxori repudiatæ vir dicere solet, vade tu hac, ego illac pergam. Sed hic peruersus Di- uortij modus nunc prorsus abolitus est.

*Diuortium*

Hoc autem ritu Matrimonium inter sponsam & sponsum contrahitur. Imprimis mensa in medio templi adornatur, ingredientibusq; templum sacerdos præcedens certas recitat orationes, deinde pro Patriarcha, Metropolitano, Episcopis, & toto clero, pro monarcha q; suo, & omni ordine equestri, & plebeio qui ritus suæ fidei se- quuntur sigillatim sacerdos cum Diacono clara voce orant. His peractis sponsus & sponsa mensam præparatam accedunt, in linteoq; secundum morem pedibus substra- to vterque stat. Postea sacerdos ex præscripto an alicui olim non sponderent inter- rogat, stolaq; manus vtriusq; annulos commutans colligat. Deinde coronas ligneas vel ex tiliæ libro pictas ad id muneris in Ecclesia reseruatas capiti vtriusq; imponit, dicens: Posuisti Domine coronam super caput eius de lapide pretioso, &c. Euangeli- umq; de nuptijs in Chana Galileæ celebratis recitat. Deinde panem & ceruisiam con- secratam desponsatis ad prægustandum porrigit, postea stolam (qua sacerdotes collo appensa vti videmus) sponsus & sponsa ab vna parte, & sacerdos ab altera tenent, sa- cerdotemque præeuntem sequuntur, hæc verba dicentem: Circuite populi Sion & date gloriam nomini Dei altissimi, terq; mensam circumeuntes loca sua occupant, & Sacerdos Psalmum Miserere nostri Domine secundum magnam misericordiã tuam, &c. recitat, Suffragijsq; pro omnibus, tam spiritualibus quam sæcularibus Deo perso- lutis de templo egrediuntur.

*Sponsalis ritus.*

DE EXPEDITIONE BELLICA.

Caput III.

**M**Agnus Moschorum Dux ingentem exercitum longo tempore sustentare potest, neq; enim militibus suis stipendia largitur, sed agros illis exiguo pretio elocat, quo beneficio operam militum demeretur. Conscripti au- tem milites coram magno Duce singuli comparent, & nummum vnum quem patrio nomine Denga vocant, æstimatione vnus grossi Polonici Principi dant, reuersiq; ex bello eundem nummum repetunt, occisorum verò num- mismata Princeps retinere solet, atque ita occisorum numerum cognoscit.

*Numerus occisorum quomodo cognoscitur.*

M O S C H O V I A E

Nobiles autem omnes, Magnates & Cōsiliarij ad eò dura seruitute præmuntur, vt quemcunq; apud se in aula esse velit, vel in bellum ire, aut legationem aliquam obire iusserit, id sumptibus suis facere cogitur. Quando autem aliquem magni nominis virum ad bellum proficiscere iubet, literas suas ad illum mādatorias mittit, si autem vel prandens, vel cœnans dormiensue præuentus fuerit à tabellatore magni Ducis, litterasq; quibus ad bellum proficiscere iubetur acceperit, continuo à prandio lectouè surgens, equum tabellatore inspiciente armatus ascendit, mandatumq; Principis se exequuturum præbet, atq; sic omnes qui per facultates rei familiaris possunt sumptibus proprijs militant.

*Obedientiis*

Per singulas quoque Prouincias magnus Dux filios nobilium tenuioris fortunæ conscribere solet, vt numerum illorum & quot quisq; equos ac seruitores habeat cognoscere possit, is singulis exiguum stipendium annuum concedit, & in bellum proficiscere iubet.

*Frequenter Moschi belligerant*

Omnibus autem nobilibus proprijs sumptibus militantibus raro quies datur, nam frequenter bella aut cum Lituanijs, Liouonibus, Suetensibus, vel Tartaris Præcopensibus, Turcis alijsq; finitimis gentibus gerit, in arcibus quoque campestribus Tartaris finitimis qui Crimsci, Præcopsci, Noheysciq; dicuntur viginti millia hominum vel plus singulis annis locare solet. Omnes denique & singuli tam stipendiarij quam Principis gratiam expectantes in bellum proprijs sumptibus ire coguntur. Non huiusmodi autem sumptibus prout apud nos Moschouitæ in bellum expediuntur, nam quicumq; nobilium habet sex equos & totidem seruos, vnum equum qui vitæ necessaria fert ex ijs habet, in primis verò miliū siue pulces contritas in sacco habet, deinde suillæ carnis aliquot frustra, & sal in sacco, si verò ditior fuerit sal commixtum pipere solet habere, hos autem saculos cum leguminibus super equum ad id delectum circumligat, præterea vnusquisq; secum fert lebetes, ollas cupreas siue æreas, cistellasque epiphio alligatas, cumq; necesse est ignem accendunt, ollamq; magnam aqua replent in quam milij tantum vnum coclear, vel pultium imponunt, saleq; conditū coquunt. Aliquando autem cum lautius aliquis eorum epulari vult, tum frustulum paruum carnis suillæ iniicit, hocque cibo dominus interdum cum sex seruis contentus viuit, quod si dominus famelicus nimium fuerit, totum consumit, serui autem aliquando ad totum biduum triuumè ieiunant, Farinam etiam de auena subtiliter commollitam habere solent, cuius aliquot coclearia pransuri in cistellam imponunt, modi coque aquæ distillatam comedunt. Cum autem habēt allium aut cepas, tum facile ceteris leguminibus carere possunt. Duces verò exercitus & ceteri militiæ præfecti lautius epulantur, tenuiorisq; fortunæ nobiles ad prandium inuitare solent.

*Vitus bellicus Moschorum.*

Moschouitæ tormentis bellicis, & bombardis peditatūq; nunquam olim ante annos 40. vt ebantur, nunc autem frequentissimè & peritissimè bombardis & tormentis vtuntur, à profugis quibusdam Italis, Germanis, Lituanijsq; instructi, arcesq; egregiè (dictu mirum) propugnant. Campestri verò certamine cum Polonis & Lituanijs raro confligunt, semper enim ab eis fuduntur, solaque agilitate & industria externi Moschouitas vincere solent, nam omnes ferè dimicare armisq; artificialiter decertare imperiti sunt, exceptis quibusdam magnatibus, ijsq; per paucis. Cauendum autem est cū Moscho congregienti, vt armis scitè vtatur ne in manus eius incidat, brachijs enim laceratis, & toto corpore robustissimi sunt, sed arte dimicandi plurimum vincuntur. Tam autem robusti sunt, vt cum vrsis indomitis & efferis absque vlllo genere armorum, solis viribus confici sæpius congregi audeant, vrsūq; per aures arreptū tandiu fatigant, donec prorsus debilitatum prosternant.

*Quomodo cū Moschijs dimiscādū*

*Arma Moschorum.*

Hæc præcipua arma sunt quibus Moschouitæ in bello vtuntur, pharetra sagittis referta, arcus, securis, framea, cæstus, cultelli oblongi quibus frequenter pro pugionibus vtuntur. Multi quoq; lanceis præcipuè pedites, equites autē aliqui hostilibus breuioribus vtuntur, ab vngaricis & Polonicis dissimilibus. Armantur autē lorice oblongis aliquando duplicibus, armillis, toracibus, galeisq;. Equos paruos castratos soleis carentes

rentes

rentes habent, frena leuissima, epiphys quoq; in eum vsum accommodatis vtuntur, vt se in omnes partes absq; impedimento verrere, arcumq; intendere facile possint. Pedibus curte attractis equis insidere solent, adeo vt nullu hastæ lanceæuè impetum sustinere queant. Flagello pleriq; & communiter, calcaribus verò paucissimi, vtuntur. Communiter vestibus oblongis ad talos vsque protractis bombice lanauè sufferitis vtuntur. Collocandis castris amplissimum locum eligunt, vbi fortè locus natura sit munitus ea non curribus, sed vepribus sentibus, arbutisq; circumtexunt, in muri similitudinem, præstantiores in medio tentoria sua erigunt, reliquæ verò multitudinis vulgus ex arbutis casas conficiunt, quidam etiam arbusculas siue arborum frondes, in modum arcus incuruant desuperq; pennulis tegunt, equos ad pascua pellunt, quorum causa tam latè disiuncta castra collocant. Tempore conflictus tubicines multos habent, ij dum gentili more omnes in simul dissonante melodia tubas inflant, mirus ac inusitatus quidam clangor auditur, commissuri cum hostibus certamen plus spei in multitudine quam robore militum ponunt, semperq; eminus hostes à tergo adorire & circumuenire student, sed campestre certamen rarissimè eis prosperatur, plurimis enim & diuersis armis se verius onerant, quam armant, externi verò consilio magis, quam armis tecti paruis copijs cum eis congregiuntur.

*Castra Moschorum.*

Arces & omnes munitiones strenuè & obstinacissimè propugnant.

DE CONSVETVDINE MORIBVS QVE MOSCHOUITARVM. Caput IIII.



Hæc omnis gens Moschouitica siue Rutena, magis seruitute quam libertate gaudet, cuius egregium executorem Principem proprium habent. Omnes enim passim cuiuscunque conditionis sint (nullo respectu personarum habito) grauissima seruitute præmuntur, prout inferius in gestis Moderni Principis dicitur. Nobiles, Magnates, Præfecti, Primoresq; & Consiliarij omnes Chlopos se, id est, abiectissimos & vilissimos seruos magni Ducis fatentur, & bona sua omnia mobilia & immobilia, quæ propriè possident, non sua sed magni Ducis esse dicunt. Vt autem equester ordo à magno Duce, sic etiam plebeius ciuilibsq; à Nobilibus & Magnatibus grauissimè præmitur, colonorum enim bona & ciuium, militum & Nobilium prædæ exposita sunt, & per contemptum nigri homines, siue Christiani communiter appellantur. Sex dies coloni in septimana dominis suis laborant, septimus verò dies priuato labori conceditur, neq; hi strenuè laborant nisi benè verberati. Habent autem à dominis suis certos attributos agros, & prata ex quibus viuunt, tributaq; annua soluunt. Artifices secundum præscriptum paruo laborem suum vendunt. Cumq; annonæ caritas in pretiū concedit, tunc artifices exiliori tenuiori q; in pretio sunt, adeo vt vix panem ipsum pro labore vnus diei (quamuis strenuo) acquirere possint. Ciues quoque & mercatores grauissimis & intolerabilibus tributis, & exactiōibus adinuentitijs onerantur, quas hic recensere longum esset: Quod si magnus Dux aliquem mercatorum argenti auriue paulò ditiozem à delatoribus (quorum plena curia est) rescuerit, tunc eum sibi præsentari iubet, & crimine falso commentito dicit, delatum est ad nos tuum sceleste facinus, ideò vt criminosis punieris, si autem accusatus obtestaretur se innocenter accusatum, tum magnus Dux respondere solet anima testium, qui te accusauerunt sciant mea verò nihil refert. Confestim ergo iussu Principis arripitur, & tam diu verberatur, donec præscriptam summam monetæ argentæ, magno Duci numeret.

*Seruitum Moschouitarum.*

Est autem hic mos apud Moschouitas receptus, quod omnes debitores qui alienum æs conflauerunt, non habentes vnde creditoribus suis redderent, ex legis præscripto in locum certum & publicum, ad id ordinatum ducuntur, ibique à seruis Prætorianis flagris baculisq; per suras & crura pedum, grauiter absq; vlla misericordia coguntur, tam diu donec vndecunq; accipiendum sit, creditoribus sua reddere cogantur.

*Debira exigendâ mos.*

tur, quod si soluendo non sufficerent, tunc verberibus multotiens exagitati creditoribus secundum valorem debiti seruire coguntur. In hūc quoq; locum omnes coram magno Duce, per contumeliam accusati ducuntur, & si ditiores fuerint, cuiuscunque conditionis, tam diu verberātur, donec imperatam pecuniam (quamuis vnquam debitā) magno Duci soluant. Omnes communiter seruos emptos aut captiuos habere solent, quos morituri frequenter manu mittunt. Illi tamen continuo seruituti assueti, alijs dominis pecunia accepta in seruitutem se vendunt.

Liberi etiam serui qui dominis suis pro pretio seruiunt, non possunt quando velint à Dominis se abdicare, si enim absque domini voluntate aliquis abierit, ab alio domino infamulatum non assumitur, nisi fuerit à domino cui primo seruiuit, vel ab amicis se pro fidelitate eius obstringentibus commendatus.

*Dus patris  
in filium.*

Pater etiam habet potestatem filium quater vendendi, ita vt semel venditū quocunque tandem modo liberatum, vel manumissum, rursus atq; iterum iure paterno eum vendere possit. Post quartā autem venditionē nihil iuris amplius in filiū habet.

*Verbera  
seruis  
etiam.*

Seruitores in dominos suos plerumq; conqueruntur, quod ab eis probè non essent verberati, credunt enim se dominis displicere, signumque indignationis esse, si non frequentius verberentur, obiurgarenturq;.

*Mulierum  
conditio.*

Prout autem viri à magno Principe seruitute aggrauantur, sic etiā apud viros suos mulierum conditio miserrima est, nulla enim honesta & pudica creditur, nisi domi conclusa viuat, adeò vt nusquam exeat, domi autem manentes telam fabricant, & filant, nihil prorsus iuris autoritati sue in ædibus habent, omnes enim labores domesticos serui absoluunt, non verberatæ à maritis plerumq; cōqueruntur, & odio se persecutas dicunt, verberatq; signū amoris putant. Basilicas rarò, rarius etiā ad amicorum colloquia, commestationesq; nisi omni suspitione carerent, vtpote effætæ admittuntur. Certis tamen & festiuis æstate diebus, hanc prærogatiuam exhilarandi animi gratia habent: Omnes communiter cum filiabus in campis viridiferis deambulant, ibiq; super quadam trabe, duabus fines trabis occupantibus, alternatim sursum ac deorsum mouentur, aut frequentius funem in medijs circuli modum duobus stipitibus appendunt, de superq; insidentes hinc & inde impulsæ feruntur. Postea quibusdam certis cantilenis manibus pedibusq; complodentes, capitibusq; frequentius mouentes sese oblectant, vel manibus se inuicem tenentes & simili modo canentes choreas in gyrum ducunt. Hæc autem consuetudo præcipuè circa festum Petri & Pauli Apostolorum aliquot hæbdomadis, ab omnibus Rutenis promiscuè obseruatur.

*Aedificia.*

Aedes ferè omnes apud Moschouitas, tam in pagis quàm in ciuitatibus in subedificatis promptuarijs celarijsq; supernè locantur, ad quas per gradus ascenditur. Quamuis autē vestibula ædium satis ampla & alta habeant, fores tamen habitationū humillimas faciunt, Ita vt ingressurus quispiam inclinare & demittere se cogatur. In singulis habitationibus imagines Diuorū in tabulis pictas loco honorificètiore sitas habent, præcipuè autem diui Nicolai, passionis Christi, Mariæ virginis, & S. Petri: hasq; maximo honore prosequuntur, & pro Penatibus venerantur, cum autem vnus alium accedit, ingressus habitaculum non statim Dominum domus salutatur, sed continuo caput aperiens, vbi imago sit diligenter circumspicit, qua visa cum magna reuerentia, ter se crucis signo caput inclinando munit, dicens: Iesu Christe filij Dei viui miserere nostri. Postea porrectis sibi manibus alterutrū sese inuicem salutantes deosculantur, capitaq; more patrio frequentius inclinant, id autem tam viris quam mulieribus peculiare est, in congressu de omni consanguinitatis familia alterutrum percontari, an recte pater, mater, vxor, filij, fratres, &c. valeant, post vnam quamq; interrogationem, & responsonem caput multoties inclinantes, maximeq; mutuo se inspicientes obseruant vter magis se inclinaret, & ita frequentius caput alternatim inclinando de honore concertant, hospes tandem discessurus ter se signat cruce priora verba reuerenter proferens, salute alterutrum data abit. In honore captando venandoq; mirabilibus & superstitiosis ceremonijs vtuntur. Tenuioris etiam fortunæ hominibus, intra portam alicuius

*Imagines  
domestica.*

*Hospitalitas.*

*Honoris  
cupidas.*

alicuius præstantioris viri equitare non licet. Insigniores domini & consiliarij, vulgares etiam nobiles intra priuatos parietes quotidie delitescunt, & in publicum rarius prodeunt, eò quò maiorem auctoritatem suiq; obseruantiam, apud populum captarent, nullusq; nobilium ad quartam vel quintam domum pedes progreditur, (quod & Lituani quidam assuescere cæperunt) nisi equus subsequatur, idque non propter vsum, sed ostentationis causa faciunt. Nobilis quamuis egenus & pauper fuerit, tamen ignominiosum sibi putat si manu laboraret.

Præfectorum pauci auctoritatem habent, vltimo supplicio reos plectendi, omnes enim causæ & controuersia in Moschouiam ad magnum Ducem consiliariosq; suos defferuntur. Ex subditis nemo aliquem torquere audet, cuiusuis enim conditionis malefactores magnus Dux vel Consiliarij principales morti adiudicare solent. Pauperibus non semper patet ad magnum Ducem aditus, sed ad Consiliarios isque difficilimus, vnde omnis iustitia magna ex parte tenuioribus venalis fit.

*Malefactorum in dicitur.*

Consul siue Prætor, qui personam iudicis obtinet, à magno Principe in vnaquaq; principali ciuitate ordinatur, gentiliter Ocolnik dicitur.

Vestibus omnes oblongis absq; plicis ad talos demissis vtuntur, præcipuè verò lazurini vel albi coloris. Pileos albos apicatos crustatosq; ex lana coacta gestant, ocreis omnes ferè rubeis, ijsq; breuioribus, quæ genua non attingunt vtuntur, quarum soleas in digitis paululum erectas clauiculis ferreis muniunt, indusi varijs coloribus sericeis circa collum exornata apud præcipuos, auro intertexta gestant, eaq; monilibus gemmis vnionibus seu globulis argenteis aut cupreis de auratis exornant. Cruces argenteas vel aureas lapidibus pretiosis exornatas præstantiores, vulgus verò ferreas, vel cupreas, pro sacramento quodam collo appensas gestant.

*Habitus Moschorum.*

Omnes autem & singuli suæ conditioni vestibus conuenientibus ex præscripto mandatoq; magni Ducis vtuntur, nam tenuioris fortunæ vulgarisq; familiæ hominibus vestes pretiosiores elegantioresq; sub graui pœna prohibentur. Si autem aliquem humilioris familiæ virum elegantius vestitum conspiciunt, proditorem perfidumq; eum appellant, & suspicionis notam ei inurunt, dicentes: perfide vnde tibi talis vestitus, more dominorum (Polonos enim & Lituanos dominos appellant) vestiris, & ad eos deficere perfidiosè moliris, tu enim pro huius vestis pretio non sufficis. Statim ergo accusatus grauissimè vt suspiciosus punitur. Alius itaque tenuioribus nobilibus, alius consiliaribus & magnatibus, alius ciuibus & colonis habitus est præscriptus, secundum vniuscuiusque dignitatem, conditionem & rei familiaris opulentiam.

*Secundum conditionem personarum habitus.*

In thesauro etiam magni Ducis vestes plurimæ elegantes, ad id sunt repositæ & confectæ, vt cum aliquando triumphus celebratur, vel cum legatus alicuius Principis excipitur, tunc omnibus & singulis aulicis suis magnus Dux illas vestes ad tempus accomodat. Cæteri quoq; nobiles ad conuiuia amicorum nuptiasue celebrandas profecturi, vel si alicuius diuini festum solenne occurrerit, tunc volentes solennius elegantiusque vestiri, de magni Ducis thesauro vestes sibi accomodant, certo pretio secundum temporis spacium pro vsura vestis attributo, & deinde easdem absq; detrimento cum vsura præscripta Thesaurario restitunt, quod si aliquantulum vestis commaculata fuerit, tunc vsurpator secundum æstimationem pecuniam pro ea numerare cogitur, verberibusq; ne id in posterum admitteret corrigitur. Ad Regem Poloniae etiam, vel ad alios externos Principes, Moschouia Princeps Oratores missurus, omnibus aulicis & nobilibus cum legatis proficiscentibus, vestes solenniores, arma, & id genus ornamentorum ex thesauro suo ad vsurpandum sub prætextu soluendæ vsuræ accomodare solet, administratorq; horum substituitur, qui omnia ornamenta vnicuique secundum ordinem quotiens opus fuerit distribuit, rursusque ea ab eisdem recipit & reseruat, ex legatione tandem reuersi certam pecuniam pro vsurpatione vestium & cæterorum ornamentorum secundum pactum magno Duci numerant, vestesque restitunt, quod si aliquis ornamentum accomodatam commaculauerit, tunc verberibus emendatus, illud soluere cogitur.

*Vestes magni Ducis copiosas habet pro suis aulicis.*

*Legatorum expeditio.*

M O S C H O V I A E

Hic mos apud omnes Ruthenos & Moschouitas, quotannis certis diebus obseruatur, adolentes pueri plurimiq; viri vxorati, extra ciuitatem pagum uè in locum amplum & eminentiorem confluunt, vnde ab hominum congregatione videantur, ibiq; quibusdam sibilis & vociferationibus (secundū gentis morem) signo dato concurrunt, manusq; absq; vllō armorum genere conferunt, certamen, pugnis, pedibus, magno cum impetu faciem, pectus, ventrem, & genitalia vtrinq; quatientes, incunt, sæpeq; inde semiuui plerumq; etiam mortui exportantur. Hoc autem certaminis genus ideo institutum dicunt, vt adolentes asuescant verbera pati, & quoscunq; impetus perferre.

DE MAGNI MOSCHOVIAE DVCIS, IOANNIS  
Basilidis Tyrannide. Caput V.



Ab soluto breuiter situ Regionū Russiæ, magno Moschouix Principi subiectarum, Religione, moribus deniq;, & consuetudine gentis, de moderno Principe Moschouix Ioanne Basilide eiusq; Tyrannide quædam dicenda nobis restant. Sed antequam rem ipsam aggrediemur, pauca de titulo illius quo vtitur, lectori haud aspernanda præponemus.

A tempore Ruriczki primi Nouogrodix magnæ Ducis, de quo superius dictum est, omnes ferè Principes Russiæ non alio titulo quam magnorum Ducatum, Wolodimirix vel Nouogrodix magnæ, vel Moschouix utebantur, vsq; ad Basilium Ioannis Magni, patrem moderni Principis Ioannis Basilidis, de quo hoc nostrū propositum est. Hic enim Basiliius rebus suis fœliciter procedentibus, & filius eius post eum modernus Princeps titulum & nomen Regium plurimorumq; magnorum Ducatum sibi vindicare cœperunt in hunc modum. Nos Magnus Dominus, Rex & magnus Dux totius Russiæ, Ioannes Basilides, magnus Dux Wolodimirix, Nouogrodix magnæ, Moschouix, Pskouix, Smolenkix, Thuerix, Iugariæ, Permiæ, Viatkix, Bulgariæ, Rex Casaniæ, Astrahaniæ, dominus & magnus Dux Nouogrodix inferioris, Czernihouix, Rezaniæ, Wolochdix, Rso uia Bielloix, Rostouix, Iaroslauix, Poloczkiæ, Biellozierix, Vdoriæ, Obdoriæ, Condiniæ, Dominus Seueriæ, Liunionæq; & magnarum Regionum Orientem, Meridiem, Septentrionem & Occidentem versus, Dominus legitimus hæres & successor.

Titulus  
Moschouix  
Ducis.

Nunc autem multi eum Imperatoris titulo, præcipuè verò Germani venerantur, qui deductionem verbi Czar Slauonicæ linguæ ignorantes, pro Rege imperatorem ponunt. Quid igitur hoc nomen Czar in Slauonico sonaret, breuiter exponemus. Czar, hoc verbum in Ruthenico idiomate, Regem, Czarstuo verò, Regnum significat, & hoc nomine Moschouitæ Principem suum, Regem totius Russiæ appellant. Ceteri autem Slauones vtpote Poloni, Bohemi, Lituani, & cæteri, qui ab idiomate Ruthenico diuersi sunt, alio nomine Regem appellant, scilicet Krol, alij Korol, & Kral, hoc verò nomine Czar solum Imperatorem appellari existimant, vnde & Rutheni ipsi Moschouitæq;, audientes ab externis nationibus hoc nomine Imperatorem significari, & ipsi Principem suum Imperatorem Russiæ appellare cœperunt, nomen Czar dignius esse quam Regis (licet idem sonet) putantes. Sed in omnibus Ruthenorum tam sacris quam prophanis literis, Czar Regis, Kesar verò Imperatoris nomē repræsentat. Sic quoq; Rex Thauricæ Tartarus, Præcopensis Czar, id est, Rex nuncupatur, & omnes Reges Tartarorum hoc nomine efferuntur, sed plurimi ignorantia huius vocis decepti, omnes Reges hoc nomine Czar vocatos, Cæsares, hoc est, Imperatores esse putant. Alij quoque Principem Moschouix album Cæsarem, Præcipuè verò subditi sui appellant, id est, Regem vel Imperatorem Russiæ albæ. Russiæ etenim vt supra dictum est, Moschorum Duci subiecta, Alba dicitur, ea verò cui Polonorum Rex præest (quamuis & Albæ partem possideat) nigra appellatur Russiæ. Vel etiã ideò dictum esse Regem Album Moschorum Principem existimo, quod in colæ omnium Regionum

Czar di-  
tioni re-  
gem signi-  
ficantis  
exposita.

num ipsius imperio subiectarum, vestibus albis & pileis plerumq; vtantur. Porrò Basilius moderni Principis parens, ad Romanum Pontificem & Imperatorem, ad Reges itidem Daniæ & Suetiæ, Magistrumq; Liuoniæ, & ad Turcam scribens, Regis titulo vtebatur. Ad Regem autem Poloniæ nunquam Regis, nisi magni Ducis titulum præsumebat. Nunc verò præfens magnus Dux Moschouix, & ad Regem Poloniæ (quod pater non faciebat) Regis titulo vtitur, sed à Polono nunquam nisi magni Ducis titulo honoratur.

Hic Princeps Moschouię Ioannes Basiliades imperio quod in suos exercet, omnes facile vniuersi orbis Monarchas superat, nam autoritate sua (vel potius tyrannidè) tam in spirituales quam in seculares & cuiusuis conditionis homines vtitur, liberè & ex voluntate sua de omnium & vita & bonis (nemine obstrepente) constituit, consiliarium enim nullus est apud eum tantæ autoritatis, qui dissuadere aut sibi in re aliqua quamuis iniustissima resistere audeat. Omnes deniq; tam proceres quam consiliarij, & totus equestris & spiritualis ordo, fatentur publicè voluntatem sui Principis, voluntatem Dei esse, & quicquid Princeps quamuis perperâ egerit, ex voluntate Dei agere. Ob id etiam clauigerum & cubiculariũ executoremq; voluntatis Diuinæ eum credunt esse. Vndè & Princeps ipse si quando præces cõsiliarium interponuntur ad se pro re aliqua idonea, respondere solet, cum Deo placuerit, vel si Deus iusserit, faciam. Ita quoq; si de re aliqua incerta & dubia Moschouitas interrogaueris, cõmuniter secundum consuetudinem respondent, Deus nouit & magnus Dux, vel Deus sic voluit & magnus Princeps. Denique in computationibus vnus ad alium præbicans, primo salutem magno Duci, omniaq; fausta & foelicia nomine proprio eum appellantes, & titulos Regionum enumerantes exoptant, idem ante & post prandium omnes & singuli optare solent. Etsi aliquid peruersè pessimèq; & cum Reipub. dispendio Princeps fecerit, ab omnibus tanquam res foelicissimas & vtilissimas gesserit laudatur. Affinibus cognatisq; suis nec arces ad legitimè possidendum permittit, nec confidit, solummodo aliquos secundum arbitrium suum qui sibi placuerint arcibus & possessionibus certis proponit, & tandem illis qualibet de causa infensus, omnia vt sua adimit. Ex plebeijs equites, Palatinos, & Consiliarios plerumq; secundum voluntatem suam nullo repugnante facit, ex consiliarijs deinde siue equestris ordinis hominibus plebeios, omnibus bonis illis ademptis & publicatis reddit. Eodem modo Metropolitans, Episcopos, Abbates, Prioresq; Monasteriorum suo iudicio eligit & deponit, omnes iuxta durissima seruitute præmit, prout supra in expeditione bellica consuetudineq; gentis latius diximus.

Sed cum hæc tota gens Moschorum Duci subiecta magis seruitute quam libertate gaudeat, incertum est an suis moribus conformem tantum Tyrannum exigant, à quo insolentia eorũ domaretur. Nam hoc plerumq; in illis Regionibus obseruatur, quod serui apud Dominos, & vxores apud viros gratiam, si ab eis frequentius verberentur habere, & amore se profecutos dicunt. Contra si in eos non animaduertitur, vllum signum amoris in se exhibitum conquiruntur, & non solum serui sed & plerique nobiles, magni viri & consiliarij, frequenter à magno Duce absq; vlla dedecoris nota publicè siue priuatim baculis verberantur. Illi verò tunc temporis amoris signum Principem in se exhibuisse gloriantur, verberatiq; gratias Principi agunt, dicentes: Sanus tu sis & incollumis Domine, Rex & Dux magne, quod me seruum rusticumq; tuum verberibus emendare dignatus sis. Qua ratione, probatur eos suis moribus conformem Dominum (velut quondam Ranæ Regem Ciconiam) necessario exigere. Sed his Moschorum Princeps Ioannes Basiliades leges huius Tyrannidis supra modũ (iusticia iudice) excedere videtur, qua non solum prædecessores suos (qui id secundum morem & consuetudinem gentis faciebant) superauit, Sed illos omnes Tyrannos, qui ante & post Christum ad hæc vsque tempora fuerunt, vtpotè Neronem, Valerianum, Dionisium, Decium, Maximinum, Iulianumq; & cæteros omnes.

Hi etenim quamuis etiam sæpius Tyrannidem nefandam exercuerint, attamen

*Autori-  
tas magni  
Ducis.*

*Seruitus  
Moschorũ  
tarum.*

*Amplif-  
catis Ty-  
rannidis  
Moschorũ  
Ducis.*

M O S C H O V I A E

aliquanto tollerabiliorem, sed in hoc Principe tãtam Tyrannidem dictu miram, breuiq; temporis interuallo crudeliter perpetrata[m] videre licebit, quam nos bona fide conscriptam Lectori benigno offerimus.

INITIVM TYRANNIDIS MOSCHORVM PRINCIPIS

Ioannis Basiliadis.



Nno partæ humano generi per Christum salutis, supra Millesimũ Quingentesimum Sexagesimo: Ioannes Basiliades magnus Moschorum Dux, postquam Poloczko Arcem & ciuitatem celebrem Lituanis ademisset, rei prosperè gestæ successu elatus, in quandam insolentiam prolapsus est. Inprimisq; ad ea quæ pater, auusq; suus inceperant continuanda, & perficienda, animum apposuit: omnes nimirum Principes & alios quosuis Magnates castris, possessionibus & munitionibus exuere, Postea omnes magnarũ & antiquarum familiarum viros, quos suæ tyrannidi contrarios cernebat trucidare, de medioq; tollere cæpit. Huius igitur cædis & tyrannidis à magno viro Omecinino, Demetrio nomine ( filio illius Omecinæ olim tutoris sui, qui in Starodubarce captus, Vilnæ Lituaniæ Metropoli in vinculis mortuus est ) exordium sumpsit, hoc modo. Inuitauit eum sub amicitia prætextu ad cœnandum secum, ibiq; inter comptandum ipse magnus Dux vas quoddam ingentis capedinis impletum mellis liquore, illi Omecinino pro fanitate sua, ( prout gentis mos est ) vno haustu iam temulento ebibendum obtulit, qui iam ferè potu oppressus, ne medium quidem ebibere potuit, qua de causa magnus Dux perfidiam ei exprobrauit, dicens: Siccine mihi Domino tuo cuncta bona exoptas? Siccine me Principem tuum clementem diligis? Sed quia hic præbibere pro salute mea noluisti, ad cellarium meum vbi varij potus reconduntur vade, illicq; pro incollumitate mea præbibes. Ille miser iam ebrius, verbis placidis magni Ducis, quasi fidelibus deceptus, ad cellarium cum his qui ad eum occidendũ erant subornati perrexit, à quibus ibidem crudeliter suffocatus est. Postridie verò ad domum prædicti Omecinini magnus Dux ( quasi rei ignarus ) misit, mandans vt ad se veniret, vxor verò sua respondit, maritum hesternæ die ad magnum Ducem cœnatum profectum esse, & ab hoc tempore adhuc domum non rediisse, sic igitur res vbi fuerit, vel quo abierit prædictus Demetrius Omecininus in dubio stabat. Hæc autè præcipua causa necis eius erat: Fouebat quendam iuuenem magnus Dux Theodorum nomine, Bosmani cuiusdam nobilis filium, cum quo Sodomiam contra opus naturæ ( dictu nefandam ) explebat, cum isto prædictus Omecininus quadam die ad iurgia deuenit, inter iurgandum autem ( vt fit ) hoc nefandum facinus ei exprobrauit, dicens: tu Sodomia turpi Principi inseruis, ego verò ex magna prosapia ortus, semper cum prædecessoribus magna cum laude & Reipub. vtilitate Principi seruiuo. Ille igitur iuuenis tali ignominia affectus, ad magnum Ducem flens venit, Omecininumq; talia sibi exprobrasse accusauit. Et ab hoc tempore magnus Dux insidias struere cæpit, quo modo Omecininus de vita tolleretur, donec voti compos effectus est.

Porro hoc clanculario furtiuoq; mortis genere, plurimos magni nominis viros iugulare suffocareq; procurauit, nemine contra talia ne quidem mussitare audente, donec Metropolitanus ipse re considerata, Episcopi q; & omnes equestres viri, ad eum conuenerunt, expostulantes & interrogantes, quam obrem sic innocenter populum suum, insignesq; viros, absque vlla criminis nota de medio tolleret, quorum conuentu & persuasionibus per semestre anni spatium humanior, & quasi mäsuetior effectus erat. Interea tamen cogitare & moliri cæpit, quo pacto suæ Tyrannidi conformes seruos & aulicos, quorum opera in explenda crudelitate vteretur conduceret & conscriberet. Finxit igitur se iam velle imperium abdicaturũ, & Monasticam vitam religiosè in pace transacturum, filiosq; imperio præpositurum. Conuentu itaque generali celebrato, nobilibus & proceribus imperij dixit. Ecce habetis duos filios meos legitimos

hæredes

Initium  
Tyranni-  
dis.

Moschus  
tyranni-  
dem mol-  
tur.

hæredes, qui vniuerso imperio nostro præerunt. Vos verò omnes obedientiam suam & operam illis in iuuando Regimine, & defendendis finibus imperij præstabitis, si autem aliquid grauius acciderit, ad me consilium deferre, cum non longè à vobis in Monasterio abfuerim. Confestim ergo per amplam aream extra ciuitatem Moschouiam delegit, & curiam in ea amplissimam cum innumeris ædificijs muro cinctam erigere fecit. Qua extructa arces præstantiores cum opimis annuis redditibus, ex vniuerso imperio delectu habito sibi specialiter (sub prætextu monasticæ vitæ ducendæ) appropriauit. Cum itaq; in curia prædicta omnibus necessarijs munita & prouisa, quasi imperio abdicato filijsq; cōcesso, seorsue maneret ingentem facinoratorum manum qui suas partes sequerentur satellitumq; coegit, & ad pristinum propositum quod nuper statuerat de excidendis de medio, tolendis antiquarū familiarum principibus viris redijt, ad omnesq; & singulas arces, quarum præfectos, magni nominis viròs occidere proposuit, Sexaginta plusue aliquando ex suæ factionis satellitibus, equites, quasi præsidarios cum literis misit, qui in arce tam diu sub prætextu præsidij manebant, donec eius præfectum à Principe neci designatum inopinatè opprimerent, & membratim diffecarent. Et cum iam aliquem ex ijs Principibus viris occidit, tunc & omnes cognatos, affines, fratres, & omnem deniq; Progeniem, occidere & funditus extirpare facit. Et hoc modo plurimas Principales familias, monasticam vitam ducens, exterminauit, & postea imperium vt & prius administrare cepit.

Moschorum  
Imperium  
malicosè  
abscit.

Moschorum  
satellites  
malicosè  
conferbit.

DE ROSTOVIENSIS DVCIS NECE.



Vcatus Rostouiensis, cuius superius mentionem fecimus secundo genitis, magnorum Ducum Russiæ, attributus erat. Hunc etiam Basilius magnus Dux vt & cæteros sibi appropriauit, hæredibus subiugatis parua redituum portione concessa. Ex his Ducibus vltimus erat relictus hæres Petrus nomine, Præfectus Nouogrodie inferioris, quem modernus magnus

Moschorum Dux cum progenie sua de medio sustulit hoc modo. Quadraginta equites factionis suæ in Nouogrodiam inferiorem destinauit, quibus vt sibi caput præfecti prædicti Ducis Rostouiensis abscisum, attulerint mandauit. Illi igitur equites prædictum Ducem in Ecclesia orantem præuenientes, sic allocuti sunt: Domine Rostowski mandato magni Ducis à nobis nunc capieris. Ille confestim mandato audito baculum quem manu gestabat in terram abiecit, innuens se officium cui præpositus erat iam abdicare, nam Princeps Moschouicæ cum aliquem nobilium in officio præponit, tunc illi in manum baculum dare solet, quo significatur, vt ei in omnibus velut Principi obtemperaretur, Tandem cum aliquis officio degradatur, tum baculum illum in manus Principis vel eius vices gerentis reddere solet. Cum itaq; in Ecclesia prædictus Dux Rostouiensis caperetur, vestibus spoliatus est, et nudus velut matris aluo egressus staret, postea in trahæas vinculus positus & alligatus est. Cumq; iam tribus miliaribus à Nouogrodia auectus esset, illi qui eum vhebant ad flumen Wolgam substiterunt, Dux verò vinculus quare starent causam percontabatur, qui se equos velle adaquasse dicunt, ille contra, non equis hanc aquam sed mihi (quasi mortis præsciis) bibere, & nunquam ebibere, respondit. Confestim ergo præfectus equitum ei iacenti caput securi amputauit, cadauer verò in flumen gelu concretum mersum est. Cum autem caput illius Principi allatum est, ipse Princeps manu & capite nutans dixit, ach caput caput, multum sanguinis viuum existens effudisti, (bellicosissimus enim extitit) & nunc mortuum eundem effundes, his dictis fremens pede illud trusit, & in profluente abijcere iussit, postea omnes amicos & totam progeniem quinquaginta hominum funditus erradicare excideretq; (possessionibus omnibus eorum publicatis) fecit, seruosq; eius præcipuos quaterdenos vinculos in carcerem intrusit.

Rostovici  
captur.

Tyrannus  
ingens.

Hæc tota gens Moschouitica id à natura ipsa inditum habet, vt sese alterutrum qualibet de causa per phas siue nephas accusarent, contumeliosq; varijs se inuicem afficiunt, & res suas vnus in alterius domum clanculum frequenter iniijt siue importat,

Moschis  
contume-  
lantiis.

easdemque furto sibi ablatas dicit. Magnus verò Dux cum vnus alium qualibet de re accusat, libenter audit, iam etenim occasionem occidendi illius qui accusatur habet. In curia autem illius quando conuentum, vel aliquid tale celebrat, vel mortialiquem adiudicat destinatur, neq; submissa neq; clara voce aliquid cum socio musites, nec rideas, nec festiuum hilaremq; vultum præseferas, confestim enim interrogaberis cur rides? cur hilaris es? &c. sentis tu aliquid cum inimicis magni Principis, continuo igitur à delatoribus coram magno Duce accusatur, accusatus verò iussu Principis, nulla purgatione criminis obiecti concessa à satellitibus arripitur, atque membratim dissectatur, aut in aquas capite auulso projicitur.

DE IOANNIS PIOTROVICZ, PALATINI SUPREMI  
*Moschouia falso accusati, crudeli nece.*

**A**Nno virginæ salutiferi partus supra Millesimum Quingentesimum Sexagesimo octauo. Cum Rex Poloniae Sigismundus Augustus, Magnus Dux Lituaniæ, ad campos Radoscouicenses cum vniuersis Lituaniæ viribus in castris esset, fines Moschouiticos inuasurus: Magnus Moschouia Dux in Wielikieluki ciuitate cum præfidiarijs copijs tunc temporis excubabat, postea cum Rex Poloniae ex castris re infecta & intentata discessisset, Magnus Dux in Moschouiam ciuitatem reuersus est, & ibi progressum quendam nobilium suorum sibi contrarium offendit. Præcipue verò quidam magni nominis vir Ioannes Piotrouicz, Palatinus principalis, & vices gerens Moschouia apud eum, per delatores falso & contumeliosè accusatus est, quasi ille magnum Ducatum ambiret, quem magnus Dux confestim nulla purgatione criminis obiecti audita omnibus bonis, mobilibus & immobilibus spoliare fecit, ipsumque in bellum contra Tartaros proficiscere iussit. Ille miser omni suppellectili spoliatus ne equum quidem, in quo ad id præscriptum bellum proficisceretur relictum habuit, Monachus tamen quidam eius miseriæ condolens, equum ei accomodauit, in quo contra Tartaros mandatum Principis adimplens, solus tantum (qui nuper catetua seruorum commitabatur) profectus est. Ex bello tandem reuersus, ad magnum Ducem citatur, omnesq; nobiles & cæteri magnates ad tempus designatum in Moschouiam conuocantur. Prædictus igitur Ioannes Piotrouicz ad tribunal citatus, vxori, liberis, cæterisque affinibus, valedicens, necis futuræ præsciis, Magno Duci se præsentauit. Statim ergo ab ipso Principe ornamentis Ducalibus, Diademate, & Sceptro, solenniter insignitus in sede siue Maiestate Regia ad id erecta collocatur, cumq; iam sic insignitus & ornatus sederet, omni conuentu nobilium & magnatum circumstante, ipse magnus Dux coram eo stans, capite ad aperto, quasi honorem exhibens, caput & genua (secundum morem gentis) inclinabat, dicens, Ave magne Dux & Monarcha Russiæ, en obtinuisti quod affectabas, en habes quod ambiebas, voluisti enim in locum meum magnum Monarchatum Russiæ (sic enim falso accusatus erat) succedere, en ego ipse te iam magnum Ducem solenniter creauit, sed sicut habui potestatem, te magnum Ducem creandi, ita etiam potens sum te hac de sede & dignitate degradandi, his dictis, cultellum oblongum, siue pugionem ipse in cor eius aliquoties infixit, omnisque turba nobilium circumstantium in eum sic crudeliter pugionibus & cultellis sæuebat, quoadusque omnia viscera & præcordia ex eo in terram profuerent. Cadauer tandem crudeliter vulneribus confectum, ex arce in forum extractum est. Deinde omnes seruos eius præcipuos laqueis iugulare, trucidare, & aquis obruere mandauit. Tandem in arcem Columna, quam prædicto Ioanni cum omnibus prouentibus, olim concesserat, profectus, omnes quotquot in ea arce & ciuitate ad trecenta plusue hominum inuenit, aquis immergere, trucidareque fecit, dicens: Occidite, iugulate, aquis obruite hos malefactores, sentiebant enim cum inimico meo periuro & perfido. Postea per integrum

*Judicium  
Tyranni.*

*Crudelis  
Tyranni.*

grum ferè anni spatium possessionis prædicti Ioannis ciuitates, & villas, vastabundus igne & ferro peragrabat, vbi verò nobiles subditos huius Ioannis, siue Boiarones, (erat enim magnus homo habens sub sua ditione alios nobiles) offendit, hos omnes in vnam habitationem coactos & oclusos succendere iussit, pulueribus, tormentarijs subpositis, omnesq; vi accensi pulueris in aërem velut aues volantes eijciebantur. Iumenta, insuper omnis generis ad canem & felem vsque in frustra membratim disseccare, proterere & in nihilum conuertere, villas & prædia, igne succendere cineribusque commiscere fecit, vxores verò horum nobilium, & virgines coram se turpiter constuprandas satellitibus exposuit, postea easdem in frustra disseccare mandauit. Colonorum autem & infimæ conditionis coniuges vestibus spoliatas, in syluam nudas perinde vt matris a luo egressas, vel vt brutum pecus agere iussit, in syluis autem satelites latentes subordinati erant. Cumq; illæ miserimæ mulierulæ syluæ appropinquarent satellites, cum impetu in eas irruerunt, cedentes & varijs plagis afficientes, illæ timidæ per campos & syluas pallantes & idemtidem discurrentes omnia fletibus & eiulatu complebant. Sic itaq; omnibus possessionibus prædicti Ioannis Piotrouicz olim Palatini Moschouia deuastatis, & funditus extirpatis vxorem eius in Monasterium intrusit, progeniem autem eius, totam denique familiam à paruo ad minimum eradicaui.

CANCELARIO SVO QUID FECERIT.



Eodem supradicto anno trucidato tam insigni viro cum tota familia sua, Cancellarium suum Kozarin Dubrowski dictum, falso accusatum (quasi ille subditis nobilium siue Boiaronum, largitionibus corruptus tormenta bellica in suis curribus & equis ducere non iuberet, prout mos est, & quod solummodo magni Ducis id munus obirent) crudeliter hoc modo trucidauit: Satellitibus suis mandauit, vt in domum prædicti cancellarij impetū facerent, ipsumq; membratim (quamuis criminis non conuictū) disseccarent, quod & dictu otius executum est, nam satelites inopinatè ipsum cancellarium cum filijs duobus membratim securibus ad mensam sedentem crudeliter disseccarunt, disseccatosq; in puteum qui in medio eiusdem curiæ erat proiecerunt. Superfuit autè adhuc huius Cancellarij filius tertius, qui hoc die quo Pater suus occisus est, ad conuiuium quoddam inuitatus profectus erat, cumq; de patris tam crudeli fratrumq; nece audisset, in domum amplius redire non audebat, sed per integrum ferè annum, idemtidè præ timore vagabundus circumambulabat. Cum verò nunciatum esset magno Duci adhuc vnum filium Cancellarij Kozarini superesse, iussit eum per omnes regiones & ciuitates tam diu inquirere, donec inueniretur, quem captum & in Moschouiam adductum, magnus Dux quatuor ingentibus rotis ad id excogitatis, in quatuor partes disrumpere fecit. Est autem hoc instrumentum quatuor Rotarum ab hoc magno Duce moderno pro cruciandis hominibus adinuentum, ad primā rotam vna manus, ad secundam altera, eodè modo vterq; pes ad cæteras duas rotas alligatur. Singulas verò rotas quindecim viri trahunt, tunc ibi & si ferreus vel Adamantinus homo fuerit, à sexaginta viris transuersim crudeliter tractus disrumpitur, & membratim dilaceratur. Ipse autem præsens ad hoc supplicij genus spectare solet, cumq; iam aliquis eo inspiciente sic disrumpitur, gentili voce saltado hoyda, hoyda, proferens vociferare solet, quasi aliquod opus egregiū perfecerit. Omnis quoq; Nobilium & plebeiū circumstans turba eadem voce Principi suo correspondere manibus complaudendo solent. Nam si aliquem lugubri tristiq; vultu sub id temporis conspexerit, vel si aliquis illi hoyda hoyda vociferanti exhilarandi particula non responderet, statim satellitibus eum arripere & disseccare mandat, dicens: perfide & tu sentiebas cum hoc inimico meo, cur ei condoles? quare de nece eius contristaris? &c.

Cancellarius cum duobus filijs occisus.

Tertius Cancellarij filius rotis disrumpitur.

Instrumentum cruciandis.

M O S C H O V I A E  
SALES ET IOCI MAGNI DVCIS CIRCA MENSAM.



Vicunque Nobilium vel Magnatum apud magnum Ducem inter prandendum turpius spurciusque iocatur, ille egregius peroptimusque & facundissimus aulicus censetur. Tales iocatores duo præcipui in aula eius germani fratres Knesi Gwozdowie dicti erant, qui semper sales nefandos circa mensam exercebant, vnus erat Andreas nomine Marschalcus, siue palatij magister, qui peste infectus vitam exhalauit, Alter verò minor natu Cubicularij munus obibat, hic quadam die turpissimè cum magno Duce inter prandendum iocabatur, adeò vt magnus Dux nefandis dictis exacerbatus, à mensa ei discedere iusserit, interdum verò eo discedente caulis calidissima peneque buliens de coquina ad mensam allata est, vocans igitur prædictum Cubicularium, iussit se ei inclinari, & caulem illam calidam inclinato à colo post tergum infudit, qui penè combustus dolore urgente vociferare cœpit, dicens: Miserere, miserere celeberrime Imperator. Postea discedere volentem, magnus Dux arripuit, cultelloque quo ad mensam utebatur eum crudeliter in collum transfixit, à quo vulnere continuo in terram prolapsus, extractus est in atrium. Postea ei cōdolens magnus Dux, Italum Doctorem medicinæ otius accersiri iubet, ei que venienti assurgens dixit: Dilecte Arnolphe Doctor (hoc enim nomen habebat) vade auxiliare aliquid huic cubiculario meo, quem in iocando læsi. Doctor egressus exanimatum offendit, reuersusque dixit: Rex & Dux magne, vtinam tu fanus sis, ille verò iam de vita ad mortem translatus est, Deus autem, & tu magne Domine potens animam ei erripere, ego autem eam restituere nequaquam possum, ad hæc magnus Dux manu conuiuens dixit, valeat ergo canis cum viuere noluit.

Cubicula-  
rium tra-  
cidat.

QUALI MUNERE MAGNVS DVX SVOS  
honorauit.

QVodam tempore Boris Titov magni nominis vir, Palatinus Stariciensis, ad magnum Ducem post prandium mensæ cubito innixum assidentem venit, honoremque secundum morem caput inclinando exhibuit, cui magnus Dux quasi congratulans dixit: Salue charissimè Tite, salue mi fidelissimè serue, dignus es ò Tite aliquo munere à nobis honorari, accede propius, accedentiq; caput inclinare iussit, & cultello euaginato auriculam ei manu propria abscidit. Ille verò auricula priuatus minimè contradixit, sed humiliter magno Duci gratias egit, dicens: Saluus tu sis celeberrimè Rex, Dux & Domine magne, quod me seruum tuum secundū placitum tuum castigare digneris. Cui magnus Dux, accipe nunc hoc exiguum munusculum libenter, donec tibi aliud melius offeretur.

Auriculā  
Palatino  
abscidit.

SOMNIORVM EGREGIVS INTERPRES  
magnus Dux.

QVidam Nobilis Moschouia in carcere aliquot annis detinebatur, carcerisque durissimi pertæsus, somnium sibi falso finxit, quasi Regem Poloniae captum vincitumque ad magnum Ducem adductum in somnis videret, hocque somnio se liberaturum fore (spe eum fallente) arbitratur. Supplicationem igitur ad consiliarios scriptam misit, dicens: Se rem quandam magno Duci necessariam & vtilem gratamque scire. Quem consiliarij eductum magno Duci confestim præsentant: cui magnus Dux, dic ea nunc quæ dicenda nobis habuisti. Ille verò, celeberrime Rex & Imperator, magne Dux & Domine, hac nocte in somnijs vidi, Regem Poloniae captiuium miserè compedibus vincitum, ad te, à tuis militibus adductum. Ad hæc magnus Dux respondit, rectissimè narraisti, statim ego tibi hoc somnium quid sibi velit exponam, carnificibus igitur eum confestim examinandum torquendumque tradidit, in-  
quiren-

quirendo ab eo qua de causa hoc somnium sibi finxisset, ille tormentis adactus fassus est, id causa liberandi ex duro carcere fecisse. Tunc magnus Dux eum in carcerem duriorē pristino intrudere iussit, dicens, expecta hic somnij tui veram efficaciam tam diu, donec adimplebitur. Ille miser postea acerbissimo carcere consumptus miserri-  
mè è vita decessit.

*TVRPIS MATRONARVM NOBILIVM, APVD  
Magnum Ducem abusus.*

**H**abet magnus Dux supplantatores, adultores plurimos ad id subordi-  
natos, qui identidem circumambulantes, quid mulieres civium matro-  
neq; nobilium de se loquerentur subaudiunt, raptaq; verba dicto otius  
ad eum defferunt, qui satellitibus suis ad domum illius matronæ accusa-  
tæ destinatis, eam de lectulo à marito proprio violenter abstrahere, & si-  
bi præsentari iubet. Hanc si sibi complacuerit per aliquot hebdomadas pro explenda  
libidine detinet, sin minus satellitibus eam turpiter stuprandam exponit, & tandem  
ad maritum suum eam ablegat. Si verò virum illius matronæ occidere è medio que  
tollere proposuerit, tunc eam non ablegando iugulare vel aquis obruere iubet, prout  
hoc pluribus contigit. Præcipuè verò cuidam magni nominis viro Miesoiedowysch-  
ly dicto (de quo inferius dicetur) supremo notario suo vxorem cum pedisequa vio-  
lenter abstractam, & per aliquot hebdomadas detentam, in porta domus mariti sui  
eam vna cum pedisequa laqueo suspendere iussit, sicq; in porta suspensæ duabus heb-  
domadis pendebant, donec iussu Principis deponerentur. Maritus verò suus sub-  
tus vxorem suspensam per illam portam quo opus fuerat exire & intrare cogebatur. Hoc  
quoque vel atrociori modo cuidam notario suo fecit, cui vxorem abstractam & stu-  
pratam postea remisit, eamque in habitatione propria vbi solitus erat cibum capere,  
super mensam, suspendere fecit, in illaque mensa desuper vxore strangulata penden-  
te, tam diu ille notarius cibum amarissimum capere cogebatur, donec iussu Principis  
illud cadauer asportaretur. Cum autem aliquo Magnus Dux proficiscitur, & fortè ob-  
uiam sibi (vt fit) aliquam viderit matronam, quamuis magni viri vxor ea esset, scisci-  
tare iubet cuias sit, vel vnde proficisceretur? Quod si eam illius viri cui offensus est v-  
xorem esse intellexerit, tunc eam ex curru descendere, & collotenus pudenda dete-  
gere iubet, & tam diu stare cogitur, donec omnes satellites, equites & aulici, ipseque  
Magnus Dux prætereant.

*Grande  
facinus.*

*Aliud cras  
delissimè  
facinus.*

*DE INIVRIA EXPOSTVLANTIBVS QVID ACCIDERIT.*

**N**no à Christo nato Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto conue-  
nerunt ad magnum Ducem nobiles, magnates, & consiliarij, quasi tre-  
centi viri expostulantes cum eo de iniurijs, homicidijs, spoliationibus &  
inaudita crudelitate, his verbis: celeberrime Rex magne Dux, & Domi-  
ne noster, quæ causa est quod nos innocenter tantis detrimentis, tantisq;  
malis, & iniurijs affligis, fratres nostros, consanguineos, infontes morti adiudicas,  
trucidas, aquis obruis, bonis spolijs. Insuper satellites tuos in nostrum exitium con-  
uertisti, qui nos intollerabilibus oneribus iniuste affligunt, & an tuo mandato nobis  
hæc faciant penitus ignoramus. Nos etenim tibi Domino nostro & imperatori legiti-  
mo, prout fideles subditos decet, in fide sincera & veritate seruimus, sanguinemque  
nostrum tui causa strenuè profundimus. His dictis magnus Dux ira excandescens in  
carceres omnes & singulos vinctos intrusit, postea quinq; diebus exactis de carceri-  
bus eductis, quibusdam linguas abscindere, alijs pedes & manus obtruncare, quin-  
quaginta verò insigniores viros in foro publicè virgis & baculis cedere iussit, reliquos  
liberos dimisit, quibus quamuis tunc temporis pepercerit, postea tamen in manus  
eius crudeles & truculentas deuenerunt, prout inferius dicetur.

M O S C H O V I A E  
QVALEM GRATIAM MAGNVS DVX SOCERO  
suo exhibuerit.

**M**ichaël Temrucouicz cognomine, claræ familiæ vir, magni Ducis Socer, tali amore, prosequitur, q̄ interdum per duas amplius uè hebdomadas magnus Dux gratiam amicitiamq̄; ei exhibet. Postea cum eidem qualibet leui de causa infensus fuerit, tunc ad singulas portas, ianuasq̄; curiæ illius, vrsos indomitos horribilesq̄; tres vel quatuor alligare mandat, qui omnes è curia exire volentes vnguibus confestim dilacerarent. Interdum ergo Dominus Socer in ædibus clausus sedit, & si quid habet, comedit, bibit, & hij vrsi aliquando per duas, tresue hebdomadas à foribus curiæ non abducuntur. Quando etiam eundem Socerum suum supradictum Magnus Dux peccunijs abundare intelligit, tunc eum iubet arripere crimine ei falso obiecto, & in locum vbi debitores secundum morem gentis baculis virgisque cæduntur ducere, ibique tam diu iussu Principis virgis verberatur, donec omnem thesaurum indicare cogatur. Quando autem in eo magnus Dux nihil potest verberibus extorquere, tunc ei ipse ex thesauro suo certam summam peccuniæ numerare solet. Hoc itaq; modo magnus Dux socerum suum tractat, aliquando eum thesauro spoliat, aliquando dicit. Interdum verò cum se huic socero suo benigniorem exhibet, tunc ipsi soli parcat, sed præcipuum eius & intimum seruum (qui vices Domini suppleret) arripere & tam diu verberare iubet, donec thesaurum Domini sui indicaret, aliquando etiam Dominus seruo innocenter caso condolens, tantum pecuniæ pro eo numerare solet, quantum magnus Dux imperauerit. Quadam etiam vice euenit, quod vector prædicti Michaelis cum vectore magni Ducis in via forte congressus, ibi ambo inter se litem excitauerunt, ac inter iurgia ad pugnam deuenierunt. Vector igitur magni Ducis grauius percussus ad Marschalcum, siue palatij Magistrum veniens, à vectore Soceri magni Ducis se verberatum conquæstus est. Magister palatij causam ad magnum Ducem detulit, qui continuo re audita, absque partis accusatæ purgatione, satellites suos in curiam prædicti soceri sui misit, eisq̄; vt tres seruos illius præcipuos in foribus laqueis suspenderent mandauit. Sic ergo illi serui suspensi in foribus pendebant, & omnes ex domo exire, & in domum intrare volentes, per illas fores subter suspensos ambulare duabus hebdomadis cogebantur, donec iussu Principis deponerentur.

Sex pro  
Verberato  
vno sus-  
pensi.

DE CRVDELI MAGNI DVCIS MOSCHORVM TYRAN-  
nide, quam in Nouogrodia Magna, Plskouia, Tweria, & Nerua Ciuitatibus  
perpetrauit Anno Domini 1569.

**A**Nno per Christum salutis parte supra Millesimum quingentesimum sexagesimo nono, cum Princeps Moschouicæ rescivit Nouogrodenses, Plskouenses & Thwerenses ad Regis Poloniæ Magnique Ducis Lituaniæ partes aliquantulum propensiores esse, statim quomodo id vlcisceretur cogitare cæpit, & vt inopinatos eos, & præter spem securos opprimeret, hoc modo imprimis progressus est. Omnibus & singulis vtriusque sexus hominibus, tam viris quam foeminis, senibus & pueris sub poena capitali interdixit, ne quisquam ea via quæ ex Moschouia in magnam Nouogrodiam ducit, ire proficiscereue præsumeret. Deinde cum iam numeroso accinctus exercitu de curia Alexandroua Sloboda dicta, ad Nouogrodenses vlciscendos, & funditus exterminandos egressus esset, præsidiariorum satellitum ante se septingentos præmisit, totidemque à tergo & in omnibus circumquaque locis præsidarios subordinauit, qui omnes quoscunque ea via interdita cuntes inuenerunt, securibus membratim cum iumentis, curribus, & id genus alijs rebus diffecabant, ita vt nec ex Moschouia in Nouogrodiam, nec ex Nouogrodia in Moschouiam quisquam viuentium transire poterit, nemoque propositum  
Princi-

Principis quo cōtenderet excepto vno Secretario Ophanasio Wiazimski, scire potuit, nam hæc omnia tam cautè & callidè peragebantur, vt inopinati & vndequaq; inclusi Nouogrodenfes citius opprimerentur, & nusquã euadere possint. Cumq; iam à Nouogrodia magna quasi per medium miliaris cum exercitu abesset, tum demum miseri Nouogrodenfes diem iudicij sibi imminere cognouerunt, etenim satellites emissarij equitesq; tractum Nouogrodensem igne & ferro hostiliter vastabãt, omnes homines cuiuscunq; conditionis fuerint nobiles & plebeios cædebant, iugulabant, membratimq; dissecabant. Insuper iumenta omnia, viccos & pagos flamma absumebant, satellites etiam præsidarij qui viarum transitus vbiq; custodiebant, neminem post Principem transire (quamuis seruum ipsius proprium) sinebant, sed omnes quoscunq; offenderint membratim dissecant. Verebatur enim magnus Dux subditorum suorum, nobilium & magnatum quorundã erga se conspirationem, & insidias. Tandem in ipsam Nouogrodiam magnam, satellitum aliquot millia, cum equitibus Tartaris præmisit, ad spoliandos & deprædandos omnibus bonis ciues, quos ipse statim cum toto exercitu secutus est, & omnes obuios trucidare, membratimq; dissecare, equis protegere, lanceis induere iussit. Ipse quoq; manu propria cum filio natu maiore plurimos lancea transfigebat. Postea duas vastas areas septis ligneis circumdare, & trabibus obstruere, illicque omnes ciues præstantiores vinctos cogere & implere fecit, quos ipse cum filio hastis tam diu crudeliter, equis calcaribus adactis, magno impetu transfigebat, & trucidabat, donec vterq; anhelans defatigaretur. Tandem ad Satellites circumstantes, fremebundus dixit: Irruite in hos perfidos, secate, dissecate, trucidate, neminemq; viuum relinquire, Illi confestim dicto otius in eam multitudinem ciuium vinctorum turmatim stantem, impetu facto, omnes ad vnum membratim dissecarunt, & in aquas proiecerunt. Deinde aliquot centena hominum in flumen gelu concretum, quod mediam ciuitatem interfluit, implere glaciemque in circuitu eorum circumcidere iussit, qui omnes glacie circumcisa fundum petente, aquis immerfi & obruti sunt.

Regionem suam vastat Moschus.

Manu propria cum filio magnus Dux ciues trucidat.

Tantam igitur in Nouogrodia magna ciuitate celebri & totius Russiæ primaria magnus Dux tyrannidem perpetravit, vt 2770. ciuium excepto paupere vulgo, sexuq; fœmineo trucidati & aquis obruti fuerint. Monasteria quoq; in toto Nouogrodiensi tractu 175. spoliare, deprædare, quædam hostiliter flammis comburere, Monachosque trucidare & aquis obruere fecit. Vestimenta sericea & id genus ornamentorum ciuilium satellitibus in prædam concessit, auro & argento (cuius ineffabile pondus de Ecclesijs & mercatorum thesauris compilauit) sibi relicto, domos etiam ciuium spoliatas diripere, euertere, & destruere fecit. Tantaq; damna mercatoribus, cæterisq; ciuibus in hac celebri vrbe edidit, vt nequaquam resarciri, & iusta computatione æstimari possint. Cere quoq; innumerabiles massas ab annis viginti plusuè apud mercatores repositas in flammis proijcere & in nihilum conuertere iussit, cæra etenim Nouogrodenfium, pellesq; ferarum, præcipuæ merces erant. Cumq; prædictam ciuitatem funditus iam deuastasset, & totum ferè tractum eius crudeliter depopulasset, quingentos equites in Neruiam ciuitatem Liuoniæ finitimam, vbi Nouogardenses merces suas deponere solebant destinavit, & per totã ciuitatem proclamare iussit, ne aliquis merces Nouogrodenfium sub pœna capitis & omnium bonorum priuatione emere, aut sibi quolibet modo appropriare audeat. Omnes verò ciues Neruienses, qui à Nouogrodenfibus aliquid mercium clanculario emerunt membratim dissecati, & in lacum proiecti, possessiones verò eorum vna cum domibus igne combustæ sunt. Pauperes etiam omnes & mendicos, qui præ nimia fame (tunc temporis grassante) cæsorum cadauera coquebant & manducabant, illi Satellites iussu Principis trucidauerunt, trucidatosque in profluentem abiecerunt, & omnes merces Nouogrodenfium varij generis, quas illic repositas inuenerunt, in vnum locum congestas succenderunt.

Numerus occisorum

o factis spolia, aida, yllho, vera, ter, frigues, Damna.

Neruiam populauerunt.

Mendicos trucidauerunt.

M O S C H O V I A E  
ARCHIEPISCOPO NOVOGRODENSEI  
quid contigerit.



Vm ita crudeliter Moschorū Princeps Nouogrodiam magnam vastaret, ab Archiepiscopo eiusdem ciuitatis ( qui Ruthenico idiomate Wladika dicitur ) ad cibum capiendum inuitatus est. Ille nulla excusatione interiecta, hora prandendi statuta in aedes Archiepiscopi Satellitum armata manu stipatus venit. Inter prandendū autem Ecclesiam Sanctæ Zophiæ, auri & argenti ditissimam ( ad quam omnes ferè ciues thesauros suos, quasi in locū tutissimum comportarant ) spoliare & funditus depredate iussit. Postea prandio peracto Archiepiscopus ( à quo ad cibum capiendum inuitatus erat ) omnibus ornamentis, vestibusq; Archiepiscopalibus denudauit, dicens : minimè tibi conuenit Archiepiscopū esse, sed potius tibicinem & vtricularium, vsorumq; ad choreas peritorū, ductorem. Ideò melius tibi est vxorem ducere quam ego tibi delegi. Ceteris autem Abbatibus, & Monasteriorum Prioribus, qui prandio intererant dixit, vos omnes ad nuptias Archiepiscopi vestri celebrandas inuito, sed vt etiā ad huius conuiuij necessaria comparanda singuli symbola daretis oportet. Omnes igitur Abbates Prioresq; imperatā & præscriptam summam pecuniæ magno Duci numerare coacti sint, vt ad minimum numerulum omnes penitus spoliati & exoriati fuerint, metu etenim tormentorum terri, omne argentum quantum quisq; habebat Principis impulsu exhibuerunt. Cum igitur ab eis hæc symbola exegisset minisq; & tormentis extorfisset, equam albam prægnantem adducere iussit, eamq; Archiepiscopo digito indicans dixit : En vxorem habes suam ascende super illam, & in Moschouiam proficiscere, illicque te in numerum siue contubernium tibicinarum & citharedorum, qui vsos saltatrices ducunt inscribere da. Ille miser inuitus super equam prægnantem viloso panno vestitus ascendere compulsus est, iamq; desuper sedenti iussu Principis pedes sub ventrem equæ alligati sunt, deinde ipse magnus Dux instrumenta musices, videlicet lyram, fistulam, tibiam & citharam illi Archiepiscopo iam sic equæ insidenti porrexit, dicens : En habes artificij tui instrumenta, plus enim tibi cithariste quam Archiepiscopatus officium arridet. Iam igitur hæc instrumenta musices exerce, & ad contubernium citharistarum in Moschouiam proficiscere, qui per totā ciuitatem in equa pedibus subtus alligatis sedens, vtricularios inflare, stridentibusq; & discrepantibus fistulis ( nunquam licet in hoc genere musices exercitatus ) miserum perstreperere carmen compulsus est. Hoc igitur modo prædictus Antistes Nouogrodensis Archiepiscopatus dignitate spoliatus, exutus, omnibusq; bonis priuatus, & nefanda ignominia turpiter affectus extitit.

His peractis Monachos, Abbatesq;, & Priores Monasteriorum, ceterosq; Ecclesiasticos omnibus bonis spoliatos, vario mortis genere trucidare, securibus dissecare, lanceisq; induere, & aquis obruere fecit. Postea quendam magni nominis virū Theodorum Sirconij dictum captum, ad se in castra medio miliari à Nouogrodia sita adducere iussit, eumq; fune longo per medium alligare, & in fluuium Volchoy dictum demergere fecit. Cumq; iam aquis penè obrueretur, rursus extractus est, extractumq; ipse magnus Dux interrogauit, dicens : Dic mihi quid in fundo huius fluuij vidisti ? At ille respondit : Omnes dæmones magne Dux qui in hoc flumine & in lacubus Ladoga, Sladoga, Warminaq; degunt, ad tuam animam erripiendam, & in Tartaro demergendam, congregatos vidi. Ad hæc magnus Dux, rectè inquisti ait, ego verò pro huius visionis declaratione & expositione gratiam tibi præstabo. Cōfestim igitur eum arripere, & pedes in ahæno aqua buliente repleto, genuatenus coquere iussit, tam diu donec omnem thesaurum indicaret, erat enim auri & argenti ditissimus, duodecimq; monasteria suo sumptu fundauerat & erexerat. Cum verò sic crudeliter absq; vlla misericordia concoqueretur, triginta millia florenorum monetæ argenteæ indicauit. Tandem cum fratre Alexio, iussu Principis membratim dissecatus, & in proximum fluuium iniectus est.

*Monachi  
trucidati  
sunt.*

Hæc insigni vrbe antiquissima, & celeberrima omnium ciuitatum Russiæ crudeliter deuastata ad Pskouiam ciuitatē amplissimam, Nouogrodiaē haud dissimilem, eodem modo hostiliter depopulandam profectus est. Cumq; iam ciuitati armato cum exercitu appropinquasset, ciues extrema sibi imminere videntes, singuli mensas vnusquisq; ante ædes suas adornauerunt, salq; & panem superposuerunt. Nam apud Moscos pane gratia, sale verò amor significatur. His itaq; dispositis obuiam magno Duci exeuntes, ad panem cum sale comedendum humiliter eum (vt gentis mos est) inuitarunt, dicentes: Magne Rex & Dux celeberrime, Domine noster, nos seruuli tui fideles, humilibus & submissis votis, te ad panem cum sale comedendum inuitamus, nobisq; omnibus & bonis nostris vniuersis secundum placitum vtere, nam omnia bona que possidemus non nostra, sed tua pariter nobiscū sunt. Hac igitur humili Pskouiensium oblatione nō nihil sedatus placatusq; extitit, morti destinatis pepercit. Sed ciues mercatoresq; ditiores auro & argento deprædauit, Monachos etiam quosdam trucidare, membratim dissecare, aquis obruere, & duas Basilicas præcipuas thæsauri ditissimas spoliavit, denique campanas de omnibus Ecclesijs abduxit.

*In Pskouiam & S. tendit.*

His in Pskouia exactis in Tveriam ciuitatem insignem olim Ducū Tverensium sedem profectus, tantam in ea tyrannidem quantam in Nouogrodia magna exercuit, incolas trucidauit, aquis obruit, bonisq; omnibus mobilibus & immobilibus spoliavit. Diuorum templa auro & argento deprædauit, Lituanos etiam & Rutenos, numero quingentos qui in Poloczka arce capti in carceribus ibidem detinebantur, omnes iugulare trucidareq; fecit. Tartarorum quoq; decemnouem Magnates in bello captos & in eadem ciuitate carceribus detentos trucidare iussit, ad idq; exequendum Præfectum Satellitum Malutam Scuratorū dictum destinavit. Tartari verò reanimaduersa, cum nihil aliud nisi præsens ante oculos exitiū, & miserabile mortis genus conspicerent, in desperationum adacti inter se obstinatè & firmiter statuerunt, sese pariter quoad possint defendere, cultellos itaque in manicis absconditos singuli habebant, & cum prædictus Maluta cum cæteris satellitibus in eos cum impetu irrueret, Tartari vnanimiter vt Leones rugientes strenuè sese defendere cœperunt, vnusquisq; eorum Ducem Satellitorum Malutam cultello appetijt, ventremq; ei quamuis lorica induto ad intestinorum vsq; profluxum transfodit. Dum sic res atrociter Tartaris sese obstinatè defendentibus agitur, ex Satellitibus quatuor desiderati ceciderūt, vicemq; enormiter vulnerati, cæteri q; fugati re infecta discesserunt. Cumq; magno Duci processus rei nunciaretur, statim quingentos Scloppetarios cum bumbardis, & arcubus in subsidium illis satellitibus, contra decemnouem Tartaros misit, sicq; vndiq; circumuenti sagittis bumbardarumq; glandibus confecti, & membratim dissecati in profluentem abiecti sunt.

*Tveria & S. statuit.*

DE TYRANNIDE QUAM SUPER INTIMVM SECRETARIVM  
Consiliariumq; suum Magnus Dux exercuit.



Vm proposuerat magnus Dux has supradictas ciuitates funditus deuastare, tum id tam cautè callidè & occultè peragebat, vt propositum suum nemini, nisi cuidam Ophanasio Wiazimski (quem vnice diligebat) reuelauerit, & aliquando bis per noctem de lectulo surgens, ad prædictum Ophanasium consultandi disceptantique de progressu rei gratia, ambulare non grauabatur, & quamuis etiam Italum Arnolphum Doctorem medicinæ singulari gratia prosequeretur, attamen nunquā nisi per manus huius Ophanasij medicinas sumebat, cumq; pro vnico alumno habebat. Hic autem Ophanasius Hæcorum quendam Lomezik dictum, magno Duci cōmendauerat, & iam in gratia apud magnum Ducem habebatur. Qui beneficij ingratus prædictum Ophanasium benefactorem suum, ad magnum Ducem per contumeliam criminaliter detulit, quasi ille arcanum sibi creditum de vastandis Nouogrodensibus & Tverensibus quibusdam reuelasset. Cuius sal-

M O S C H O V I A E

Uis dictis magnus Dux persuasus fidem adhibuit, sed non statim se accusato iratum exhibuit, sub prætextu enim pristinae gratiæ & amicitia, seorsim cum eo arcana consilia, vt solitus erat, varijs de rebus cõferebat, aliud simulando fingendoq;, aliud animo occultando, malumque & exitium ei sub dolo amoris specie machinando. Postea quadam die magnus Dux cum prædicto Ophanasio simili modo consilia conferens, satellitibus suis seruos eius præcipuos interea trucidare iussit, quod & factum est, egressusq;, ille Ophanasius à magno Duce, seruos suos misere trucidatos videns, quasi non videret oculis auersis præterijt. Deinde iussu Principis bonis omnibus spoliatus, & funditus depre'datus, ex familiaq; eius decemseptẽ viri insigniores occisi sunt. Ipsum autem magnus Dux bonis omnibus spoliatum, in locum publicum, vbi debitores baculis cęduntur (prout gentis mos est) ducere iussit, & tam diu crudeliter verberare, donec omne argentum & aurum quod adhuc secreto reconditum habuit indicare compulsus fuerit, nihilominus tamen qualibet die bis terue per crura baculis crudeliter verberabatur, iamq; cutis in eo præ duris verberibus perinde vt timpana intumescibat, attamẽ adhuc eò grauius torquebatur, donec tormentis crudelissimis eò adactus esset, vt contumelia aliquot ciues Moschouenses quos ditiores sciebat afficeret, quasi sibi magnam summam pecuniarum debiti fuerint, & quantã apud aliquem summam pecuniarum indicauit, tantam illi Principi numerare & rependere (quamuis nihil debiti sed per contumeliam accusati) compulsi sunt. Neq; hac quidem effera tyrannide, tanteq; summæ argenti à nihil debentibus exactione sibi temperauit, vt explendę crudelitati satisfecerit, sed ipsum adhuc eò crudelius torquere iussit, crura pedum baculis tondendo, donec præ nimis verberibus spiritũ exhalaret. Postea seruos eius reliquos (quibusdã fuga dilapsis) trucidauit, virgines quoq; vxoris eius pedisequas, quadragenas numero, quæ acu pingere peritissimẽ, filoq; aureo intexere, & opus Phriganum conficere nouerant: ex quibus forma præstantiores & pulchriores selegit ad suam explendam libidinem.

MAGNVS DVX, SEX PRAESTANTES VIROS, PROPTER LORICAM inauratam crudelissimẽ necari iussit.

Timothei  
Masalski  
crudelis  
fortuna.



Vm Timotheus Masalski, Lithuanus nobilis, illustri genere natus, captus in bello, tetro diurnoq; carcere detineretur à Magno Duce, & idem Magnus Dux iussisset crudeliter tolli e medio, Palatinus vrbis Moschouie Ioannem Piotrouicium, vt supra dictum est, tum quidam ex famulis Palatini, animaduertens fortunas domini sui, & bona omnia misere perdi ac diripi, neue omnia perirent, & nihil haberet: occultẽ accepit elegantem loricam inauratam. eamq; socijs suis seruandam tradidit, qui eodem in carcere erant, vbi & Timotheus Masalski: Postea factũ est, vt illi eam oppignorarint Timotheo, qui eam seruandam dedit famulo, is autem liber erat, & suo domino in vinculis seruebat. Itaque famulus, dum defert loricam in hospirium suum incidit in Vigiles, capitur & statim offertur præfecto carceris, qui cum videret esse preciosam loricam, illam sibi vindicauit & occultauit. Erant autem & in eodem carcere, duo ex sagittarijs sclopetarijsue Magni Ducis, qui istud viderant. Quare consiliarijs Principis hanc rem detegunt, & referunt præfectum carceris, seu commentariensem, accepisse loricam inauratam à Timotheo Masalski, quæ olim fuerat Ioannis Piotrouicij Palatini Moschouia, hanc occultasse penesq; se habere, e vestigio consiliarij rem totam deferunt Magno Duci, qui confestim iuber extrahi e carceribus Timotheum Masalski, & ante se sisti, sic & Commentariensem, & illos duos Moschouitas, qui pignori illi dederant hanc loricam, At deniq; illos duos sclopetarios, qui istud detexerant, tum ibi omnes iussu Ducis, immanissimẽ torquebantur, & tandem enecati sunt, quatuor quidem illorum aquis submersi. Ipse autem Timotheus Masalski & Commentariensis simul vincti in vrbem Moschouia missi sunt, ibiq; die Sabbati, in vigilia festi diei Paschati, ambo sunt publicẽ capite truncati & in aquas coniecti. Sic ob hanc loricam, sex supplicio affecti, & e medio sublati.

Commen-  
tariensis  
auaritia  
punita.

QVID ACCIDERIT ISTIS, QUI IN QVIRERE VOLVERVNT,  
quidnam ageret Magnus Dux.



Vidam Secretarius Magni Ducis sanguine ipsi iunctus, semel ad epulas inuitarat aliquot aulicos sibi familiares, quos sanè splendide ac laute excipiebat: oblitus est autem dum ita hilaris esset inter amicos (sicut sæpius euenire solet) adire Principem magnum Ducem: misit vnum ex suis pueris in palatium Principis, qui prospiceret quidnam ageretur in Basilica apud Magnum Ducem. Puer autem cum ascenderet per gradus palatij, vidit Magnum Ducem, alloquentem quendam consiliarium, quo conspecto famulus reuertitur domum, ad herum id ei relatum. Deinde verò cum Magnus Dux amandasset illum consiliarium cum quo conferebat, interrogauit cuiusnam famulus venisset in aulam, & quam ob causam: Euocatur ille famulus ex itinere, & respondet se eo missum, visum quidnam ageretur in palatio Magni Ducis: derepente Princeps, vbi causam intellexisset, retinuit penes se famulū, & accersi iubet tam ipsum Secretarium, quam eius conuiuas: qui vbi venissent, varijs tormētis discrucari iussit eos, volens ab illis extorquere, cur misissent famulum in Regiam, percunctatum de eo: curue ad tam splendidum conuenissent conuiuium, pariter rescire cupiebat, quos de ipso sermones secretos tenerent. Itaq; excruciatu tam diris tormentis alij expirarūt, alios verò facultatibus exutos omnibus, semimortuos reliquit. Itaque ab illo tempore, & tam atroci ac tristi facinore, nemo ausus est mittere aliquem famulum, visum quid agatur in palatio Principis: imo potius hora statuta ipsi consiliarij pœnitus adsunt, & proceres præsentés veniunt.

Quam periculofum sit esse percunctatorem apud Magnum Ducem.

Q Vidam etiam Wlodimirus Morozow cognominatus, vir celebritate famæ insignis & maturæ ætatis, grauitateq; plenus Palatinus, semel quadam misericordia motus condere fecit humi miserum hominem, qui Magni Ducis imperio interfectus fuerat. Is autem homo fuerat famulus Ducis Curpskij, qui ad Regem Poloniae defecerat. Hanc itaq; ob causam Magnus Dux arguebat hunc Wlodimirum perfidiæ, ac si à partibus fugitiui Curpskij staret, & in Lithuaniam ad ipsum literas dedisset. Itaq; subito coniectus est in carceres, vbi cum longissimo temporis interuallo hæsisset, extractus & oblatus est Magno Duci, cum esset in suo palatio & aula Regia, Alexandroipa dicta, discrutiatuq; est maximis tormentis, cū ab eo nihil extorquere potuissent, tandem mortuus, & cadauer in aquas coniectum est.

Wlodimirus comitatus miseratio noxia.

B Asilius Dimitrouicius, vir summus & celebris in re militari, affecerat iniurijs, aliquot præfectos tormentorum bellicorum, cum Moschouitas, tum & Germanos: quorum duo cum vellent fuga sibi consulere, capti sunt à viarum custodibus in finibus Lithuaniae, illi statim deducti sunt ad Magnū Ducem, qui tum erat in arce fortissima, vulgo Wolochada appellata, & miseri illi questionibus adhibiti, falsi sunt, at falso, quod scilicet missi fuissent in Lithuaniam à suo illo præfecto Basilio: Itaq; Magnus Dux Basiliū Dimitrouicium ad se accersit ex ipsa Moschouia, varijsq; tormentorum generibus affligi iussit: in medijs illis cruciatibus cōstanter falsus est, se nihil istorum molitum fuisse, de quibus accusabatur, nec istud vnquam in animo habuisse. At Magnus Dux repente iussit adduci quandam equam oculis captam, & iungi curru, & tum Basilius equæ impositus est, eiq; alligatus. Deinde ambo conijci iubet in rapidissimum fluuium, vtens hac oratione. En tibi equam egregiam dedi, institueras abire ad Regem Poloniae, eum adito. Hæc itaq; equa cœcitate percussa, natabat in alto istius rapidi fluminis & velocissimi: ipse autem Dux erat spectator cum suis satellitibus stans ad ripam fluminis, vt istius rei euentum intueretur: ac post longam natationem, hæc misera & cœca equa ad nauigabat ripæ. Verum præfectus satellitum Regionum, vocabatur Molunta Scurator, vt gratificaretur Magno Duci: conto abegit equam à ripa & sessorem: sic vi aquæ rapitur iterum equa. Tum Magnus Dux exultabundus inquit. O

Falsi estis ministro in Basiliū Dimitrouiciū.

Phalaris Magnus Ducis in Basilio e medio tollendo.

M O S C H O V I A E

facius egregium, & valde lepidum. Quare hæc misera equa defatigata vi aquarum rapidissimarum, submersa est, vna cum isto Basilio Dimitrouicio.

Aliquando cum versus Nouogrodiam, regionem proficisceretur Magnus Dux, accidit quendam equitem, famulum cuiusdam magni viri fortè præcessisse illum: & Dux ad latus sinistrum iubet desistere hominem, ira percitus iussit istum frustulatim disseccari: & segmina membrorum luto & altissimo cœno misceri.

QUALI VENATIONE MAGNVS DVX PLVRIMVM  
oblectetur.

Barbarus  
& deserta  
bilis Mag-  
ni Ducis  
indus: &  
inhuma-  
na volup-  
tas cū ho-  
minū in-  
teritu cō-  
iuncta.



Votiescunq; Magnus Dux cum filio, tempore Hyemis respicit ex sua arce, videtq; homines turmatim incedentes in lacubus & fluminibus gelu concretis, ac præcipuè diebus festis, tum iubet, vt in illam confertam hominū multitudinem tres aut quatuor Vrsi immanes immitantur, & irruant ex improviso. Ibi qui sibi fuga consulere possunt, aufugiunt: alij crudelissimè à feris illis dilaniantur. Sic hoc pulcherrimo spectaculo pater & filius delectantur vehementer, & rident affatim ac si pulchrum esset facinus. Deinde cum accedit miser pater, lamentatum se, quod amiserit filium & etiam vxor maritum, qui ab vrsis sic mactati sunt, tunc iubet istis numerari aureū nummum, vel duos, quia sic interfecisti eius subditi. Addit deinde ipse Dux se magno beneficio afficere ipsos, quod eis permitit instituere querimoniam coram se: At si subijciunt rem esse infamem & nephariam hoc genus crudelitatis exercere. Iterū respondent Consiliarij Magni Ducis. Magnum Ducem & eius filium magnam ex hac re voluptatem percepisse, & istud vidisse, sic nullum peccatum esse hic commissum. Ad extremum si ad ipsum Ducem venit mater miserrima lamentando se de cœde filij, aut ipsa vxor ob amissum sic inhumaniter maritum. Breuiter excipiunt illi: perbenè satis factum esse ipsis, vbi nummos argenteos monetæ Moschouiticæ centum aut ducenti numerati illis fuerint.

Sæpenumero accidit, cum Magnus Dux est in suo palatio Alexandrova, & cogitat de aliquo summo viro sumere supplicium, tum delectationis causa iubet istū obuolui pelle vrsi, & deinde ad spectaculum educi: tunc incitat in ipsum aliquot Molossos, & canes Britannicos efferos: Canes putantes hunc indutū pelle vrsina esse vrsum, illum morsibus & vnguibus dilacerant & crudeliter laniant, eosque quo membratim sic discerptum relinquunt: Ita inhumanior iste vitam finit.

DE TRVCVLENTO FACINORE, ET CRVDELITATE SVMMÆ,  
quam ille summus Dux exercuit in captiuos, Lithuanos, Ruthenos & Polonos.



Nno Domini 1569. die Ianuarij nono, cum Lithuani copias militū non valde magnas cōscripsissent, quarum Dux & imperator erat quidam Polubiensis strenuus vir: cœperunt inopinatò urbem & arcē vulgo Izborg dictam, quæ sane natura loci est satis fortis. Hæc vrbs iam pridem parebat Moschouitis: At quia non erat benè nec milite, nec annona hæc arx munita, iterum recepta est à Moseho, & à nostris amissa. Magnus itaque Dux, cum videret se amisisse tam munitam arcem, statim furore & rapie quadam plenus, iubet vt omnes Lithuani, Rutheni ac Poloni, qui erant in vinculis crudeliter mactentur. Verum quorundam consilio, qui certas causas ei proferebant ne id scelus committeret, factum vt hic eius furor interciderit, nec quod impie cogitauerit, perfecit. Atq; licet tunc eis pepercerit, tamen postea omnes interneconi dedit, vt suo loco explicabimus. Quamobrem illi captiui, qui in ergastulis in vrbe Moschouia asseruabantur, ad lanienam & macellum ab eo constitutum: nihilominus tamen, quò suum sanguinolentum animum pasceret, sic ipsi placuit, vt eius satellites passim captiuos per arces in vinculis dispositos, adducerent, maximè verò eos qui erant in carceribus, Pereflauia, Rostouia, Vchlicia,

licia, Costroma: Isti autem omnes erant Poloni, Lithuani & Rutheni, vna cum vxoribus & liberis, quos ad vnum crudeliter perdidit, aquisq; obrui iussit. Sic itaque hoc diro mandato instructi satellites Magni Ducis, ad illas arces venerunt, hacq; insidiosa oratione erga illos miseros vinctos vsi sunt. Nunc magno beneficio Magnus Dux & Imperator vos afficere cupit, & etiam Regi Poloniae hunc fauorem declarabit, quod vos liberos dimittet in Lithuaniam. Idcirco vos deducemus ad Consiliarios Principis, interea vxores & liberi vestri vsq; ad triduum hic vos expectabunt. Atq; cum à conspectu charissimarum vxorum & liberorum abduxissent illos procul, tum vinctos manibus pedibusq; proijciebāt in rapidissimum fluuium Wolga appellatum. Verum exacto triduo quidam Moschouita misertus vicem istarum mulierum frustra maritos expectantium, inquit: O miseræ animæ, & infœlices mulieres, vos eadem fors manet, quam iam passi sunt mariti vestri, qui sunt proiecti in Wolgam fluuium. At cum affaretur istas mulieres homo ille, satellites interueniunt, quorum manus de cede maritorum erant adhuc cruentatæ, & spirantes necem, venerunt in carcerem, vnde abducunt gregem illum mulierum captiuarum cum liberis ad submergendum aquis. Tum illæ calamitosæ fœminæ & infortunatissimæ, sibi proponentes ob oculos vicinā mortem adeo horrendam & terribilem, multis effusis lachrimis petunt ab istis ministris Principis, vt aliquid temporis cōcedant, quò sua peccata Deo Opt. Max. confiteri possint, & eius misericordiam implorent, velitq; pro sua clementia omnibus eorum erratis clementer ignoscere: id quod à satellitibus eis concessum est. Idcirco horas duas versabantur in pijs orationibus & deprecationibus, ardentissimis votis petentes à Deo, vt illis pro sua diuina bonitate ac clementia parceret & ad se reciperet: ac cantatis diuinis hymnis, animas suas Christo redemptori, ad suppliciū mortis subeundum se pararent, mutuisq; oculis sibi datis, mirificè se consolabantur, vt forti patientiq; animo omnia perferrent. Istis rebus omnibus absolutis, ducuntur ad flumen, quarum aliæ liberos manu trahunt, aliæ verò infantes suos vberibus admouent. Sed cum iam ad ripam rapidissimi illius fluuij venerunt: tunc pro ingenio & natura muliebri, partim ob inusitatum genus mortis, in tam horrendum eiulatum, fletumq; erumpunt, vt & cœlum ipsum penetrarint. Satellites autem inhumani, minari eis cœperunt, vrgentes eas, quo illæ sua sponte se aquis traderent. A quo indigno facinore cum abhorrerent, statim illi satellites in eas impetum faciunt, & eas cum liberis in aquas illius fluuij, cuius glacies cōfracta erat, abijciunt. Et sane ob tristissimi & crudelissimi istius facinoris aspectum, vulgus Moschouitarum cum non possent se continere, in lachrimas effundebatur, commiseratione summa percussus: quod tam indignissimè istæ infantes fœminæ cum liberis tam detestanda morte affectæ fuissent, execrantes in vniuersum carnificum istorum immanitatem. Quapropter cum has voces lugubres populi audirent satellites, quodq; egerrimè ferrent hoc genus supplicij, tunc minis vtentes ac ferientes populum baculis, abigunt hæcq; verba addunt: O rebelles Magni Ducis, apertè videmus, quod propter istos captiuos supplicio affectos fletis, at propediem, credite, vos eadem fata sequentur.

Moschous  
fuit in  
captiuos.

Moschous  
Herodis  
infanticidi-  
de, super-  
erat cruce-  
liuorum.

DE FRATRICIDIO PERPETRATO A MAGNO  
Duce, Anno Domini 1570.

**F**rater germanus Magni Ducis immeritò ac perfidè delatus fuerat à quodā Consiliario, cui nomen erat Trzeciak Wilkonati. Audita hac iniusta accusatione Princeps, nullam fecit potestatem fratri falsum crimen diluendi, atq; quam ingentes cruciatus excogitare potest, illos adhiberi iubet ad excarnificandum & torquendum fratrem. Dumque est in medijs cruciatibus, exegit ac extorsit ab eo omnes illius thesauros, & bona omnia tam mobilia, quam immobilia sibi vendicat, atq; cum præ magnitudine tormentorū vix semiuiuus esset, tum iussu Principis securi illum ferit carnifex. Deinde fratrem suam, quæ ante

Caimum  
imitatur  
Magnus  
Dux, qui  
occidit A-  
belem.

*Neronia-  
na crude-  
tas.* conspectum eius procumbebat in terram, facie demissa, implorans misericordiam, ar-  
ripi iubet à satellitibus, omnibus vestimentis exui, & turpissimè nudam constitui. Ita  
diutissimè illa miserrima foemina nuda omnium oculis exposita fuit.

Deinde quidam miles iubente Principe eam funi alligat, & conscenso equo, velo-  
cissimo cursu sine vlla misericordia, pertrahit illam in flumen, & aquis submergit ac  
perdit. Sic iste Magnus Dux tam astorgos & impius extitit in fratrem & fratriam.

QVO AMORE MUTVO, SE PROSEQVI  
solent Moschouita.

*In Moscho-  
uia homo  
homini  
lupus.*



Oc genus hominum, Moschouita, est adeo barbarum & perfidum, vt ni-  
hil synceri sit apud eos, nec se vnquam vero ac naturali amore prosequun-  
tur, alter alterum impudentissimè & confidentissimè, sic sunt perfrictæ  
frontis, criminis alicuius insimulare non veretur, siue palam, siue clam:  
aut apertè, aut per insidias inuicem perniciem sibi machinatur: mutuisq;  
conuitijs laceffere se soliti sunt. Familiare est apud eos patrem filio insultare, & filium  
in patrem irruere, ac fratrem perfide deferre, sic vt nulla apud eos fides, & sanguinis re-  
uerentia sit, etiam in conspectu Magni Ducis se proscindunt contumeliose. Itaque  
accidit semel ante Principem anno 1570. quosdam duos fratres germanos, & nobiles,  
istius rei luculentum documentum edidisse, horum vnus vocabatur Mikieta Obolin-  
ski, qui malo genio præditus familiæ gentisq; nomen patrium suum commutauerat:  
idq; audiente ipso Duce, excogitauerat aliud cognomen, nempe Powrozowski, ac si  
diceres funigerum aut furciferum, & patibulo dignum hominem. Alter autem frater  
suæ nobilitatis haud immemor, gentileq; nomē retinens, cum fratrem alloqueretur,  
compellare cœpit nomine gentili Obolinski, qui velut furens, & atroci iniuria à fratre  
affectus, Magnum Ducem adit, & ad eum sic fratrem desert. Princeps Serenissime, pe-  
to abs te, vt ius mihi administres de fratre, qui infami nomine me contaminauit. Vo-  
cor Powrozowski, & me contemptim appellauit, Obolinski. Idcirco supplex te oro, vt  
meritas ille luat pœnas, nō enim leuem ab eo mihi factam iniuriam censeo. Tum Ma-  
gnus Dux euocat Consiliarios, quasi de re maximi ponderis consultandum fuisset, in-  
quiens: Necessè est vt vos hanc contentionē & grauem cōtrouersiam, inter istos duos  
fratres exortam adhibito summo iudicio, & magna cum æquitate diiudicetis. Frater  
itaq; ille qui ita turpiter abnegauerat suam Nobilitatem, accessit ipsos Consiliarios, vt  
rem totam enarret, & sibi ius reddi postulet aduersus fratrem: Atq; cum iam venisset  
frater alter, qui merito suā nobilitatem intuebatur, en in caput illius inuolat iste per-  
fidus, & obijcit Vrsu, qui eum vnguibus dilaniare incipit: crudeliterq; dilacerat. Et cū  
immanis iste frater videret quodam modo feram bestiam lassari, ense ferit alterū fra-  
trem in pede, & statim magna vis sanguinis profluxit, quo ille inunxit os Vrsi, qui cum  
primum lambendo cruorem humanum iterum degustauit: & sic animatus Vrsus se-  
cundo apprehendit illū miserum nobilem: & horribiliter deformem reddidit. Quare  
iam iste impius frater, videns sibi pro iniuria scilicet esse satisfactum, voluit feram ab-  
strahere & arcere, ne amplius sauiret, neue fratrem mactaret: at Vrsus ita æstuabat &  
ad mactandū accensus erat, vt nec ab illo, neq; à multis alijs posset difficulter ab illo di-  
laniando abstrahi, tandem ex faucibus Vrsi, & carnificina illa ereptus est ille nobilis.

*Crudelis  
pœna ob  
nobilita-  
tis defen-  
sionem  
aduersus  
degenerē.*

Simile quoddam facinus huic accidit, cum Magnus Dux Nouogrodiam depopu-  
laretur, ferro inquam & igne omnia perderet, vt supra dictum est, ducti sunt captiui  
aliquot Nobiles in Moschouiam urbem, inter etiam illos fuit quidam cum uxore &  
liberis, quem Nobilis commendauit cuidam aulico Regio amico suo. Iste cum deti-  
neretur captiuus diu ab isto aulico, semel conqueri cœpit, idque grauissimè de inau-  
dita illa tyrannide. qua vsus est Magnus Dux in Nouogrodien sibus internecioni dan-  
dis: deq; iniurijs quibus ille & tota Nobilitas affecta fuerat: & planè iugum istius ty-  
ranni esse intollerabile: hisce verbis: Deus qui solus iustus est, haud dubie suo tem-  
pore

pore vindictam sumet de illo sanguine innocentum tam inhumaniter & crudeliter sparsa, in ipsum Ducem & totam eius posteritatem: dignis pro meritis pœnis ipsum castigabit. Deinde paucis post diebus, cum in animo suo volueret, se nimis temerè ista effutiuisse: & hunc nobilem apud quem erat in captiuitate hæc delaturum ad Principem. Itaq; fraudulenter excogitare cœpit, nihil esse melius, quã si potius in hospitem suum hoc crimen transferret. Scribit supplicem libellum ad Principem, in quo indicabat Magno Duci hunc aulicum Principis hæc verba in dedecus ipsius protulisse: tradidit eundem libellum deferendum aulico, qui inscius erat omnium quæ scripta fuerant. Magnus Dux quamprimũ perlegit supplicem libellum, iubet ad se accersi illum Nouogrodiensem nobilem, qui erat captiuus apud hunc aulicum. Iste oblatus Principi, ferrea fronte præditus, statim confert crimen, quo erat reus in ipsum aulicum impudentissimè, & ita se rem habere asserit, inquires. Serenissime Domine & magne Dux, tu nos subditos & seruos fideles affligis miris modis, interfici membratimq; dissecari iubes: facultates & fortunas nostras nobis rapis, proditores nos appellas, rebelles & periuros, & alia horrenda nobis obijciuntur & ob oculos ponuntur, quæ omnia immeritò patimur, nec istorum rei sumus. At si scires quo odio vel plusquam vatinianno, te prosequantur tui domestici, & quanta sit perfidia illorum, quibus plurimũ fides erga te, quos quotidie máximis accumulâs beneficijs: profecto egregiè eos exciperes, ex quorum numero est iste aulicus tuus, cuius carceri me tradidisti. Nam heri vesperi, me præfente & audiente, iactabundus hæc verba pronuntiabat. O vtinam Deus citissimè innocentes vindicet à crudelitate istius tyranni Magni Ducis, nam ille diris tormentis suos afficit, mactat & trucidat infontes, eorum bona & opes sibi ascribit, contra omnem æquitatem. De quibus rebus & iniquitatibus Deus breui sumet supplicium, istum Principem & tyrannũ conteret & euertet cum tota eius familia, nec patietur eius successorem regnare. Tum Magnus Dux irrumpit in iram, & sic inquit ad hunc miserum aulicum iniuste ab isto captiuo accusatum. O perfide percipisne ea quæ iste contra te profert? nec data illi potestate respondendi & diluendi falsam criminationem, varijs questionum generibus torquetur: qui cum nihil fateretur, & confictum crimen diceret: iussit hominem membratim dissecari, & postea in profluentem iaci: sic ille nobilis, ignobilis plane & belluini ingenij falso detulerat ad Principem infontem, lingua sua mendaci accersit necem innocenti, & ipse ex alterius interitu vitam & libertatem sibi comparauit.

Nec lo-  
spes ubi lo-  
spite in-  
tate: S. a-  
gens in gra-  
titudinis  
exemplũ.

MISERABILIS ET INDIGNISSIMA LANIENA, CVM  
duorum Procerum Moschouitarum, tum etiam reliquorum Lithuanorum ac  
Polonorum captiuorum, quibus paulo ante pepercerat  
Magnus Dux.



Nno Domini 1570. cum ex Moschouia Internuncij Regis Poloniae, Proceres Poloni & Lithuani discessissent, die Eliæ Prophetæ, qui dies festus apud Ruthenos est celeberrimus, & Magnus Dux accumberet mensæ, & ei apponerentur secunda fercula, velut quodam cestro correptus, surgit à mensa, & sic alloquitur sibi astantes satellites, sequimini me, quod faciunt ipsi, & mille quingenti catapultarij equites: ille verò Princeps perniciosissimo curu pergit ad arcem, ibique omnes ordine se collocant ante palatium Ducis, tum etiam in hæc arce cum habitaret vir summus, & ex proceribus non postremus, Petrus Serebrinus, & rei bellicæ peritissimus, iubet Magnus Dux ipsius domum more hostili impeti & inuadi ab istis militibus, ipsum autem capite diminui & truncari: dicto Principis parentes irruunt in domum illam, statim capiunt, & miserum illum Serebrinum extrahunt ex ædibus, ac offerunt Magno Duci, qui sine alia inquisitione, ne facta vllius facinoris admissi ab eo mentione, confestim ille satellitum præfectus Senator, ar-

Die 1570  
Dux Mo-  
schouia  
facit in  
Polonia  
Serebr.  
Petrus Serebrinus  
peritissimus

MOSCHOVIAE

repta securi caput illi amputat. Ad extremum cum Magnus Dux, quicquid illi visum fuerat, rapuit & ex fortunis istius Petri Serebrini, reliquum permisit prædæ militum: & ne quid superesset bonorum illius, iussit reliquias flammis & igne perdi. Vbi istud perpetrasset, conuertit se ad alium locum arcis. (est autem hæc arx amplissima & valde spaciofa: vbi complures Magnates & Nobiles habent edes suas) & iubet magnus Dux cuidam nomine Bulato Magistro equitum, vt cum non parua manu militū ædes adeat clarissimi & magni nominis viri Miessoiedi. Huic magno viro Princeps vix ante annū rapuerat vxorem elegantis formæ foeminā & ancillam, qua turpissime abusus, & illas vbi violasset, fecerat suspendi ac strangulari in superiori limine ianua ædiū istius viri: vt supra diximus. Iste præfectus æquitum, aggreditur illas ædes, & expugnat facillimè, hunc Miessoiedi in medium forū trahunt: & ipse præfectus caput illi acinace obtruncat: Qui cum iam cōmisisset istud sceleratum homicidiū, ense & manibus cruore mudentibus procedit ad magnū Ducem, & velut re maximi momenti præclare gesta, ait: Serenissime Domine & magne Dux, iam summo cum honore perfeci quod tu mihi in mandatis dederas. Ibi Magnus Dux pro suo more, vociferari cœpit suum Hoyda, Hoyda, cuius clamorem tota turba sequuta est, eadem foelici acclamatione vtentes. Ex arce deinde magnus Dux deflectit ad carceres, vbi erant multi captiui Poloni & Lithuani: suis satellitibus armatis comitatus. Vbi quidam mercator ciuis Moschouiticus, quid ageretur ignarus, vbi eminus conspicit magnū Ducem cum tanto satellitio, retrogreditur præ metu tyranni, quem statim apprehendi iubet & frustulatim dissecari, inquit, ne vnquā fugias ante conspectū tui supremi Domini. Atq; cum propius ad carcerem veniret, ipse Commentariensis, qui ibat petitum panem pro captiuis, aspiciendo Principem aduentare, præ timore etiā reuersus est, & eundem magnus Dux raptū, minutim secari iubet, dicens: alia vice nō timebis. Itaq; cum iam appropinquaret portas primi carceris, dicit custodi, vt citillimè fores aperiat, qui metu correptus & tremebundis manibus vix aperuit: Aperto carcere indicit primo educendos nobiles captiuos Polonos & Lithuanos, quorū primus fuit Petrus Biekowski Eques Polonus strenuus miles, illius pectus transfodit Magnus Dux lancea, at tam generosi fuit animi ille Biekowski, vt lanceam arripuerit manibus, & intorquere voluerit in ipsū Magnum Ducem, vt hoc pacto perpetuā nominis famā sibi conciliaret, quod tam infensum generi humano tyrannum sustulisset. At Magnus Dux hoc animaduerso, cœpit exclamare in filiū: Iuuan Iuan, id est, Ioannes fili fer opem, qui celeriter accurrit, & iterū illum Biekowski hasta transfodit, & sic mortuus in terrā cecidit. Secūdo productus ad Ianienam alter nobilis Polonus Albertus Bugalski, hunc etiam ipse Dux sarissa sua transfurberauit. Tertius fuit Besus, nobilis & magnæ familiæ, gente Silesius, qui eodem mortis genere perijt. Quare cum istos strenuos viros & nobiles Polonos manibus suis interfecisset, cœpit suo acclamationis genere vti, velut magnam victoriam adeptus fuisset: Hoyda, Hoyda: quem ita ouantem omnes clamantes & vsurpantes hanc vocem persequuti sunt. Tum sic affatur suos satellites: Mactate mi iuuenes, irruite in carcerem, & obuios quosque captiuos sine discrimine & vlla misericordia membratim dissecate omnes. Isti dicto parentes, in primo carcere quinquaginta occidunt vinctos: Postea accedit secundos carceres, & similiter manibus suis occidit tres Nobiles, quorum vnus erat Ruthenus, ætatis maturæ, Polocensis Iacobus Molski, alter erat Gener illius, Eques Polonus, Iacobus Molski, sic & tertium similiter Nobilem Polonum, quibus omnibus ita trucidatis erumpit in suam vocem leuitiæ solitam, & omnes ei accinunt ac respondent: & statim reliquos iubet à suis satellitibus dissecari, quod factum est, erant autem quinquaginta quinque, exceptis multis infantibus, qui vix nati erant dies septem. Tertio cum accessisset carceres, ibi & manibus suis edidit crudelitatis suæ exempla, tres mactando Nobiles Polonos, alios ferè quinquaginta quinque, cū securibus & ensibus satellites membratim trucidarunt. Sic perpetrata hac immani strage & inaudita tyrannide, sic sparsa dissectaq; illa corpora iacere permisit supra terram, quæ iam epota & imbuta erat, & mollissima reddita ex effusione sanguinis illius humani.

*Eandē fors est viri illustri Miessoiedi.*

*Obuios mactat Dux.*

*Belluina crudelitas in captiuos.*

*Magnanimitas Biekowski in Tyrannū Moschouicum.*

*Litae Plebei Moschouici, trucidando captiuos, in omnibus carceribus pios.*

humani. Quamobrem redijt triumphans & ouans in palatium, & totum illum diem in hymnis & tripudijs, & omni sonitu instrumentorum musicorum consumpsit: non aliter ac si magnam victoriam de hostibus adeptus fuisset: Sub vesperum præcepit frustula membrorum istorum occisorum colligi, & extra urbem poni: qui in tres cumulos sunt collocati, & aspersi arena & terra: sic mandati sunt sepulturæ. Erat inter cadauerū frustra mulier nobilis vxor illius Moltki, quæ cum fuisset grauius sauciata, nondum mortua, hæc orabat pollinctores qui fossam faciebant, vt eam dimitterent liberè & parcerent ipsi: at illi nulla moti misericordia sepelierunt eam viuam cum illis foetidis cadaueribus.

*Mozentius iungebat vna corpora mortuus, sic Moltkius facit.*

Duo Nobiles captiui ex ista immani laniena remanserant, quos tamen postridie iste tyrannus capite plecti iussit, & extra urbem proijci, vixq; aliquid terræ illis iniectū. Vbi erant illa cadauera tot Nobilium & strenuorū virorum, vix arena superiecta fuerat, id quod haud dubie ex composito fieri iusserat Magnus Dux ille, vt essent alitibus, & feris præda. Tertio deinde die, quidam Germanus tormentorum bellicorum præfectus, misertus hanc projectionem cadauerum, quibusdam tres taleros dedit, vt fossa profunda facta, vel maximè terræ tumulo iniectō, hæc cadauerum reliquias sepelirent & tumularent.

*Bombardarij Germani, facinus misericordiam plenum.*

DE TRVCI CARNIFICINA, QVAM EXERCVIT MAGNVS Dux, in clarissimos quosque suos Consiliarios, & optimates.

**D**ie sancti Iacobi in Iulio anno 1570. in ipsa vrbe Moschouia, Magnus Dux, iussit affigi octodecim palos grandes, & supra illos totidem trabes in transfuersum apponi in formam furcarum. Ciues cum primum animaduertūt tale theatrum parari & instrui, ingenti metu correpti se in fugam proripiunt, etiam mercibus & tabernis meritorijs relictis, prædæque expositis: nemo sane præ metu in forum prodire audebat. Nam isti rumores in vulgus sparsi fuerant, ipsum Magnum Ducem instituisse omnes ciues vrbis Moschouia: extremo afficere supplicio, crucique complures affixos iri. Satellites ad maiorem terrorem incutiendum, in medium forum adferebant varia genera tormentorum & quæstionum ad homines torquendos, quæ admouebant istis trabibus. Deinde excitato luculento igne, vas ingens aheneum apponebant aqua plenum, vt bulliret & ferueret per multas horas. Quibus rebus ita comparatis venit Magnus ille Tyrannus, stipatus ampla & copiosa suorum satellitum caterua: & ita instructus, quasi vellet in aciem & pugnam exire: sequebantur eum velut à triarijs mille & quingenti catapultarij: Duxque ipse se collocauit penes ahenum, exercitus verò militum in circuli & coronæ formam dispositus. Tum adducti sunt in proscænium trecenti Nobiles Moschouita, antiquissimarum & nobilissimarum familiarum homines, qui paulo ante præ nimio quæstionum cruciatu ita mutilati & pessimè tractati fuerant, vt vix semiuiui viderentur, vixque pedibus stare poterant, sed à militibus trudebantur turmatim, vt pecudes, ante Principis conspectum.

*Theatrum lucis in & miserabile erectum à magno Duce die S. Iacobi.*

*Descriptio noui supplicij.*

Is cum perspiceret omnes præ pauore & ingenti timore sese abdidisse in latebras & domos suas, ipse tunc obequitare cœpit per omnes vrbis plateas, clara voce euocabat ciues, inquit: venite absq; vllō metu, securi estote, prodite spectatū, nihil grauius in vos constituam, hoc vobis polliceor, quamuis is meus fuisset paulo ante animus, vos omnes funditus delere & perdere, sed iam mihi hæc mens mutata est, tutò egredi potestis & in forum venire intuitum quid ageretur. Tum miserrimus ille populus egressus turmatim & confertim, forū repleuit, imò erat tanta multitudo spectatorum, vt multi ascenderint domorum tecta, quò quis istius tragædiæ futurus esset exitus, viderent. Atq; postea affatur sic illam promiscuam hominum multitudinem: An num, o subditi, iustissimè ago, quod ita pœnas luant perfidi & scelerati proditores mei, tum

*Malus animus in Duce & mala mens.*

Miser populus praetimore ap-  
plaudis  
Duci.  
Præter spē  
multi libe-  
rati.

Falsa ac-  
cusationes  
in Cancellariū Prin-  
cipis.

Gravis A-  
pologia Cā-  
cellarij ad  
confictas  
crimina-  
tiones.

populus statim vno ore acclamare cæpit : Viuat diu fœlix, & incolumis Princeps & Rex noster : at improbi & flagitiosi suis meritis dent dignas pœnas. Deinde Magnus Dux iubet produci centum & octuaginta ex illo damnatorum numero : postea sic alloquitur Nobiles, qui ad illud spectaculum venerant. En vobis istos liberaliter dono, doque eis vitam, accipite illos, liberos à noxa dimitto : eisque pro mea clementia, gratia ac fauore ignosco, hoc pacto isti liberè dimissi, & ex præsentī morte diuino beneficio erepti. Tandem prodit Magni Ducis primas Secretarius, qui damnatorum album & catalogum habebat : & tum iubet educi quendam Moschouitam antiquissimo genere cretum, præcipuus inter eos, qui ab intimis consilijs Ducis sunt, erat : appellabatur Ioannes Michaelowic Wiskowati. Ibi ille Secretarius Principis, longa serie referre incipit crimina, quibus falso iste vir præstantissimus accusatus fuerat hisce verbis. Ioannes Michaelowic Wiskowaty, Cancellarius Magni Ducis, perfidissimè & impiè se gessit in Principem. Imprimis scripsit Regi Poloniae se ei velle tradere ciuitatem & arcem munitam, sui supremi Domini, quæ est in magna Nouogrodia : & hæc est prima in te accusatio : at tum scutica illum in caput percussit, addendo hæc verba : Perfidus es & ingratus, quod vsus sis hac improbitate aduersus tuum supremū Dominum. Altera perfidia est ista, quod literas dederis ad imperatorem Turcarum, vt cum exercitu potentissimo veniat occupatum & debellatum Regna Scytica, Casanense & Astraense, vt erat illi in votis : quo dicto, similiter flagello cæsus est in caput, subiecitq;, & secundò tuum Principem fraude doloque prodere voluisti. Tertium facinus quod admisisti est, quod ad Scytharum Cæsarem, literas dedisti : quibus ipsum hortatus es, vt cum suo copiosissimo exercitu irrumperet in Moschouiam, eamq; deuastraret & depopularetur, atque occuparet, vnde factum est, vt ingens damnum & irreparabile dederint Tartari in Moschouia : tam ipsius Ducis arces igne perdendo, quam etiam longe lateq; miserum populum ferro interficiendo, & vinctos multos cathenis in durissimam seruitutem, innumerabilem inquam vtriusque sexus turbam abigendo : quorum cum sis author tantorum malorum, meritò vltimo es afficiendus supplicio, atq; vt antea fecerat, flagro asperrime eum cæcidit Regis Secretarius. Tum miser Cancellarius istis falsis criminationibus insimulatus, & cum se innocentem esse sciret, sic respondit. Testor Deum Opt. Max. qui solus est scrutator cordium & renum, in cuius conspectu profiteor me esse peccatorem, sed confido eum pro sua Diuina clementia, propter sanguinem effusum charissimi sui filij, mei misertū iri. Testor, inquam, Deum, me semper fidum & diligentem fuisse in munere publico mihi cōmissō à Magno Duce, vt fas est : ideo à falsis istis accusatoribus prouoco ad Tribunal Dei, quod iniuste sum accusatus & traductus apud Principem, atque hæc impostura detegetur in extremo die iudicij. Princeps cum stabis ad conspectum Diuinæ maiestatis mea innocentia apparebit : nunc verò apud te nulla ratio & æquitas locū habet, nec me à criminibus falso mihi impositis licet purgare. Adeo est tua auaricia inexplabilis & pertinacia vlciscendiq; libido, vt sitias sanguinem meum : ebibe igitur illum pro lubito, & iam satisfacias tuæ improbitati, vt constituisti : nunc quidem tua figmenta & importuna commenta, videntur habere speciem veri : quia omnia per vim agis. Itaque Satellites excipiunt, en videmus te esse reum, cū tam dura oratione insurgis in Principem, turpiter lapsus es, & tuos sermones optimè expendimus. At ille Cancellarius ait : Vos ô infelices homines cum Magno Duce, estis prædones & omnis improbitatis illius administri : effunditis immerito cruorem innocentem : tyrannicè omnia agitis, per fas & nephas ruitis in cædes mortalium. Hæc omnia quæ mihi obijciuntur, falsissima sunt, nihil vobis facilius, quam tollere è medio insontem : At Deus aliquando, & veniet hora, quæ non speratur, cum vos puniet & pro meritis in vos grauiter animaduertet : quæ cum tam liberè protulisset, cōspuit in faciem illorum. Quare Magnus Dux iubet carnificibus hominem rapere : quem statim raptum, exuunt & ligant ad furcas illas sic dispositas : & suspendunt pronò capite & ore in terram. Præfectus satellitum sic afatur ipsum Magnum Ducem : quo genere supplicij istum affici iubes ? Tum respondet, vos

det vos omnes aulici mei suo ordine istum excarnificare debetis & dilaniare: Quare accingit se operi iste præfectus Molutus dictus: & ex equo descendens, accepto cultro auriculam dextram illi abscidit, alter aulicus sinistram excidit, tertius labra amputat, & sic ordine omnes illum membris mutilarunt, ut omnes se tam nephando homicidio contaminarent, & cæde istius innocentis essent rei. Ad extremum quidam secretarius Principis, ne quid deesset ad cumulum crudelitatis, conscidit illi pudenda, & tum statim exalauit animam miser Cancellarius. Quare Magnus Dux videns ob abscissum membrum genitale, statim obiisse Cancellarium, indignissimè tulit, atque dira imprecatus huic secretario, sic in eum inuectus est. O scelerate, expectes paululum, istud totum est tibi exedendum, quod iste excedere debuit. Nam poenitus credebat, quod commiseratione motus, cruentas manus ita illi intulisset, ut citò è viuus discederet: Constituerat sanè istum secretarium morte truculenta punire, sed Deus anteuertit tyrannidem Principis, quia paulopost lue infectus, mortuus est. Satellites deinde demortui Iohannis Viskonati corpus deponunt ex furcis, & sic seuire incipiunt in illud cadauer, frustulatum illud conscidendo, prius tamen absciso illi capite. Iste est exitus istius præstantissimi ingenio & virtutibus multis, excellentissimi viri Cancellarij Magni Ducis, cui parem nunquam habuit imperium Moschouiticum.

*Crudele supplicium quo affectus indignè Cancellarius*

Iussit secundo loco produci in Theatrum, suum Thesaurarium, cui nomen erat Michaël Funichow, vir magni nominis & ingenij acerrimi, socius fidusq; amicus illius Cancellarij. Iste non longis verborum ambagibus vsus est in sua defensione, sed breuiter sic loquitur: Appello ad Deum qui omnium rerum est conscius, & cuius oculus omnia intuetur, quia nunquam quicquam in te Dominum meum commisi, semper bona fide & sine fraude in administratione mei muneris me gessi: & cum accuser abs te, impiè & iniquè iam tibi dicam scribo, & anima tua in altero seculo se sistat coram Diuina Maiestate, ut mihi satisfaciat. Hæc verba ubi protulisset, iubet Magnus Dux arripi miserum, & exui, atq; furcis alligari eo modo quo & Cancellarius. Tum postea ille Maluta præfectus satellitum, haurit ex vase æneo, ubi erat aqua feruidissima, & deinde alter equorum magister, accepit vas plenum aqua frigidissima, iste primo illa aqua caput abluere cepit, postea calidam & feruidissimam aquam infundebat, sic ille infortunatus vim feruoris & ardoris illius aquæ sentiens, ob atrocem feruorem, vociferabatur mirificè: at ille minister Tyrannidis Maluta magis ac magis infundebat illam calidissimam aquam, ita ut tandem pellis capitis contraheretur in modum serpentis, cum se in spiras contorquet: ita hoc crudelissimo supplicij genere cõfectus, expirauit. Tertio iubet adduci in medium suum Cocum, iste cocus infinitis falsis testimonijs reus erat peractus, eoque genere supplicij est affectus, quo & Ioannes Wiskowaty, nempe membratim est dissectus, amputatis illi pudendis. Deinde iussit adduci quendam Georgium Czapkinu cum vxore & liberis, qui inter amanuenses & secretarios non postremum locum tenuit, eumq; ex equo descenderet Magnus Dux, Basilius Themkin iussu Principis caput illi abscidit, sic & vxori ac liberis: Iste Themkin erat proscriptus ex Lithuania, ob necem Palatini Plocensis, & in Moschouiam aufugerat, tanquam ad asylum, primumq; locum ac præcipuum inter aulicos Principis tenebat.

*Thesaurarius Magni Ducis eadem bonitate conscientia fretus, qua Cancellarius rapitur ad necem.*

*Genus supplicij immane.*

*Cocus suo non parcius Magnus Dux. Georgius Czapkinus cum vxore & liberis occiditur.*

Deinde productus est alter secretarius, cui nomen Iohannes Bulhakow, qui fuit vna cum vxore, & liberis etiam capite truncatus à Palatino Chirnouiensis, is vocabatur Pietrouicius.

*Sic & Iohannes Bulhakow.*

Tunc iubet educi & secretarium suum Basilium Stepanow, quem & indicta causa aulicus è vestigio capitali poena afficit mandato Principis.

*Idem factum Basilij Stepanow.*

Ad extremum, ut ad hoc tragicum ac crudelè spectaculum nihil prætermitteret, præcipit Magnus Dux ducentos Nobiles captiuos extrahi in arenam, quos nominatim iubens sisti ante se, damnat morti, & singuli aulici ordine eos capite truncant, quæcæde confecta, prodeunt in conspectum Principis manibus & gladijs cruentatis cum hac voce letitiæ Hoyda, Hoyda: Sic se turpissimè aulici Magni Ducis sanguine innoxio contaminarunt. Tum eodem tempore mandat Magnus Dux è vinculis venerandum

*Crudelis mors ducentorum Nobilium.*

quendam senem adduci: quem statim in equo ille arrepta hasta transfixit: & quamuis sic transfusus miser senex obierit: vt impleret suam crudelitatem illum plusquam sedecim vulneribus fauciauit. Hæc crudelitatis & tyrannidis horrenda facinora perpetravit intra horas quatuor. Illa cadauera nuda ita iacebant in terra, quorum nō paruus erat numerus: & cum lustraret illa cadauera quidam ex Principis satellitibus, caputq; Michaëlis Thesaurarij intueretur, exerto ense caput in duas dissecuit partes, hisce verbis additis: recorderis quid mecum egeris. Sub vesperum cadauera illa sunt in vnum cumulum collecta, & extra vrbis porta elata, ibique ingenti fossa facta, iniecta & terra obruta. Sic crudelissimè tot cœdibus perpetratis iam in palatiū Princeps rediens, deflectit ad ædes Michaëlis Thesaurarij, vbi inuenit vxorem illius, eleganti forma præditam, & verè honestam, valde luctu & dolore magno plenam atq; suspirantem, ob mariti necem, Ducis Ophanasi Wiázinski soror erat, de quo supra mentionem fecimus. Magnus Dux spirans suam immanitatem, apprehendi iubet, & extendi funem asperrium, qui ab vna parte muri ad alteram extendebatur, & cum natibus nudis assidere huic funi, qui plurimū carnem & cutem excoriabat, vtq; detegeret mariti thesauros, ab vna parte vsq; ad alteram extrahebatur cum summo cruciatu. Filia eius, quæ erat quindecim annorū, hoc crudele genus tormenti videns, nō potuit se continere, quin eiulatu testaretur dolorem suum. Dux iubet illam rapi in medium, at filius Ducis maior natu, cōmiseratione motus, accurrit, & vestem eius tenens sic affatur patrem: Pater charissime, dona me hac puella, ego carceribus illam ocludam: tum pater, accipetu quidem, sed postea matri illam reddas. Deniq; cum istis magnis cruciatibus & tanto dedecore honestam illam matronam affecisset, & filiam eius in monasterium relegauit: vbi illa ob magnitudinem vulnerum & cruciatuum quæ passa fuerat dum traheretur per funem, non diu superstes extitit. Filium etiam istius Thesaurarij in vincula coniecit, & omnes fortunas eius cuiuscunque essent generis, ei accepit: sicque distribuit vt meliorem partem sibi vindicaret & attribuerit, quod erat vilis prædæ suorum militum exposuerit.

*Impadens  
est crudele  
facinus in  
vxorem  
Thesaurarij.*

*In vxores  
est liberos  
occisurum  
suarū pro-  
cerum sa-  
uit: est  
bona om-  
nia diripi-  
t.*

Eodem die venit in ædes Iohannis Wiskowaty summi olim eius Consiliarij, qui antea truculentè mactatus fuerat, vxorem in quoddam cœnobium deportari iubet: filium autem eius damnat perpetuis carceribus, & relegat in arcē munitissimam, quæ Bialeieczoro dicitur, ac si dicas lacum album: acceptis omnibus eius bonis. Postquam sic tam horribilem & truculentissimam edidisset crudelitatem, exactis tribus diebus, iubet produci in forum ex carceribus aliquot egregios Nobiles, qui statim capite truncati sunt, ab ipso Maluta præfecto satellitum: & ita diu iacuerunt humi, quos ipse aliquot vulneribus, vt suam faceret tyrannidem, feriebat, vtens securi. Cadauera illorum ita nuda in medio foro iacebant, vbi venales prostant merces, septem dierum spacio: vbi tandem à canibus deuorati, ossa verò hinc inde asportata ab iisdem canibus. Postridie iubet octuaginta foeminas generosas istorum Nobilium, qui ita immaniter trucidati fuerant, ad flumen deduci, ibiq; aquis submergi: ille autem innocentes frustra eiulari & lamentari. Satellites enim, crudele hominum genus, ipsas in aquas iniiciebant & perdebant.

*Denegata  
sepultura  
inhuma-  
nter.*

Anno Domini 1569. missi sunt centum & quinquaginta coloni, ad ædificandam arcem, quæ vulgo Orlo dicitur, & cum cibo destituerentur, quia tum in illis locis ingens fames grassabatur: coacti sunt miseri, ob annonæ penuriam, ex suis nouem mactare, & illorum carnibus vesci, & sic diram compescere famem.

*Moschouita fama  
percisi, sa-  
uiunt in  
corpora  
mutua.*

Eodem anno cum ipse Dux esset in arce Wolechda, quam extrui & muniti iubebat, ipsi artifices nimis dura fame pressi, emerunt vitulum, & cum mactarunt, famem hoc pacto expleuerunt. Quam rem vbi audiisset Magnus Dux, iussit omnes comprehendi & flammis tradi: cum tamen ipsa necessitas, durum telum, eos excusare potuisset. Superstitio enim hæc à multis seculis recepta inter Ruthenos & Moschouitas, vt sit grande nefas, morteq; piandum, qui vitulum mactarit, & eo vesci ausus fuerit. Inter Moschouitas centum & quinquaginta egregij viri, per tres tyrannidem Magni Ducis,

*Ob vitulis  
mactatum  
Moschouita combu-  
si.*

& ferociam satellitum: constituerant se recipere ad Regem Poloniae. Quam rem ubi accepisset Magnus Dux, iussit omnes in quandam profundam lacunam valde coenosciam iniecti, & ibi in modum pontis subterni: quos tam diu calcari fecit, donec profundissime in luto perirent ac submergerentur, & plane luto aequarentur.

*Moschouita loco pontis disposita.*

Eadem die venit colonus ad Secretarium Magni Ducis, ei offerens lucium piscem lepidissimum. Quidam Monachus istud animaduertens, qui similitudines alebat cum isto Secretario, idcirco statim accedit Principem, & hisce verbis illum alloquitur. Secretarius tuus, o Princeps, nunquam minoribus vescitur piscibus, sed maioribus: quos piscatur in tuis lacubus, & solet lautissima suis congeronibus celebrare conuiuia. Itaque Magnus Dux iubet ipsum Secretarium ad se euocari, & nulla data facultate se defendendi, sic eum damnat: iubet manibus pedibusque vinciri, & in lacum profundissimum conijci: hisce verbis utens. O nebulo qui tot pisces minores & maiores solibas tibi piscari, abi nunc, & quibuscunq; volueris, vescitor.

*Secretarius ob piscem submersus.*

*QVO PACTO MAGNVS DVX SVOS EXERCET, ET instituit in ratione pugna, aduersus inimicos.*



Um Lithuani ex improviso cepissent arcem munitissimam, vulgo dictam Borsko: coeperat ibi Palatinum & uxorem eius, quos captiuos ad Regem Poloniae miserant. At Magnus Dux paulopost cum redemerat, dato in eius locum magno viro Nobile Polono, qui cum redisset in Moschouiam cum alijs duobus Nobilibus Moschouitis, tum iussu Principis arrepti sunt ad supplicium: nimirum tria ligna sunt affixa in medio foro, ubi funibus per mediam corporis partem appensi, ipse cum filio sagittis eos eiocabatur, & transfigebat, inquit. O strenui defensores, sic oportet vos me & meas arcas defendere: postea ad exemplum Principis, & turba illa satellitum sic sagittis frequentissimis illos impetierunt, ut iam praemultitudine sagittarum, non viderentur eorum corpora.

*Crudelis ad praegravum institutio.*

*QVO PREMIO ET MERCEDE AMPLA SOLEAT Magnus Dux, suos adulatorum afficere.*



Llustres ac clari viri, Ozyphas Scerbary, & Georgius Boratinski, qui munere Palatinatus fungebantur: cum missi fuissent ad defendendam & tuendam arcem Susa: intercepti sunt ab illo bellicoso Lithuanicarum copiarum imperatore: a Duce Romano & ab eius exercitu, in quo conspectu magna strages Moschorum est edita, & inter alios illi praecipui viri duo capti, qui postea per permutationem captiuorum redempti sunt. Qui cum primum venerunt in Moschouiam, hilari fronte a Magno Duce excepti, & ad eius mensam inuitati. Tandem absoluto prandio, muneribus lautis & preciosis eos afficit: nimirum unicuique illorum dedit vestem ex holoserico suffultam Zebelinis pellibus raris & elegantissimis, dedit & singulis preciosos pileos albos. Atque inter alia quae cum illis conferebat, sciscitatus est ab eis quid ageretur in Polonia & Lithuania. Tum Ozyphas ille, retulit ea omnia quae viderat ac intellexerat candidè & bona fide. At Georgius Boratinski rogatus, contra protulit ea quae putabat grata fore Magno Duci, ipsi palpam faciendo & adulando: quae planè absorta erant a rei veritate, & absurda. Ac inter alia sic ausus proloqui: Inclute & inuidiosissime Moschorum Caesar, sic tibi persuadeas, cum Rex Poloniae audit, tuos milites iam adesse in finibus, & ibi grassari, maximo metu perculsus, querit latebras & loca abdita. Magnus Dux statim fucum sibi fieri intellexit, & subiunxit: Rex Poloniae igitur me timet? At ille, procul dubio: clarissime & serenissime Dux, ita se res habet, & si copiosus exercitus irruerit in Lithuaniam, ille non est tam animosus, ut velit tecum in aciem descendere: aufugiet procul in aliquam munitissimam arcem, neque etiam viribus par, aut arcibus munitis est tecum conferendus: Denique nun-

*Tyrannus etiam aliquando veritatis oratio gratia.*

M O S C H O V I A E

quam tui exercitus impetum & vires sustinere poterit : succumbet protinus & terga dabit. Quæ conficta verba, cum in ipsius gratiam ac fauorem excogitatam & comparatam orationem esse vidisset : detestatus adulatorium & leue hominis ingenium, cœpit nutare caput, inquit : O Rex infelix, o Rex miserrime, tui planè misereor, qui ita me times : adeoq; sum tibi terrori, vt ad mei mentionē, cogites de fuga, vbi in Lithuaniam venero. Hac oratione finita, tam contumeliosa oratione sic istum Boratinski est alloquutus : O perfide & scelerate homo, iam tua perfidia, & mendacia mihi optime sunt perspecta. Quocirca baculo quo vti solet, ferit illi caput, & cædit tergū, ac deniq; totum corpus, nulla ratione habita illius preciosæ vestis, qua cum induerat : At miser Boratinski hinc inde se vertebat : hacque oratione utebatur. O Princeps Serenissime, Deus te diu sospitem seruet, quodq; ab te verberor gratū est mihi, & sic me plane hominem obscurum & ignobilem castigare dignaris : nunquam ego potuisssem eripi ex captiuitate, nisi tua ope : sed quamprimum liberatus sum ex vinculis Lithuanicis, citissime me ad te contuli. Verum Magnus Dux non desinebat hominem crudelius tractare : sæpius repetens hæc verba, o perfide & scelerate te esse turpissimum & mendacem adulatorem noui. Quare sic est ab eo tam diu verberatus, donec suum baculum Princeps confregerit in minutissimas partes.

QUALIS SIT RELIGIO, ET PIETAS MAGNI Ducis Moschouia.



Vando Magnus Dux in suum palatium Alexandrowa, olim antequam pulcherrimè extrueretur, Slobodam dictum, venire solet animi recreandi gratia, tum ibi quandam nouam religionem simulare solet & effingere. Primum se nouo quodam Monachi nigri vestitu induit, cuius etiam imitatores sunt omnes eius aulici, simul eodem vestitu iam parato vtentes. Satellites verò illius armati adsunt, qui ad omnia officia prompti paratiq; sunt. Ille autem Magnus Dux ita vestitus cum suis aulicis ingreditur fanum, ad preces matutinas, & alias ceremonias peragendas, quibus vtuntur Rutheni. Sunt autem succincti loro, cui adiunctus cultellus, manibus tenentes lucernam, in qua est accensa candela : quod si quis aulicorum refugerit vti hoc vestitu & ceremonia, grauissimè cæditur virgis à satellitibus Principis. Hosce omnes vocat Princeps fratres, & se eodem nomine appellari iubet, hæc est sancta aulicorum Moschouitarum fraternitas. At cum iam est tempus prandij, porrigitur cibus, Magno Duci primum, quem habet in sua cistella, tanquam primario fratri, & sic deinceps reliqui fratres ex suis cistellis accipiunt suum cibum : Quod ad potum, singulis datur ad certā mensuram. Tandem absoluto prandio, omnes cum suis cultellis & cistellis se recipiunt in suas cellulas. Nam hoc palatium est edificatum planè in formam Monasterij. Quare cum secundū suum ritum absoluit, Magnus Dux suas preces & horas Canonicas : tanquam maior natu frater egreditur ex illo Cœnobio, ac iubet aliquot captiuos, iam morti destinatos produci ex carceribus, ibi omnes varijs mortis generibus afficiuntur : alij ad palum & rotam alligantur, alij securi percutiuntur, alij suspenduntur, alij miserrimè cruciantur, & frustulatim dissecantur : deniq; multi aquis obruuntur. Ita quandiu ibi degit, singulis diebus decem aut viginti insontes ab eo supplicijs grauissimis tolluntur è medio : ita vt præ factore cadauerum illac nemo incedere possit. En fructus religionis Magni Principis Moschorū : sic suam religionem sanctificat. Et quia patrem sequitur sua proles, ille Magnus Dux filium habet sibi suisq; truculentissimis moribus, perfimilem. Nam ille voluptatis gratia solet per illa mortua corpora obambulare, illa calcando, & baculo suo capita illorum confringit, vel in illorum cerebra aciem baculi ferrati infigit, inquit : vos ò scelerati infurrexeratis in vestrum imperatorem ac Principem, & me etiam.

Quotiesunq; Magnus Dux ad illud palatium Alexandrowa, aliquem ex suis inuitat Consiliarijs, nemo est illorum qui nō credat se ad præsentem mortem accersi, nec vnq uam

*Eidem con-  
ficta &  
mendax  
oratio  
odiosa.*

*Lustrum  
premium  
adulato-  
ris.*

*Ineptare-  
ligio Gel-  
potius su-  
perstizio  
Magni  
Ducis.*

*Religionē  
suam san-  
guine in-  
nocentium  
sanctifi-  
cat.*

*Quale fu-  
turum sit  
imperium  
filij Magni  
Ducis,  
quia pa-  
rente non  
degene-  
rat.*

vnquam inde domum incolumen reuerfurum, idcirco difcessurus, primum domi suæ disponit, & vxori ac liberis valedicit, & amicis sua committit: ac ita est, ni enim Deus ipse, vel mirabilis fortunæ casus illum hominem conseruarit, de illo actum est. Quod si impunè & liberè suos à se amandat: tamen postea non euadunt manus Principis, vel quidpiam deterius eos manat. Sicut fanè accidit cuidam viro raræ fanè virtutis, Theodoro illi nomen fuit. Iste non ita pridem functus erat legatione apud Regem Poloniae, & vbi redijisset à legatione, inuitatus est ad Principem vna cum suis Nobilibus, ad Alexandrouam arcem. Qui licet inuitus, tamen se sistit ad diem dictam vna cum suis. Sane lautissimè & oppiparè ille Theodorus & omnes eius excepti sunt ac donati ab ipso Principe, multis preciosis vestibus, subductis pellibus Zibellinis. At via qua illi fuit transeundum, satellites per insidias erant collocati. Cum autem essent securi & nihil sibi metuerent, en irruunt in eos satellites Principis, & illos spoliant Nobiles, & potissimum ipsum legatum: eosq; sic nudos relinquunt, vt ex vtero matrum exierunt. Atque eo tempore maxima erat vis hyemis, quod ad augendam calamitatis eorum grauitatem pertinebat, exuti spoliatiq; sunt currubus & equis. Itaq; sic miserè & crudeliter tractati, coacti sunt pedes ire vsque ad vrbem Moschouiam. Vnde factum est, vt alij propter vehementiam frigoris intensissimi auriculas amiserint, alij digitos manuum, & articulos pedum, & nasum. Plurimi qui frigus ita horridum ferre non poterant, interierunt in ipsa via. Ipse orator Theodorus fortè fortuna à quodam rustico nactus est, vestem pellium caprinarum, qui hac vsus, arcuit à se vim frigoris, vt potuit. Ita iste legatus cum suis splendidè exceptus à Magno Duce, & honorificè donatus, postea crudeliter illusus, redijt in vrbem Moschouiam. Pulcherrimum scilicet exemplum istius Neronis, & eius humanitatis, qua erga de se benè meritos vti solitus est.

F I N I S.

EPILOGVS OPERIS.

**S**ed hac satis sint de immanitate ac truculentia Moschouitica: Nos autem bona fide & studio recto, iustog, ordine literarum monumentis mandauimus, posteritatiq; legendum dedimus: qua scitu necessaria sunt de tota Sarmatia: id est, de Polonia, Lithuania, Prussia atque Russia: qua cum suo nomine complectatur Moschouiam, & de ea attigimus, qua putauimus esse cognitu utilia. Quoniam autem hodie, is qui imperium Moschouiticum tenet: superat sua crudelitate Neronem, Caligulam, Heliogobalum, Maximinum, Phalarim Aggrigentinum: vel etiam Busridem aut Mezentium: deniq; tyrannos, qui celebres sunt ac famosi apud Historicos, vel etiam apud Poetas: ex infinitis nonnulla crudelitatis illius exempla delineauimus. Quod sane mirum esse non debet, cum gens ipsa fera sit: Moschi siquidem à Mesech dicti, ac si dicas, homines arcus extendentes. Sane Moschis scriptores crudelitatem, morumq; feritatem semper attribuerunt, testis est illa querela Psalmi: Heu mihi quod exulo inter Mesech & Cedar, id est, inter Moschos & Arabes. Sedes Moschorum vetus fuit in Cappadocia, qua non procul abest à Syria: & ideo illa gens fuit nota Iudeis. Innuit itaq; Prophetam Ecclesiam Dei extremis istis temporibus afflictiones maximas perpeffuram: tam à Moschis, quam ab ipsis Turcis: qui ex Arabia prodierunt. Accepit autem gens Moschouitica, ritus religionis Græcæ, anno Domini 987. sed successu temporis addiderunt illi multas superstitiones: Grauisimus vir & scriptor nobilissimus Sigismundus ab Herberstein scribit, nunquam populum Moschouiticum publica explicatione doctrina, & concionibus erudiri: Et quia sunt oppressi tyrannide horribili: opiniones sui Principis, etiam in religione solent habere pro lege immutabili: sicut Athenienses degeneres fecerant decretum, quicquid visum esset Regi: illud pium & iustum esse. Sed tueatur nos Filius Dei ab impietate & crudelitate Mesech & Cedar. Amen.

Quæ &  
qualis sit  
gens Mo-  
schou-  
itica.



# TARTARORVM CAMPESTRIVM IN HORDAS DIVISORVM, MORVMQVE ET CONSVETVDI- nis vitæ eorundem breuiffima descriptio.

**D**E Cazanensibus Tartaris (antequam cæteros in hordas diuifos attingemus) Moschouitico imperio confinibus, dicendum nobis imprimis occurrit, quos Magnus Moschouix Dux Basilius, anno Domini Millefimo quingentesimo quinquagesimo primo, ditioni suæ, plurimis diuersisque bellorum euentibus exantlatis subegit. Hij verò à Campestribus differunt quod agros colant domosque inhabitent.

## DE REGNO CAZANENSI.

**S**VRA fluuius, imperiũ Moschouiticum à Cazanensi Regno dissimitat, qui ex meridie fluens viginti octo miliaribus infra Nouogrodiam inferiorem, cursu in Orientem reflexo, in Wolgam exoneratur, in quorum confluxu Basilius Princeps Castrum à suo nomine Basilow Grod appellatum, contra Casanenses arcendos erexit. Porrò Regnum Casanense sexaginta miliaribus Polonicis infra Nouogrodiam inferiorem (de qua superius) limites suos secundum Wolgam fluuium incipit, Orientem & Meridiem versus campis desertis qui ducentis miliaribus Polonicis patent, terminatur. Ad Orientem verò æstiualem, Tartaros qui Shibanski & Cozaccki appellantur finitimos habent.

**CAZAN** vrbs, totius Regni Metropolis ad Wolgam fluuium & Cazannam à qua nomen sortitur, in vltiore ripa condita est. Arcem natura & opportunitate loci munitissimã & in expugnabilem habet, à Nouogrodia inferiore septuaginta miliaribus distat.

Hij Tartari Cazanenses reliquis ingeniosiores, & aliquantulum humaniores sunt, circa agriculturam, remque domesticam (qua à cæteris maximè differunt) versantur. In domibus non in campestribus degunt, mercimonia rerumque permutationes varias, cum vicinis Moschouitis, Turcis & cæteris Tartaris exercent, Reges sui iuris ad Basilij vsq; Ducis Moschouix tempora habebant, neminiq; tributa persoluebant, sed prædictus Basilius eos sibi tributarios multis annis cum illis vario Marte bella gerens, effecit, atq; pro suo arbitrio Reges illis constituabat. Id autem Cazanenses maximè coacti sunt subire, partim propter oportunitatem fluuiorum ex Moschouia in Wolgam influentium, partim ob mutua commercia cum Moschouitis consueta à quibus inimicitix tempore arcebantur.

Primus itaque Cazanensium Rex fuit Chelealeczk, qui tributarius Basilij feudalisque extitit. Hic relicta vxore Nursultan, absque liberis moritur, cui Abrahamini magni nominis Tartarus, ducta vxore eius vidua, consensu Magni Moschouix Ducis Basilij, in Regno succedit, qui ex priore vxore filium Alegum nomine habuit, ex Chelealeczk autem relicta, duos postea Machmedenim, & Abdelatiph filios suscepit. Prædicto igitur Abrahamini mortuo, Alega velut primogenitus Regno potitur, qui cum mandatis Moschorum Principis non admodum obtemperaret, à proceribus Moschouiticis, qui ad consilia eius obseruanda constituti erant, quadam die in conuiuio inebriatus, ac in vehiculo illa nocte, quasi in domum veheretur, Moschouiam vsque deductus est, ibidemque in vinculis aliquandiu detentus, tandem in Volochdam arcem relegatus vitam terminauit. Alega igitur ita Regno deiecto Abdelatiph frater ei succedit, qui etiam perinde vt Alega Regno priuatus est. Machmedenimque frater in locum eius à Moschorum Principe suffectus, quo regnante Anno Domini 1504. Cazanenses iugum Moschorum excuserunt, ab eisque defecerunt. Hanc defectionem cum

Basilius

*Fines regni Cazanensis.*

*Cazanenses à Moscho subingati.*

*Reges Casani.*

*Alega Rex exitus.*

Basilii Moschorum Princeps didicisset, rei indignitate commotus, cum infestis armis & tormentis bellicis exercitum copiosum contra Cazanenses destinavit, qui à Cazanensibus & Ceremis arcu uti peritis dolo circumventi, impari Marte cæsi & fugati, tormentisq; & Castris spoliati, captiuiq; in Astrahanense emporium quod mari Caspio siue Persico adheret, relegati Turcis, Tartaris & Persis venditi sunt.

*Cazanenses Moschos præsignant.*

Postea Cazanenses Scheale Regem hæreditarium, qui Machmedemini mortuo successerat, Moschorum partibus fauentem expulerunt, Sapiregiumque Mendligeri Tauricæ Regis filium, ad Regnum suscipiendum vocauerunt, qui coniunctis viribus cum fratre Machmetigero Tauricæ Rege, Moschouicæ maximam partem crudeliter devastarunt, ad ipsamque urbem Moschouiam penetrantes, grauissima obsidione cam præserunt, ab eaq; non discesserunt, donec Princeps Moschouicæ se tributarium prædicto Machmetigero Regi Tauricæ perpetuo fore obstringeret, quod postea non præstitit. Ingentem autem & vix credibilem tunc temporis hominum captiuitatem, trecenta videlicet millia Tartari in Moschouia cepisse eduxisseq; dicuntur. Quam cladem irrefarciabilem Moschorum Princeps vlciscere volens, exercitum copiosissimum conscripsit, Machmetigeriq; Tauricæ Regem ad certamen prouocabat, dicens se superiore anno ab eo non indicto bello ex insidijs furum latronumq; more oppræsum fuisse. Ad ea Machmetiger respondit: sibi ad inuadendam Moschouiam satis vias multas patere, bella non magis armorum quam temporum esse, proinde ea se magis suo, quam alieno arbitrio gerere solere. Moschouicæ autem Princeps videns se delusum fore, vlciscendi libidine ardens Anno Domini 1523. exercitum ad Cazanense Regnum expugnandum duxit, in finibusq; Cazanensium, ad Wolgæ & Suræ fluuiorum confluxum, munitionem propter infestandos Cazanenses condidit, quam à suo nomine Basilow-Gorod appellauit. Postea re infecta exercitum dimisit.

*Tartari crudeliter Moschouiam vastant.*

*Numerus captiuorum.*

*Tartari cum re sponsuri.*

Anno deinde sequenti 1524. ad Cazanense Regnum occupandum, ingentes numerosasq; copias, cum Duce quodam Michaële Georgij destinavit, Cazanque arcem quinta decima Augusti oppugnare cepit, quam quidam Moschouicæ ad id subornati incenderunt, intuenteq; Moschorum exercitu funditus exusta est. Attamen in tam facili occupandi Castris occasione, Moschouicæ ad expugnandum, occupandumq; castris combusti collem ne accedere quidem audebant. Tartarosq; id denuo ædificantes non impediabant, atq; ita postea arx Tartarorum strenua opera, Moschouitarumq; negligentia restaurata est. Moschouicæ verò frustra moras trahentes, consumpto comeatu fame laborare incipiunt, nam Ceremis tuentibus partes Cazanensium, hostium itinera diligenter obseruantibus, emissariosq; excutientibus, nihil adferri poterat, adeo ut nec Princeps de suorum qua præmebantur necessitate cognoscere, nec ipsi quicquam illi significare de rerum suarum statu possent, & aliquot millia Moschouitarum à Ceremis caesa & fugata, nauesque plurimæ quibus comeatus deferebatur ademptæ, & aquis obrutæ sunt. Tandem Moschouicæ auxilijs aduenientibus castrum combustum denuo restauratum obstinatissime oppugnare ceperunt, tormentis machinisq; bellicis admotis, obsessi quoq; exoneratis pariter in hostem bombardis strenue se propugnabant, donec bombardario magistro, quem vnicum in castro habebant, glande scloppetario à Moschouitis icto priuarentur, atq; certis sub conditionibus Cazanenses cum Ducibus exercitus Moschouitici, inducias pepigere compulsi sunt, tributaq; secundum pactum ad mortem vsq; Basilij persoluebant. Mortuo tadem Basilio, Ioanni moderni Principi filio eius recalcitrare Cazanenses ceperunt, quos ille septem perpetuis annis bello acerrimo, vario tamē Marte præssit, arcemq; & ciuitatem Cazaniam regionis Metropolitim tormentis bellicis, & obstinato impetu militum suorum, puluerumq; bombardariorum suppositione anno Domini 1551. expugnauit, paternumq; opus strenue perfecit, & ab hoc tempore Cazanensium Regnum, & urbs Cazan cum arce, Principi Moschorum Ioanni Basilij filio subacta est, titulumque Regni prædictus Princeps sibi usurpat, seque Czar Kazanski, id est Regem vel Imperatorem appellat. Magna autem pars Tartarorum Cazanensium tunc temporis capta, Principis impulsu baptisata est, multi quoq;

*Moschouicæ Cazan oppugnata.*

*Cazan comburitur.*

*Cazan iterum oppugnata.*

*Cazan capitur, expugnaturque.*

TARTARIAE

baptismum respuentes capite multati aquisq; obruti sunt: Nunc tamen communiter omnes Machomethi dogma, erroresq; gentiles profitentur, exceptis perpaucis ijsq; insignioribus, qui Ruthenico ritu, fidei Christianae praeceptis iniciati sunt. Atq; haec de Cazanensibus Tartaris breuiter dicta sufficiant, nunc confines Tartaros Nohaycenses caeterosq; campestres in Hordas distributos attingemus.

NOHAICENSIVM TARTARORVM HORDA.



Artari Campestres, cateruatim in campis nullis finibus obseruatis degunt, in Hordasq; veluti in quasdam prouincias, a quibus & cognominantur, diuiduntur. Horda autem conuentum, & multitudinis congregationem, caetumq; hominum, in formam ciuitatis coactum significat. Caeterum vna quaeque Horda nomine suo peculiari appellatur, quae multae ab inuicemq; moribus aliquantulum diuersae sunt, ex quibus praecipue Nohaicensis, Zauolensis, Praecopensis, Crimscensis, Cosaczkiensis, Tumenensis, Calmuckiensis, Turcomanensis, & id genus aliae, quae omnes Machomethi dogma amplectuntur profitenturq;.

*Horda  
quid signi-  
ficat.*

Nohaicensium Tartarorum Horda, post Tartaros Cazanenses orientem versus procedendo imprimis occurrit, quae ultra Volgam fluuium amplissimum circa mare Caspium ad fluuium Iayczk ex prouincia Sibier decurrentem sita est. Huius regionis Tartari incolae non Reges, sed Duces habent, in tresq; Ducatus diuiditur, quorum primus cum ciuitate Scharayczik, dicta ultra fluuium Volgam orientem versus, cum adiacente ad Iayczk fluuium Regione extenditur, Scharaycensisq; Ducatus a ciuitate Scharayczik dicitur. Secundus Ducatus in Horda Nohaycensi inter Cammam Iayczk, & Volgam fluuios situs est. Tertius eiusdem regionis Ducatus Siberiensis prouinciae partem (de qua superius) & omnem circumiacentem regionem attingit. Atq; haec omnes regiones syluosae sunt, excepta ea quae ad Scharayczik ciuitatem vergit, quae tota campestris est.

*Schara-  
iczik.*

A Ducatu Scharaycensi Nohaycensis Regnorientem versus procedendo, occurrunt populi Iurgenczi a Moschouitis appellati, quibus frater Magni Cham supremi Regis Tartarorum imperat, a Iurgencijs autem decem dierum itinere ad regiones Magni Cham Regis de Catagia (qui maximam Tartarorum partem possidet) peruenitur.

*Iurgenczi.*

*Rex de  
Catagia.*

TARTARORVM ZAVOLHENSIVM HORDA.



Bulgaria siue Volgaria vel Zauolhensium Tartarorum Horda, a Cazanensi Regno & Nohaycensi Horda nonnihil in meridiem reflectendo occurrit. Traxit autem cognomen a Volga fluuio celeberrimo, qui eam longo tractu interfluit. Ex hac Regione Bulgari, Slauones, qui nunc Turcarum Imperatori parent, & Volinci, Ruteni, Lituaniae populi Regi Poloniae subiecti oriundi perhibentur, prout latius in deductione Polonorum patet.

*Bulgari  
& Volin-  
cy.*

Zauolhensis autem Horda praecipua, & quasi Princeps caeterarum omnium olim extitit, incolarum videlicet multitudine & rerum gestarum fortitudine, lociq; affluentia & oportunitate, ex qua caeteri omnes Tartari Campestres ortum genusque duxerunt. Haec autem Horda Zauolhensis inter Volgam & Iayczk fluuios iuxta mare Caspium siue Persicum sita est. Reges sui iuris ad Alexandri usque Regis Poloniae tempora, moderni Regis Poloniae Sigismundi Augusti patrum, habebat infra annum Domini 1506. Sed tandem Sachmat Rex Zauolhensis vltimus, ob iniuriam quandam quam olim Crimscijs Tartaris praedecessores eius fecerant, a Machmatgirey Tauricae Rege, ex Crimscia Horda oriundo regno pulsus, fugatusque est. Qui ad Alexandrum praedictum Regem Poloniae, Magnumque Ducem Lituaniae profugit, auxilij contra Machmatgirey implorandi gratia. Cum autem Lituani & Poloni auxilia

auxilia longius differebant, interim Machmetgirey Tauricæ Rex, Zauolhensis Regis supra nominati exercitum profligauit, totamque Regionem eius occupauit. Et ab hoc tempore Zauolhensis Horda penitus diuexata, & Regibus orbata est, quam postea Basilius Princeps Moschouicæ imperio suo subegit, cuius titulum Ioannes modernus Princeps huius Basiliij filius sibi vendicat, seque Bulgariæ, id est, Zauolhensem Regem appellat.

Zauolhen-  
sis Horda  
occupata.

Tandem ultra Viaticam Regionem, & Cazanensem Regnū Tartarorum tres Hordæ, qui Thumenski, Schibanski, & Cozaccki appellantur, in campestribus habitant, cateruatimque; viuunt, ac tot quot lubet ducunt vxores. Potum ex lacte equino habent, frugum vsum nesciunt, peccunijque; non vtuntur, exorcismis & incantacionibus supra modum dediti, quibus caligines aliaque; intempestates cœli sepius excitant, hocque; modo hostes frequenter profligant. Hæc autem omnia, herbis, verbis, lapidibus, radicibusque; ab eis miris incantationibus conficiuntur.

Mores  
Thumen-  
sium.

Calmuczkiensis Horda trans Volgam fluuium sita est, Caspio mari confinis, huius incolæ in campestribus vitam ducunt, à crinibusque; quos nutriunt Calmuczki Tartari appellantur.

Calmucz-  
kiensis  
Horda.

ASTRACHAN TARTARIAE REGNUM.



Strachanense Regnū, post Tartaros Nohaycenses, & Cazanenses ad mare Caspium situm est, compluresque; ciuitates habet, ex quibus Astrachan vrbs opulentissima, in qua emporium celeberrimum est, à qua tota circūiacens Regio nomen accepit, ad ostia Volgæ sita est, ibi autem Volga fluuius septuaginta pluribusue ostijs in mare Caspium exoneratur, multas ibidem insulas faciens, tantaque; aquarum copia ingreditur, vt procul spectantibus maris formam præferat. Hoc Regnum olim sui iuris erat, Regesque hæreditarios habebat, sed anno Domini 1554. à Ioanne Basiliade Moschorū Principe vna cum vrbe subactum, occupatumque; est, cuius titulum sibi vsurpat.

Astrachā  
vrbs.

Ostia  
VVolgæ.

Ad hoc Regnum occupandum Sultam Zelim Imperator Turcarum, inuidia avaritiæque; prolatandi imperij Tartarici ductus Anno Domini 1569. 20. Martij die, ex Constantinopoli terra & mari exercitum ingentem Turcarum 25000. equitum & Ianiczarorum 3000. destinauit, naualis classis centum quinquaginta Galeris, & multis celocibus constabat. His demum omnes Hordæ Tartarorum Præcopensium, ex mandato Imperatoris adiunctæ sunt, 80000. equitum excedentes. Sicque iunctis viribus longissimo eoque; periculosissimo campestri itinere, multis fluuijs & paludibus superatis, ad Azoph peruenerunt, omni comatu prorsus cōsumpto. Azoph autem in ostijs Tanaijs fluuij Turcica arx sita est, ad paludes Meotidis. Postea ad victū necessarijs comparatis, omnis equitatus Turcicus & Tartaricus, per campestria & Hordas Tartarorum Nahaiensium, & Circassorum quinquemontanorum, tædiosissimo itinere sub Astrachan, 5. Septembris venerunt: 24. hebdomadis cum ineffabili famis & sitis angustia in via transactis. Hebdomadam integram sub arce quicquam tentantes cōsumpserunt, aditū enim ad eam vasta Volgæ circumluentis amplitudo prohibet. Interea Moschouitarū aliquot millia aurora instante, in nauibus & celocibus, Turcas & Tartaros inopinata excursione, magno cū impetu Duce Serebrny adoriuntur, multitudinemque; eorum postrata, spolijs onusti armata manu incolumes in arcem redierūt, Tartarorum quoque; aliquot millia ad vnū trucidauerunt, vt nemo ex illis euaserit, qui sub arcem pabuli acquirendi gratia superato fluuio Volga excurrerant. Naualis quoque; Turcarū illi exercitus, centū quinquaginta Galerarū tormenta magna, pulueres bum bardarios, comatū, & alia belli expugnandi que; instrumenta vehens, cū aduerso Tanai ab Azoph ad montem Peremloka dictū duobus ferè mensibus transactis veniret, Nauis que; siue Galeræ terra in instrumentis ad id pertinentibus, per illū montem (qui miliaribus septem à Tanai ad Volgam fluuium magnum sub Astrachan fluentem dista-

Expeditio  
Turcarū  
ad Astrachan.

Astrachā  
à Turcis  
obsessa.

TARTARIAE

bat) transferre vellent, Moschouitarum 15000. illos adoriuntur, sex millibusq; Turcarum prostratis, spolia & instrumenta multa iam in terram exposita abstulerunt, reliqui vix ad naues aufugerunt, huiusmodiq; insperata clade accepta ad Asoph redire coacti sunt, vndiq; eos Moschouitis persequentibus. In Azoph existentibus aliud infortunium accidit, pulueres enim tormentarij quos in arce deposuerant, igne forte adueniente succensi sunt, cum ingenti Turcarum & arcis damno, caeteri Constantinopolim petentes in paludibus Meotidis naufragio perierunt. Sed ad rem intermissam redeo. Tartari & Turcae Astrachan frustra cum quotidiana diminutione suorum obsidentes, de naualis classis in qua spes eorum recumbebat perditione audientes, vndiq; hostis imminenti, famisq; & sitis angustia pressi, coangustati, & ad extrema redacti 21. die Septembris cum ingenti dedecore, damnoq; irrefarciabili, absq; vlllo Moschouitarum derrimento, obsidionem soluere coacti sunt. Ad Asoph 23. Octobris die venerunt, quinq; hebdomadis in reditu cum ineffabili, periculosissimaq; miseria, & intollerabili angustia transactis, per campestria enim desolata illis iter erat, vt nusquam pabulum acquirere, & pro se & pro equis reficiendis poterint. Moschouitae enim gramina omnia passim succenderant, & aqua interdum quinq; integris diebus carebant, omnesq; ferè ex illo exercitu Turcico, cum equis pariter fame & siti coangustati miserè perierunt, quidam in paludibus Meotidis Constantinopolim repetentes, aquis submersi sunt, ita vt 225000. equitum, 3000. Ianiczarorum, & centum quinquaginta galeries amissi, vix 2000. Constantinopolim redierunt.

Turci à Moschouitis profligati.

Turcarum clades.

Samachia vrbs & regio.

Turcomania.

Est quoq; Schamachia vrbs Tartarorum, ad mare Caspium condita, quae ab Astrachan sex dierum itinere abest, ab ea tota Regio siue Horda Schamachia nuncupatur, hanc Rex Persarum possidet. Incolae autem huius Regionis texendis sericeis vestibus excellentissimi sunt artifices. Turcomanorum Horda vltra Caspium mare sita est, eius imperium inter quinq; fratres partitum est, quorum qui primas tenet Azynchan nominatur, reliqui verò Soltani appellantur, in totoq; imperio solummodo quinque oppida reperiuntur. Incolae Machometicam haeresim amplexantur, viuuntque iuxta Nahaycensium Tartarorum consuetudinem, & cum Persarum Principe, vulgo Zophi nuncupato, frequentissime bella mouent.

Tamerlanes.

Sarmacandia Orientem versus procedendo, vltra Turcomaniam, vrbs est amplissima, quae olim rotius Tartariae Metropolis extitit, nunc verò ruinis deformis iacet, vna cum multis antiquitatis vestigijs. In ea sepultus est Tamerlanes ille Tartarorum Rex, qui olim Turcarum Imperatorem Baiazetem cum exercitu numerosissimo profligatum, captiuum aureis catenis vinctum, in cauea velut auem per totam Aziam circumuehebat. Huius Regionis incolae Machometani sunt.

KYRGESSORVM HORDA.

Ritus Kyrgessorum.



Kyrgessi Tartari cateruatim in campis degunt, habentq; ritum gentilem huiusmodi. Sacrificus ipsorum quo tempore rem diuinam peragit, tunc sanguinem, lac, & fimum iumentorum, terramq; sumit, commixtioneq; in simul facta in vas quoddam infundit, & vna cum hoc arborem ascendit, ad populumq; circumstantem concionatur. Concioneq; peracta in stultam plebecullam, praedictam comixtionem spargit, populus verò in terram pronus promoluitur, aspersiunculamq; hanc pro Deo colit, firmèq; credit nihil esse perinde salutare humano generi, ac terram, pecus, armenta q;. Mortuos loco sepulturae arboribus suspendunt, his finitimi sunt Baschirdi Tartari ab Occidente, & Hieseliti ab Oriente.

Baschirdi Hieseliti. Molgomozani, Baydai, ritusque eorum.

Ab ijs vltra Inaum montem longo tractu procedendo ad Oceanum Sciticum, Molgomozani, Baydaiq; Tartari occurrunt, hi Solem vel rubrum pannum stipiti appensum, cultu diuino adorant, in castris cauernisq; subterraneis vitam ducunt, omniumq; animantium & reptilium serpentum, vermiumq;, murum, & id genus aliarum rerum inuesti-

incomestibilem, carne vescuntur. Idioma proprium habent, ijs contermini sunt Ma-  
criti, & Samogides, quasi seipfos comedentes populi.

Hijs longè positis & penè ignotis Tartaris, populisq; campestribus in Oriente vl-  
tra Imaum montem & Oceanium Scyticum degentibus breuiter descriptis ad reli-  
quos Tartaros campestres Moschouitico imperio confines, qui Crimskij, Præcopkij,  
& Pietiorlkij, id est, quinquemontani appellantur reuertemur.

CIRCASSI PIETIORSZII TARTARI.



Regno Astrachan quod mari Caspio, vt supra diximus adiacet, in Occi-  
dentem tandemq; in meridiem reflectendo, circa Meotidis paludes, &  
Pontum Euxinum ad fluuium Cupa, qui in Meotidem exoneratur, Aph-  
gasi populi imprimis occurrunt, vbi etiam vsq; ad fluuium Merulam qui  
Pontum Exinum ingreditur, montes eminentissimi sunt, in quibus Tar-  
tari Circassi, Pietiorsczj dicti, id est, quinque montani, habitant. Viri sunt strenui, &  
bellicosi, montium quibus interclusi sunt asperitate, & difficili aditu (à quibus & no-  
men traxerunt) freti, Turcis & Tartaris fortiter sæpissimè repugnant, lingua propria  
vtuntur, & Christianismum cum Ruthenicis siue Græcis cæremonijs conuenientes,  
profitentur, linguaq; Slauonica Sacra, Rutenorum more peragunt. In castris vt cæteri  
Tartari viuunt, & in propinquorum funeribus pompas ducūt, magnificasq; exequias  
celebrant, & in memoriam mortis amicorum auriculam integram, partem uè eius, te-  
stificantes amorem, sibi ipsis amputant. Audacissimi Piratæ sunt, nam fluuijs qui ex  
montibus eorum fluunt in Euxinum Pötum siue paludes Meotidis nauibus delapsi,  
quoscunq; reperiunt spoliant, & excutiunt, eos præsertim qui ex Capha Constantino-  
polim versus nauigant.

Aphgasi

Circassii  
Christiani.  
Circassiorum  
funeribus  
exequiæ.

CRIMSCII SIVE PRÆCOPSCZII TARTARI.



Nter Cazan & Astrachan Regna Tartarorum, quæ nunc Moschorū Prin-  
cipi subsunt, longo secundum Volgam fluuium celeberrimum tractu, du-  
centis videlicet & triginta miliaribus Polonicis, ad Boristenem vsque flu-  
uium campi deserti sunt, quos Tartari nullis certis sedibus obseruatis in-  
colūt, præter Azoph & Achasz ciuitates, ad Tanais fluuijs ostia sitas, Tur-  
cis tributarias, quas Tartarorum magna pars incolis, & circūquaq; certis sedibus mo-  
rantur, remq; familiarem magna ex parte exercent. In his prædictis campis desertis ci-  
uitas Crym olim Regum Tauricæ sedes, à qua Crym(kij) nominabantur sita est. Postea  
verò toto Isthmo spacio mille ducentorum passuum, ad insulæ formam perfosso, Re-  
ges Tauricæ non Crym(kij) sed Præcopkij, ab illa nimirum perfosione sumpto voca-  
bulo, (Præcop enim Slauonica lingua fossam, vel aliquid perfossum sonat) appellatur.  
Hæc autem ciuitas Præcop nominata, in Taurica Chersoneso sita est, quæ ab Azoph  
ciuitate celebri vbi est emporium insigne, quinq; dierū itinere distat. Tota autē Cher-  
sonesus Taurica filua quadam per medium scinditur, eius mediā partem quæ ad Pon-  
tum Euxinum vergit, Turcarum Imperator possidet, in qua Capha insignis vrbs, olim  
Theodosia dicta, Genuensium quondam iuris existens condita est. Hanc autem Ca-  
pham emporium totius Asiæ celeberrimum, Machometes Turcarum Imperator (ex-  
pugnata Constantinopoli) Genuensibus quatuordecim annorum spacio obsidione  
eam præmens, proditione quorundā Genuensium largitionibus corruptorū ademit.

Campi des-  
erti.  
Azoph &  
Achasz.

Crym  
vrbs.

Præcopkij  
vnde dicta.  
Præcop  
vrbs.  
Taurica  
Chersones-  
us.  
Capha.

Alteram peninsulæ partem Tartari Præcopenses tenent. Omnes autem Tartari  
Præcopenses siue Crimscij ( qui nunc Tauricæ Regnum incolunt ) originem suam ex  
Zauolhensium Tartarorum Horda ducunt, cum enim propter intestinam domesti-  
camque seditionem Regno pulsati fuissent, nec vsquam in vicinia firmitum domicilium  
habere possent, hanc Europæ partem occupauerunt, veterisq; iniuriæ haud imme-

TARTARIAE

mores cum Zauolhenfibus Tartaris, varijs bellorum euentibus belligerabant, donec eos Regno prorsus exuerent, Regesq; eorum extinguerent.

**O**CZAKOW castrum & ciuitas, in ostijs Boristenis, fluuij ad Pontū Euxinum sita, quam Tauricæ Rex ademptam Lituaniæ Ducibus tenet, Tartariq; Præcopenses eam incolunt. Turcarum verò Imperatori nunc tributaria est, à Præcop ciuitate quadraginta miliaribus distat, ab Alba, quæ Moncastro antiquis dicitur, vrbe Valachia ad fluuij Tyræ ostia sita totidem, à Circas verò oppido ad Boristenem condito quadraginta. Porrò ab hac ciuitate Oczakow Tartari Præcopenses qui eam incolunt Oczakowsczi Tartari dicuntur, frequenterq; varijs excursionibus Podoliam Russiæ Regionem sibi in vicinia adhaerentem, & aliquando Lituaniam ipsam cæterasque Russiæ partes infestant, prædasq; & spolia cum hominibus abigunt, maximè verò ea de causa huiusmodi excursiones facere solent, cum illis stipendia consueta à Rege Poloniae plusiusto retinentur. Solet enim Rex Poloniae huic Regi Tauricæ stipendia certa quotannis soluere, ea conditione, vt opera illius quauis urgente necessitate uteretur, qui aduersus quoscunq; hostes Polonorum, & Litanorum, cum certis copijs militare quolibet tempore paratus est. Præcipuè verò Moschouia Principis regiones ex parte Polonorum infestat, varijsq; excursionibus debilitat, vnde & princeps Moschorum missis subinde muneribus aliquando illum sibi deuincere solet. Tartarus verò muneribus interdum vtrinq; acceptis, vtrumq; etiam vana spe lætat, Regi tamen Polonorum impensius fideliusq; & obstinatius militat, ac omnes prouincias Moschouia Monarchæ subiectas nomine illius deuexat, & frequentibus insultibus igne & ferro vndiquaq; peragrat, amplissimaq; spolia educit, prout & nuper Anno Domini 1571. mense Maio, ipso die ascensionis Dominicæ Moschouiam ipsam urbem cum arce & totam circumiacentem regionem ad quinquaginta miliaria in latitudinem & longitudinem flamma, ferroq; protriuit, vastauit, mancipiaque & spolia dictu incredibilia eduxit, exercitum etiam ingentem sibi oppositum cum multis Ducibus & insignibus belli præfectis fudit, & ad internitionem profligauit, trucidauitque adeò vt memoria tantæ crudelitatis Tartaricæ (quamuis antea quoque frequentes eorum excursiones forent) non extaret.

Hij autem Tartari Præcopenses Christianis infestissimi sunt, Turcarumq; Imperatori quotannis trecentos Christicolos pro stipendio pendunt. A Septentrione Magni Ducis Moschouie regionibus, ab Oriente Tartaris Quinq; montanis, ab Occidente & aliquantulumq; à Septentrione Russiæ Polono Regi subiectæ, à Meridie Moldauia, Valachiaq; contigui sunt. In Campestribus circa Pontum Euxinum & paludes Meotidis, in totoq; Isthmio & Cherzoneso Tauricæ degunt. Rex eorum frequentius in castris, interdum verò in Oczakow ciuitate (quæ quondam Vitoldi tempore Lituaniæ colonia erat) commorari solet. Horum Tartarorum situm mores, & barbaricam crudelitatem. Ouidius Naso ibidem exulans, suis in Elegijs de Ponto latissimè describit, hosq; fluuios in Pontum Euxinum exonerari carmine infra scripto (quod subscribere libuit) Elegia ad Albinouanum decima, recenset.

*Adde quòd hic clauso miscentur flumina Ponto,  
 Vimq; fretum multo perdit ab amne suam.  
 Huc Lycus, huc Sagaris, Penensq;, Hipanusq;, Oratesq;  
 Influit, & crebro vertice tortus Halis,  
 Parteniussq; rapax, & voluens saxa Cynapes  
 Labitur, & nullo tardior amne Tyras.  
 Et tu feminea Thermodon cognite turma,  
 Et quondam Graijs Phasi petite viris.  
 Cumq; Boristenio liquidissimus amne Dyra spes,  
 Et tacitè peragens læne Melanthus iter.*

*Quiq;*

Tartari  
 Oczako-  
 wsczj.

Moscho-  
 uia à Tar-  
 taris ex-  
 istit.

Fines Præ-  
 copensiu.

DESCRIPTIO.

109

Tanais  
Moscha  
Don.

Quique duas terras, Asiam Cadmiq; sororem  
Separat, & cursus inter utranq; facit,  
Innumeriq; alij, quos inter maximus omnes  
Credere Danubius se tibi Nile negat.  
Copia tot laticum quos auget, adulterat undas.  
Nec patitur vires aquor habere suas.  
Quin etiam stagno similis, pigræque paludi.  
Caruleus vix est diluiturq; color.  
Innata unda freto dulcis, leniorq; marina est,  
Quæ proprium misto de sale pondus habet. & cet.

Hic Ouidius solummodo præcipuos eosq; capitales fluuios recensuit, reliquos verò complures & absque numero amnes insignes, qui prædictis immiscentur carminis breuitati consulent omisit.

DE MORIBVS, CONSVETVDINE QVE  
vite Tartarorum.



Abolutis breuiter Tartarorum Hordis siue Regionibus earumque situ, nunc de vitæ eorum moribus, vestimentorumque vsu & victu pauca subiiciemus. Omnes autem Tartari prædicti, Machometi dogma exceptis Circassis Quinquemontanis amplectuntur, Turcarum ritu. Turcas tamen se appellari molestissimè ferunt, probrique id loco ducunt, sed Be surmanos quasi gentem electam se nominari gaudent.

Homines sunt statura mediocri, obesa, letaque facie, distortis & concavis oculis, barba capris simili horridi, capite rasi, exceptis excellentioribus viris, qui crines contortos, eosq; nigerrimos secundum aures protensos nutriunt, corpore valido robustoq; animo audaci, in Venerem eamq; naturæ contrariam lasciuui. Victum ex omnibus animalibus quomocunq; mactatis, maximè autem ex equis habent, exceptis porcis à quibus ex præscripto legis, vt re fedissima & immunda abhorrent. Famis somnique supramodum patientes, vt ea nonnunquam toto triduo quadriduouè perferant, tandem verò occasionem ad vorandum nacti, supra modum se cibo & potu ingurgitant, eaq; crapula priorem inædiam resarciunt, sicque cibi & potus superfluitate obruti, biduo triduouè dormiunt, in quos sic somno penè suffocatos, & oppræssos Lituani & Ruteni (in quorum frequenter regiones excurrunt) de repente irruentes, incautos profligant prædasque repetunt. Cum autem aliquo proficiscuntur, & si fame sitiq; cruciantur, equis quibus insident venas incidunt, haustoq; eorum sanguine sitim famemq; sedant, equis verò huiusmodi venarum incisionem maximè prodesse putant. Equarum lacte supramodum delectantur, quo robustos pinguesq; se fieri arbitrantur. Herbis varijs maximè autem ijs quæ iuxta fluuium Tanaim crescunt suauiter vescuntur, sale rarissimè vtuntur, ideoq; visum sibi acutiorem inesse dicunt. Quod si aliquando Reges siue Duces exercitui suo commeatum distribuunt, quadraginta viris vnum equum dare solent, quibus mactatis milites carnes inter se partiuntur, præstantiores verò intestina tantum vt rem opiparam & suauiore sumunt, quæ ad ignem parum calefacta, vt videlicet adhærentia stercora excuti possint, vna cum cineribus & carbonibus de igne otius erepta rapaciter vorant. Non solum autem digitos pinguedine percunctos, sed etiam cultellum, lignumue, quo stercora detergant suauiter lingunt, suguntq;. Capita equorum apud eos in delicijs habentur, insignioribusq; tantummodo apponuntur. Cibum verò capessuri, locum quo cibus apponitur circum sedent, pedibus subtus transuersim attractis, eodè quoq; modo mensam si adest (præcipuè legationem apud Polonos Lituanosuè obeuntes) circum sedent, præstantiores

Statura  
Tartaro-  
rum.

Vitus Tar-  
tarorum.

TARTARIAE

verò super mensam accumbunt, sed suis in Regionibus nunquam serè in mensa, nisi super terram comedunt, Insigniores Taperas sibi substernunt.

Arma quibus in bello vtuntur hæc gestare solent, arcum cum pharetra sagitifera, cæstum, securim, frameamq;. Sagittas autem veneno subtiliter inficiunt, de quibus etiam Ouidius de Ponto Elegia secunda & tertia ad Maximum libro primo testatur, cum dicit:

Arma  
Tartaro-  
rum.

Hostibus in medijs, interq; pericula versor,  
Tanquam cum Patria pax sit adempta mihi.  
Qui mortis sauo geminent, ut vulnere causas,  
Omnia vipereo, spicula felle, linunt.  
Hus eques instructus, perterrita mania lustrat,  
More Lupi clausas circumeuntis oves.  
At semel intentus nervo leuis arcus equino,  
Vincula semper habens irresoluta, manet.  
Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis,  
Portaq; vix firma submouet arma sera.

Ad eundem Elegia tertia.

Maxima pars hominum \* nec te pulcherrima curat  
Roma: nec Ansonij militis arma timet.  
Dant illis animos arcus plenaque pharetra,  
Quamq; libet longis cursibus aptus equus.  
Quodq; sitim didicere diu tolerare, famemq;  
Quodq; sequens nullas hostis habebit aquas.

Idem Tristium libro tertio Elegia decima.

Sauromata cingunt, fera gens Besiq; Getaq;  
Que non ingenio nomina digna meo.  
Protinus equato siccis Aquilonibus Istro  
Inuehitur celeri barbarus hostis equo.  
Hostis equo pollens, longeq; volante sagitta,  
Vicinum latè depopulatur humum.  
Diffugiunt alij, nullisq; tuentibus agros  
Incustodita dirripiuntur opes.  
Ruris opes parua pecus, & stridentia plaustra,  
Et quas diuitias incola pauper habet.  
Pars agitur vincetis post tergum capta lacertis  
Respicens frustra rura, laremq; suum.  
Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis,  
Nam volucris ferro tinctile virus inest.  
Quae nequeunt secum ferre, aut abducere perdunt;  
Et cremat insontes hostica turba casas.  
Tum quoque cum pax est, trepidant formidine belli,  
Nec quisquam prasso, vomere sulcat humum.  
Aut videt, aut metuit locus hic, quem non videt hostem  
Cessat iners rigido, terra relicta situ.

Et Slerd.  
ms ibidem.

Equos quorum (genus Bachmat vocant) ceruice depræssa, pusillosque sed fortes habent, qui more dominorum suorum, laborem in adiamque & cursum longissimū diutissimè sustinent, ramisq; & corticibus folijsue arborum radicibusq; vngulis è terra

Equi Tar-  
tarorum.

terra excuffis, & euulſis paſcuntur, his ita ad laborem aſſuefactis Tartari commodiſſimè vtuntur. Habent quoque alios eodem nomine appellatos equos generoſos, corpoſulentos, & obefos, qui caput ſuſum erectum inter currendum geſtant. Hos autem omnes equos caſtratos habent, quibus ſcilicet in bello vtuntur, tales enim plus laboris & inædiæ tollerare poſſe arbitrantur. Dum autem in regionem aliquam depopulandam, vel ad conſtigendum cum hoſtibus proficiſcuntur, vnusquisque eorum binos treſuè equos ſecum ducere ſolet, vt ſcilicet vno defatigato, in alium aſcendere poſſit: laſſatos verò manu ducunt, vel ad comedendum maſtant. In his equis flumina tranſnāt, qui ſorte fugientes inſequentium hoſtium vim extimuerint, ſellis veſtibus cæterisſque impedimentis à ſe abiectis, armis tantum exceptis effuſiſſimè fugiunt. Equos baiulos qui vitæ belluè neceſſaria portant, ſic aſſuetos habent, vt ipſi abſque ductore vel ſtimulatore equos cæteros (licet ipſis fugientibus aqueſuè tranantibus,) ſequantur. Frena autem leuiſſima & ſimplicia habent, flagelliſq; præ calcaribus vtuntur, ſellas quoque leuiſſimas firmiſſimas tamen habent.

*Ornatus  
equorum.*

Conſictum cum hoſtibus eminus audaciſſimè ineunt, in quo non diu perleuarantes, hoſtibus inſequendi occaſionem dant, fugientes autem maximè cauendi ſunt: nã in hoſtes inſequentes à tergo tela ſcitè peritiſſimèque retorquent. Tandem conuerſis de repente equis in diſſipatas hoſtium inſequentium ordines, denuò impetū faciunt, pugnamque redintegrant. In patentibus autem campis cum hoſtibus conſigunt, agmine ſinuoſo in gyrum ordinato, quo certior & liberior nulla re obſtantè, hoſtem ieculandi via pateret, iamque manus conferentes vndiquaque hoſtium tela extorquendo circumferuntur, eſtque euntium & redeuntium mirus quidam ordo. Ductores verò quos ſequuntur harum rerum peritiſſimos habent, qui ſi fortè, vel ab hoſtibus occiſi fuerint, vel metu percuſi in ducendis ordinibus aberrauerint, tanta totius exercitus fit confuſio, vt nec amplius in ordinem reduci, nec tela in hoſtem torquere poſſint, hocque genus certaminis à ſimilitudine Choream appellant. In anguſto autè loco ſi fortè eis decertandum venerit, nullus huius ordinationis eſt vſus, atque ideo fugam arripiunt: nam neq; clipeo, nec lancea, nec galea, muniti ſunt, vt hoſtem in ſtataria pugna ſuſtinere poſſint. In equitando verò hunc morem ſeruant, vt contractis in ſellam pedibus, breuiſſimè ſtapedibus inſideant, quò facilius in vtrumque latus ſe poſſint conuertere, telaque in hoſtes identidem contorquere, & ſi quid fortè in terram delapſum fuerit, id continuò, nulla re obſtantè ſtapedibus innixi tollūt. In hoc autem adeò exercitati ſunt, vt etiam celerrimè currentibus equis id efficiant, haſtis verò lanciuè impediti, in alterum latus ſubitò ſe demittunt, altera duntaxat manu pedèque equo adhærentes, & ſic frequenter aduerſariorum ictus eludunt. Peditatu inter conſtigendum nunquam vtuntur, arces rariſſimè oppugnant, tormentis enim & bombardis vti prorfus ignorant, quod ſi fortè aliquas arces dolo occupare, vel igne ſubpoſito ſuccedere poſſent, eas funditus exurunt, captiuosque & exuijs eductis vacuas dimitunt.

*Conſigendi  
cũ hoſtibus  
ordo.*

Cũ autem incertis & nullis finibus obſeruatis ſedibus vagantur, inter ducendos exercitus, ſtellarum aſpectu maximè verò poli arctici (qui Slaonica lingua, Zetſſnij Kol, quaſi ferreus ſtipes dicitur,) curſum ſuum dirigere ſolent.

Veſtibus oblongis ad talos demiffis pileisſque appicatis communiter tam enim viri quam ſœminæ vtuntur, nec in cultu mulieres à viris quicquam differunt, niſi quod velo lineo caput tegunt. Calligas quoque lineas geſtant. Reliqua communis turba quæ in campis paſſim degit, veſtes ex ouium pellibus confeſtas habent, quas non mutant, niſi longo vſu prorfus attritæ laceræque fuerint. Eorum Regina & Magnatum Nobiliuſque præcipuorum vxores, dum in publicum procedunt, facies velis lineis obtegere ſolent.

*Veſtibus  
Tartarorum.*

Vno in loco non diu commorantur, ſed de paſtis paſcuſ cum armentis, vxoribus, & liberis, quos in plauſtris, & equis ſecum circumferunt, alio commigrant, exceptis ijs qui in oppidis degunt. Grauem autem inſeclitatem putant, diu in eodem loco

*Mutatio lo-  
corũ Tar-  
taris dicitur.*

TARTARIAE

morari, iratique liberis suis sic graue malum imprecantur, dicentes: O vtinam eodem in loco perinde vt Christianus perpetuo haereres, propriumq; factorem olfaceres. Si verò bello aliquo grauiore vrgentur, vxores liberos, senesque in loca tutiora collocant. Quotiescunq; in aliquas prouincias excurrunt, eas deprædatis captiuis abductis, igne ferroq; funditus proterunt, & tandem otius fugiunt. Quo verò plures prouincias defolauerint, hoc se regna sua (in campis enim sub dio viuere solent) ampliora reddidisse dicunt.

Homines sunt rapacissimi, alienis bonis semper inhiantes, pecora hominesque in captiuitatem, præcipue Christianos abigunt, prædaq; & spolijs victitant, laborem enim remq; familiarem prorsus detrectant, inde & panis vsus (exceptis ijs qui sunt confines Podoliæ, Regioni Russiæ Polonis subiectæ) penitus ignorant. Auri Argentiq; apud illos vsus nullus est, extra mercatores, rerumque tantum permutatione vtuntur. Quod si aliquid pecuniarum ex spolijs rebusque venditis à vicinis adepti fuerint, ea vestes in Russia cæteraq; necessaria vitæ comparant. Captiuos in seruitutem quosdam sibi redigunt, cæteros Turcis alijsq; quibusuis extraneis negociatoribus aut vendunt, aut redimendos concedunt, virginibus reseruatis. Senes autem & infirmos, qui ad perferendos labores inutiles sunt, vel qui magno vendi non possunt, hos illi iuuenibus velut canibus lepores exponunt, quo prima militiæ tyrocinia inde addiscant. Eos itaque illi iuuenes aut sagittis velut certum iaculandi signum conficiunt, vel obtruncant, decolant, lapidibus obruunt in aquasque præcipitant.

Iusticia apud eos nulla obseruatur, nam vt quisq; re aliqua indiguerit, eam ab altero impunè rapere potest, & si apud iudicem de vi illataq; iniuria conqueritur, reus non negat, sed se ea re carere non potuisse dicit. Tum iudex huiusmodi proferre sententiam solet: Si tu vicissim re aliqua indigueris, rape ab alio. Si in contentione aliqua quispiam occidatur, authoresque sceleris capti fuerint, equis armis vestibusque spoliati dimittuntur, in dimissione verò iudex vilem equum & arcum dat homicidæ dicens, abi remque tuam cura. Cumq; quietis impatientissimi sint mutuo tamè se non interimunt, nisi Reges inter se dissideant.

Nomina dignitatum apud Tartaros hæc ferè sunt, Chan Regem sonat, Soltan filius Regis, Bij Dux, Murfa filius Ducis, magni nominis vir, Olbout nobilis vel consiliarius, Olboadulu alicuius nobilis filius. Seijd verò supremus Sacerdos dicitur, qui apud Tartaros in tanta authoritate & reuerentia habetur, vt Reges ei aduenienti occurrant, stantisque equo insidenti manum porrigant, capiteque inclinato manum illius osculantur, idq; ipsis Regibus permissum est. Duces verò non manum sed genua, Nobiles pedes deosculant. Plebei autem vestes tantum aut equum manibus attingunt. Homo priuatus, Xi appellatur, Officiorum verò Vlan, horum autem secunda est à Rege dignitas. Nam Reges Tartarorum quatuor viros præcipuos iuxta se habere solent, quorum consilio in rebus grauib; vtuntur, ex his primus Schiryn, secundus Baryn, tertius Gargyn, quartus autem Triptzan vocatur, & omnes sub hoc nomine Vlan comprehenduntur.

Finis hij Tartari Campestris nullos habent, sed cateruatim passim in campis degunt, idq; à natura inditum habent, vt ab hostibus equis deiecti, vulnerati, armisque omnibus spoliati, semiuiuiq; relictis, manibus, pedibus, dentibusque, quoad & quacunque ratione possint, ad extremum vsque spiritum sese defendere solent, & tunc temporis maximè cauendus est, dum eum victum moriq; incipientem putas, moriturus enim alium post se trahit, atque hic finis totius descriptionis Tartarorum esto.

SVPPLÉ-

Panis & sum igno-  
ranti.

Mercato-  
res.

Captiuis  
quomodo  
viventur.

Iniusticia  
Tartaro-  
rum.

Supremus  
sacerdos  
Tartaro-  
rum.

Obstinata  
audacia  
Tartaro-  
rum.

111

# SUPPLEMENTVM DE REBVS GESTIS INTER REGEM POLONIAE,

STEPHANVM, ET MAGNVM DVCEM

Moschouia: Anno Domini 1579. in Augusto.



Onstat ex lectione historiarum, inter Polonos & Moscos, diuturna bella extitisse. Dum vel maximè Moscus Lithuaniae aliquot principatus & prouincias sibi vsurpare voluit Poloni verò vbi Jagellonem Magnum Duce[m] Lithuaniae, qui Wenceslaus dictus, in Regem assumpserunt, Regnum cum Lithuanico principatu coniunctum, & armis Polonoru[m] defensum. Hoc videre est locupletissimè apud Cromerum Historiographum Polonum. Et licet multis præclaris victorijs Sigismundus primus, Poloniae Rex de hoste Mosco potitus est: tamen sub Augusto Sigismundi filio coepit Dux Moscorum, valdè esse infestus Polonis, & toti Lithuaniae. Atq; prætere[re] coepit sibi nescio quod ius in Liuoniam, quæ ante aliquot annos dedit se in fidem & clientelam Regis Regniq; Poloniae. Quare occupato Rege Polono: & etiam oscitante, impetum fecit in Liuoniam, cam est depopulatus: arces & oppida multa occupauit: Et deinde in Februario ante annos viginti, arcem Polosko in Lithuania, minus diligenter munitam obsedit, & per ditionem capit. Paulò post alias arces & ditionem Polocensem, quæ satis ampla est in Lithuania accepit. Sic res illi succedere Mosco foeliciter: quamuis Poloni collectis copijs sæpius vnà cum Lithuanijs, voluerint recuperare amissa: sed hæc non potuere suum sortiri effectum, ob varios Reipubl. Poloniae casus aduersos. Nimirum propter interregna, cum Sigismundus Augustus obiit, & Henricus Valesius electus: Deinde cum Henricus Valesius indè discederet, & Poloni de noua electione solliciti, Stephanum Batori, Principem Transyluaniae elegerunt. Quocirca postquam in locum Henrici Valesij, Stephanus Batori est susceptus, dedit operam, vt ea quæ ad dignitatem Regni pertinerent, persequeretur. Et cum iam induciæ cū Mosco propter Lithuaniae principatum æstate superiori finiendæ essent: haberetque Rex Polonus apud se Legatos Principis Moscorum: qui satis superbè pro more gentis legationem suam obire voluerant: existimauit è re totius Regni esse, si armis aperiret nomen famamque Polonicum, & repeteret possessiones à Mosco iniuste acceptas. Indicitur itaq; bellum aduersus Moscum: conscribitur vndique à Rege Polono miles, siue Polonus, siue Germanus, siue Hungarus fuerit. Vnde factum est, vt à vere vsque ad ipsam æstatem Rex tantum latioris impenderit: quod expeditione publica facta, exercitum mouerit in ipso Augusti mensis principio aduersus Moscum: Quod quam illi fortunatum fuerit, ex Edicto Regis quod iussit fieri pro re feliciter gesta aduersus Moscum videre est: illud Edictum, vt est Cracouia typis expressum, hîc subijcimus.

EDICTVM REGIVM DE SVPPLICATIO  
NIBVS OB REM BENE ADVERSVS  
Moschum Gestam.



**S**TEPHANVS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae,  
Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniae, Kijouiae, Volhyniae, Podlachiae,  
que, &c. Princeps Transyluaniae.

Vniuersis & singulis, Reuerendissimis, Reuerendis, Magnificis,  
Generosis Regni nostri Consiliarijs, Dignitarijs, Officialibus, Nobili-  
bus, atque alijs Ordinibus omnibus syncerè & fideles nobis dilecti. Quod superiori-  
bus proximis omnium Reipubl. Ordinum comitijs decretum fuit, vt bellum hoc an-  
no contra magnum Moschorum Ducem administraremus, curæ nobis pro Regio  
nostro munere, nostroque in Rempubl. studio esse suimus: & contractis exerciti-  
bus nostris, comparatoque aliquo partim contributionum pecunijs, partim  
(quod contributionum pecuniæ minimè satisfacerent) alijs rationibus belli appa-  
ratu, extrema Iunij die Vilna ad copias nostras recensendas lustrandasque Suirum  
discessimus. Quo quidem in loco, multa nos diligensque deliberatio tenuit, quor-  
sum nos potissimum cum exercitibus nostris in hostem conferremus, quidque  
rectissimè & quam maxima cum vtilitate Reipubl. nobis ante omnia, bello ag-  
grediendum esset. Rebus verò omnibus in accuratam considerationem vocatis, ex  
iudicio & Senatorum nostrorum & aliorum militarium virorum, qui nobis aderant,  
eam tandem in sententiam descendimus, vt primam nostrorum armorum vim ad  
Polociam oppugnandam conferri oportere concluderemus: quod quidem ea arx  
cervicibus Magni Ducatus nostri Lituaniae, atque adeò ipsi ciuitati nostræ Vilnen-  
si, nulla alia firmiore munitione interiecta immineret, ex qua nobis in alijs remotio-  
ribus Regni locis occupatis, oblata occasione summam non modo Lituaniae diri-  
piendæ, sed Vilnæ etiam adoriendæ facultatem hostis habiturus videretur. Facien-  
dum præterea necessariò nobis visum est, vt cum bellum hoc non modo rerum com-  
munis Reipub. recuperandarum causa, sed hostem quàm longissimè remouendi, gra-  
uiusque coercendi gratia susceptum habeamus, expeditionibus nostris in his potissi-  
mum regionibus maxima anni parte, aut frigoribus grauissimis, aut imbribus assiduis  
militiæ infestis, tum quoque ob vastitatem difficillimis: propinquiorem aliquam sedem  
& quasi officinam, quam ipsa Vilna esset compararemus, ex qua quidem officina,  
quam maximè integrum recentemque penitus in solum hostile ducere militem, &  
belli instrumenta impedimentaque minore cum negotio ad res cum celeritate felicitate-  
teque gerendas transferre possemus. Quanta enim cum difficultate ac detrimento Vil-  
na illud facturi essemus, breui hoc itinere, quò cum exercitu nostro progressu sumus,  
magna nostra cum molestia cognouimus. Accessit & illud, quod hac arce qua firmio-  
rem maioremque hostis nullam habet, expugnata de alijs retinendis hostem eò magis  
diffidere, & occupandis militem nostrum sperare doceremus. Tantum verò abfuit, vt  
nos eò deterri oportere iudicaremus, quod locus ille ab omni opere belli; appa-  
ratu firmissimus esse, perhiberetur: vt hoc potius de principio nobis recentibus mili-  
tum nostrorum viribus animisque, quam ijs militiæ diuturnitate afflictis tentandum  
existimauerimus. Cùm igitur nihil factu potius vtiliusque iudicatum esset, nos factis  
ab inuocatione opis diuinæ auspicijs, Suïro primum Illustrem Nicolaum Radziuil  
Palatinum Vilnensem, cum aliquibus equitum peditumque Lithuanorum copijs, &  
certo Vngarorum numero, cum Generoso Gasparo Bekkiesz Polociam præmissimus  
itinerum claudendorum causa, ne quid à magno Moschorum Duce præsidij accede-  
ret, quò & si maioribus in magna etiam viâ difficultate itineribus peruenisset, tamen  
cum iam ante nostras ad hostem literas misissemus, quibus bellum ei diligenti cum  
explicatione causarum denunciauimus, biduo antequam nostræ illæ copiæ ad Polo-  
ciam

etiam accessissent, equitum & peditum aliquid ab hoste in arcem immissum est: adhibita verò à Palatino Vilnensi, posteaquam propinquo ad arcem loco confedisset, ea diligentia est, vt post nullius subsidij hostilis accessio facta sit. Nos cum exercitu nostro & tormentis impedimentisque bellicis, in summa viarum iniquitate quam pluuiarum assidua magnitudo, & horum agrorum natura effecit, minoribus itineribus subsequuti fuimus, interea à copijs nostris quæ præcesserant, arces tres, Kosiana, Krafne, & Sithno per excursionem celeriter occupatæ, & incendio deletæ sunt. Vndecima Augusti die proximè Polociam cum copijs omnibus nostris mouimus, & propinquo ad mœnia loco castra metati sumus, arcem ciuitatemque tribus locis obsidione cinximus, eademque die locis omnibus munitiones, fossasque propius hostem agere iussimus. Postridie ciuitatem non mediocriter fossis & aggere, & propugnaculis & parietibus densissimis, tum quoque præsidio firmam ea maximè de causa, quod illo loco nos à propinquiore ad arcem accessu prohiberet, incendimus, ac totam paucis horis deleuimus. Tum longius munitionibus nostris ad ipsas arcis portas promotis, omni conatu in arcem expugnandam incubuimus. Ostenderat vi sua præpotens Deus, in manu sua rerum gerendarum potestatem esse, & assiduas pluuias pluribus diebus ita immiserat, vt & operæ militum maiorem in modum impedirentur, & oppugnandi ratio etiam atque etiam retardaretur, constitit tamen militi nostro maximis etiam in incommodis singularis animorum ad omnia obeunda tollerandaque ardor, sic vt in summa pluuiarum iniquitate, altissimoque luto nihil prætermitterent, quæ ad oppugnandum pertinere possent, hostibus contra omnes nostros conatus acerrimis animis, & incredibili tormentorum vi, ita dies noctesque propugnantibus tanta perucacia, & flammam à nostris illatas extinguentibus, & vim omnem depellentibus, vt se tormentorum telorumque nostrorum iniurijs certatim offerent, & succumbentibus alijs alij confertim succederent, ostenderentque Moschos arcium defendendarum vi atque ardore cæteris omnibus gentibus antecellere. Respexit verò tandem nos sua benignitate clementissimi. Deus, concessitque, vt quæ prima nobis paulò ferentior dies vicesima nona Augusti illuxit, ea incendium à milite nostro arci illatum sit, summa cum contentione atque discrimine, cum se miles noster in fossas dimittere, & Polottam flumen superare, denique arduum cliuum cui impositum propugnaculum erat subire, & manibus materiam ignemque inter infestissima creberrimaque hostium tela inferre necesse haberent, quod incendium cum vehementius exarsisset, & munitionis anterioris, in quo Sclopetariorum domicilium fuit, aditum aliquem patefecisset, teneri militum nostrorum ardor non potuit, quin per ipsam flammam irrumperet, atque hostem feriret, à quo tamen captò cum propugnatione hostili, tum maximè flammæ vi reiectus est, paruo cum nostrorum neque amplius viginti septem pluribus tamen vulneratis, hostium tamè ad ducentorum interitu. Dederat aliquam hostis eadem die deditiois significationem, quam non seriam fuisse animaduersum fuit, cum nouis se munitionibus flammæ altitudine nostris conspectum eripiente circumdare deinceps cognitum esset. Nulla igitur cum intermissione oppugnationis vim omnem adhibendam, nullumque hosti quiescendi, aut se firmiter muniendi spacium concedendum iudicauimus, posteroque die ignem in alias munitionis partes miles in quo equites etiam erant, qui misso equo in pedes descenderant, intulit, quo cum iterum aliqua muri pars deleta esset, & cliuum in quo propugnaculum antea igne absumptum erat tenuisset, ac inde ad latus hostilium fossarum ac munitionum illa parte deleta tumultuario opere factarum fossas ac munitiones ducendo præsidarios circuire ferè cepisset, atque sic in potestate hostis esset, nos & sanguini Christiano parcendum & operam dandam rati, vt arce quam maximè integra cum tormentorum aliorumque belli instrumentorum appatatu potiremur, quæ hostis ipse ad extremum iniecto igne delere posset, facta omnibus vitæ gratia permisimus, vt qui nobis militare vellent ( quorum qui velint magnus sanè est numerus ) fortunas omnes suas incolumes conseruarent, atque stipendia nostra mererent, quibus redeundi in

E D I C T V M

Moscouiam animus esset id nobis permittentibus atque omnem securitatem præstantibus facerent. Palatini, Basilius Iuanouicz, Mikolinski Telakowski, Demetrius Michalovicz Sczerbati Obolinski, Matthæus Iuanouicz Rzewski, Iwan Hrehorowicz Sufin, Petrus Iuanouicz Volinski, Lukian Tretiakowski Rakou filius scriba, qui partim præfuere, partim in arce fuere cum se sponte dedere, ac gratiæ nostræ permittere nolent, captos in custodijs habemus, & arcem ipsam præsidio nostro immisso iam obtinemus. In qua quidem arce, qui eam defendissent, & arma tulissent ultra sex millia fuisse compertum est. Nostri cum ingressi essent, passim magnam cadauerum insepultorum numerum repperunt, tum tormentorum ac pulueris tormentarij globorumq; tantam vim depræhenderunt, quanta in arce aliqua Christiani orbis his rebus instructissima posset reperiiri. Quos quidem rei gestæ successus ut imprimis ad Deum præpotentem referimus, ita illi summa animi pietate agimus gratias, ac sync: & fid: vestras hortamur, ut easdem pro bene gesta re publica agant simul etiam comprecantur, ut quæ gerenda supersunt, quæq; in hostem hûc deinceps etiam suscipiemus itidem elementissime fortunare dignetur. Quod illû pro sua benignitate, & causæ quæ hæc nobis arma induit bonitate facturum confidimus. Nos quidem ad res pro communi Reipubl. gerendas, omne animi studium curam, laborem, operam, sanguinem, adeoq; vitam nostram cupidè semper prompteq; afferemus. Datum ex arce nostra Polocensi die vltima mensis Augusti. Anno Domini M. D. LXXIX. Regni vero nostri Anno IIII.

STEPHANVS REX szc.

Ex hoc Edicto videre est, quam fausta & fortunater fuerit hæc prima Regis Poloni expeditione, quæ hanc inclementissime anni tempore suscepta fuerat: Nam intempesties tanta aëris & pluuiæ continuæ videbantur prænunciare infelicem & initam fore illam expeditionem: At Regis strenua virtus, hæc coram impedimenta superauit, præterque spem & opinionem hostis castra metatus est ante arcem Polosko: quæ, ut supra dictum, capta non substitit, donec totam illam prouinciam recuperaret. Magna vis iumentorum & equorum ob pabuli defectum, & corruptum annonam propterea pluuias perijt: nihilominus Rex non conqueuit, donec quod volebat, perficeret. Nam hac arce Polosko sic feliciter capta, progreditur vltius, & diuiso exercitu, Polonorum, Hungarorum, Lithuanorum, alias arces obsidet, capitq; partim vi, partim deditione. Lithuani miro stratagemate arcem Turowla cæperunt, dum scilicet vnam partem arcis versus planitiem sitam defendit hostis: milites aliquot Lithuani collem noctu conscendunt, & ingressi aliquot per foramen, qua tormenta eiulantur, clamant, impetum faciunt in Moscos, per scalas alij ascendunt: & sic illa arce potiti. Sokol arx tertia, quæ accipiter latinè dici potest, fortissima & bene munita, obsessa fuit à Polonis, quibus præest imperator Milecius, vir summus, animosus, & gloria maiorum clarus, Podoliæ Palatinus: hæc defendebatur à bellicosissimis viris Moschouitis, qui tam viriliter repugnant, ut non sine vtriusque gentis & Polonorum & Moscorum clade capta sit: ferunt enim ad tria milia Moscorum ibi interfecta: Atque istud est feritatis & immanitatis barbaræ indicium, quod Moschouitæ quotiescunque Germanum militem capere poterant, tum illum dilaniatum & dissectum, ac puluere bombardico in factum, ita extra arcis moenia eiabantur: ut odiû suum in gentem Germanicam re ipsa testarentur. Inter dedititios captus est præfectus militum Fedor Wafselouicius Seremiczius, qui erat ipsi magno Duci Moschorum ob suam fortitudinem pergratus & amabilis: cuius viri iacturam grauiter tulit Magnus Dux. Milecius cum Polonorum exercitu, ne quid deesset, ad perfectum victoriæ triumphum, castra mouet, & grauiter iudicat Arcem vnam residuam esse, quæ nisi capiatur: futurum sit, ut per-

perpetuis incurfionibus Plocenfis agere recuperatus infestetur. Est autem arx illa Sufa, in summa planitiæ & paluftri loco posita : cuius accessus est perdifficilis ob profundas paludes. Tamen cum obsessi viderunt Polonum Imperatorem nihil remittere de sua diligentia, lapsi animis : tandem se dedunt & veniunt in potestatem Polonorum, certis legibus & conditionibus præscriptis. Vbi arx illa Sufa tradita fuit, ibique magna vis tormentorum & commeatus bellici inuentus fuisset : de consilio Regis arx illa deturbata & euerfa, ne & hosti amplius esset utilis : neue in ea seruanda à Polono multum consumeretur. Sunt postea ab exercitu regio aliquot arces captæ & euerfæ : veluti Krafno, Sithno, & Kofiani : id quod prudenter à Polono factum, ne tot arcibus muniendis, vires exercitus diminuere cogeret. Itaque rebus sic perbenè & laudabiliter, Dei auspicio, peractis : Rex disposuit in hybernis militem cum equites tum pedites : Et deinde indicit Comitiam Regni, vt incaptum bellum cum hoste potenti : ad salutem totius Regni perficiat. Celebrata sunt Comitiam Calendis Decembris, vbi ab omnibus Ordinibus assensu est, vt Rex fortunam belli sequatur, & occasionem datam recipiendi omnia amissa à maioribus arripiat, ratioque nerui bellici, tam tributisque alio pacto Regi est concessa. Sic speratur quod in Februario anni istius, & toto hoc anno perget Rex Polonus aduersus Moschum : Quod vtinam foelix faustumque sit, ad salutem & incolumitatem illius potentissimi Regni, quod est Germaniæ maceria & propugnaculum aduersus feros hostes & barbaros. Amen.

## BOLESLAVS CHABRI PRIMVS REX POLONIAE.

*Coronatur ab Ottone, Vide fol. 10. pag. 2.*



# EDICTVM REGIVM SVIRENSE AD MILITES.

EX QVO CAUSAE SVSCEPTI IN MAGNVM  
Moscoviae Ducem belli cognoscentur.

EDICTVM REGIVM DE SVPPPLICATIONIBVS.  
*ob captam Polotiam.*

RERVM POST CAPTAM POLOTIAM CONTRA  
Moscum gestarum narratio.



STEPHANVS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Liuvoniae, & Princeps Transylvaniae, exercitus sui cuiuscunq; nationis, atq; ordinis militibus. Etsi tanta & tam nota omnibus iniuriarum magnitudo est, quas Magnus Moscoviae Dux Regno nostro Poloniae, Magnaq; Lituaniae Duactui adhuc attulit, ut arma haec, in quibus hoc tempore versamur, sera potius cunctis, quam vel praepropera, vel non satis iusta cuiquam visum iri arbitremur: tamen cum studium nostrum satis expleri non possit, quo desideramus, ut quae suscipimus gerimusq; cum aequitate iustitiaq; nos suscepisse, ij penitus intelligant, ad quos causa quaeq; attinere videatur: faciendum nobis hoc in bello existimauimus, ut exercitus nostri, cum eos non tantum ex Regni nostri Poloniae, Magniq; Ducatus Lituaniae, verum etiam Hungariae atq; Germaniae, alijsq; nationibus exteris compositos habeamus: certius vel recentiora cognoscant, quae inter nos, posteaquam Regni huius nostri Principatum gerendum suscepissemus, & Magnum Moscorum Ducem interfessissent: quae quidem istius modi sunt, ut facile pateat, nihil a nobis praetermissum esse, quod ad Principis Christiani officium, ad vitandum Christiani sanguinis discrimen, ad constituendum ex aequitate cum eo hoste concordiam, pertinere posset: ab illo autem, quae suscepta estaq; sunt, omnia cum hostilibus iniurijs coniuncta, & ad arcium, ciuitatum, ditionumq; nostrarum circumventionem & detrimentum, nostriq; nominis dedecus comparata fuisse. Nos quidem simul ac in Regnum hoc nostrum peruenissemus, ut caeteros Principes Christianos, partim ordinum Regni nomine, ita etiam Magnum Moscoviae Ducem de accessione dignitatis potentiaq; nostrae, deque optima nostra cum eo etiam pacis constituendae colendaeq; voluntate, fecimus per internuntios nostros certiore. Et dederat verbis, non nullam significationem, mutuae voluntatis atq; studij sui erga nomen sanguinemq; Christianum, & litteras addidit, quibus ampliori alicui legationi nostrae securitatem accommodabat, & peculiari ipistola, quae etiamnum nostra in potestate est, confirmabat, se imperasse suis, ut dum mutuo inter nos per Legatos res agerentur, ab omni iniuria maleficioque in nostros se abstinerent, exposcens ut eadem ad nostros mandata daremus. Etsi vero tam callide haec simulare non enim posset, quin se etiam tum proderet, verbis in nomen nostrum valde iniuriosis, infestus illius erga nos animus, tamen cum eo se vsque tantum iactaturam eius esse superbiam, in posterum vero illum ad mentem meliorem, & publicae pacis, & suorum salutis curam aliquam reuocatum iri existimarem: habita a nobis eius literarum confirmationi fides est: pro qua quidem fiducia, & mandata nostris dedimus, ut cum Moscis inducias diligenter conseruarent, & ad ipsum Moscoviae Ducem, Legatos quam amplissimos. Magnificum Stanislauum Kryski Masoviae Palatinum, Nicolaum Sapiha, Palatinum Minscensem, ac Theodoru Skumin Curiae nostrae Lituaniae Thesaurariu misimus. Quae dum a nobis fiunt, ille violata promissi fide (qua nos inducti, tantum abest, ut ab eo, dum nostri ad illum Legati perficiscerentur, hostile aliquid pertimescendum putaremus, ut tuta nobis atq; amica omnia pollicemur) subito nulla, aut renuntiatione induciarum,

EDICTVM

aut belli denuntiatione adhibita, cum exercitu ipse, adeòq; vna filius natu maior Li-  
uoniam inuasit, ac fraude potissimum, & conspiratione adductis in potestatem subdi-  
tis nostris, in libertatem, liberos, coniuges, vitam, ac sanguinem Christianorum ho-  
minum crudelissimè flamma terroq; grassatus est: arcibus nonnullis ditionis nostræ,  
dum extremis in finibus Regni nostri necessario versamur, insidiosè occupatis: quò  
tempore, quæ illius in trucidandis per acerbissimos cruciatus captiuus truculentia, quæ  
flagitiosa in vexandis honestissimis nobilissimisq; sæminis turpitude, quàm inexple-  
bilis in auriendo sanguine Christiano sitis, & in omni genere iniuriarum immanitas  
fuerit, commemorari satis non potest: & qui supersunt crudelitati, & modis aliquibus  
se ex illa acerbitate liberarunt, satis ista testantur. Accesserant iam tum Oratores nostri  
ad ipsos Moscouiæ fines, cum in expectatum de his Mosci cæptis accipiunt nuncium,  
quo quidem per moti, ad fines Moscouiæ subsistunt: nosq; faciunt de violata pace, de  
qua literis suis Magnus Moscouiæ Dux nobis confirmauerat, diligenter certiores. Et si  
verò ab illo hæc fieri indignissimè perspiceremus, tamen adducti, studio consulendi  
Christiano sanguini, atq; hæc sine maiori Christianarum vtrinq; prouinciarum vasti-  
tate, atq; incendio ad tranquillitatē & pacem reuocandi: mandata nostris Oratoribus  
dedimus, vt se nihilominus ad ipsum Magnum Moscouiæ Ducem cōferre pergerent,  
& penitius, quis illi pacis nobiscum colendæ sensus esset, explorarent: ablatas verò à  
Mosco eo tempore res, contra literarum fidem, vt repeterent, & quæ subditis nostris  
ab illo calamitas proximè allata esset: eam modis omnibus sarciri postulerent. Quid tū  
vero: cum peruenissent Oratores nostri, ac Moscus agere cum illis per homines certos  
suos cœpisset, subito ad omnem superbiam, atq; animi impotētiā descendit. Liuo-  
niam non modò ab omni pacificatione, verum etiam mentione facienda exclusit: nos  
dignitatēq; nostram Regiam, ijs verbis atq; scriptis, à quibus non modò Principem  
virum, eumq; Christianum, verum quemuis etiam cuiusuis ordinis abhorre quàm  
maximè decet, acerbè violauit, in Regnum nostrum Polonia, Magnumq; Lithuania  
Ducatum ius sibi arrogauit, idq; vanissimis modis asseruit, dum à Prusso nunquam in-  
ter mortales cognito aut nato (quem Octauij Cæsaris fratrem, generis verò sui auctorem  
fuisse contendit) orsus, ab eo se esse propaginem quartam decimam significauit: qui-  
bus quidem generis sui vanissimis deliramentis, sibi ius per quā absurdè in vniuersum  
Polonia Regnum, Magnumq; Lithuania Ducatum, aliasq; Prouincias vindicare in-  
stituit. Ac hæc omnia, cum post multas variasq; actiones, nostrorum Oratorum, cum  
Consiliarijs Magni Moscouiæ Ducis: quos eam ad rem designarat, de certa induciarū  
ratione conuenisset, nostriq; pro eo ac vtrinq; conuenerat, suas de eo literas perscri-  
psissent: & Magno Moscouiæ Duci tradidissent: ille suas, quas è conuerso daret, non (vt  
facere par erat) ad similitudinem litterarum earum, quas Oratores nostri obtulissent,  
veritatēq; mutuæ inter Legatos nostros eiusq; Consiliarios conventionis: sed ad  
arbitrium libidinēq; suam ita perscripsit, vt inducias ad Liuoniam pertinere noller,  
quinimò non modò eam sibi cum Curlandia Ducatu, verum etiam quicquid nobis  
vsq; ad Prussia fines ditionem est: (interest autem ipsius Lithuania pars) credi à nobis  
oportere significaret: quas suas literas ita perscriptas, cum in eas iusiurandum dedis-  
set, nostris Oratoribus per vim superbè obtrusit. Quæ de re cum nos Oratores nostri  
ante suum è Moscouia discessum, facerent certiores, ad Magnum Moscouiæ Ducem,  
ex aulicis nostris, internūcium misimus, Nobilem Petrum Haraburdam, iterata cum  
testificatione propensionis nostræ, colendæ cū eo pacis atq; concordia, idq; rei Chri-  
stianæ consulendi causa, qua quidem in testificatione luculenter ostendimus, si com-  
mune idēq; vtriusque nostrum iuramētum esse deberet, communem eo iuramen-  
to inter nos atque omnes prouincias nostras pacem comprehendere oportere. Neque  
enim honestati atque rationi congruere, si iusiurandū, de pace inter duos susceptum,  
bellum quacunque de prouincia inter eos ipsos consequatur, quodque sanctissimum  
concordia vinculum sit, in eo locus hostilitati relinquatur. Conuenire præterea no-  
bis, tanquam Principibus Christianis, nos vt dictis factisq; omnibus, ita maximè reli-  
giosa

giosa isti iurisiurandi affirmationi, constantiam adhibere. Curandum igitur esse, vt ne qua inter nos fidei, rectæq; factorum nostrorum conscientia, vis afferatur. Quæ nostra æquitatis optimiq; studij plena cohortatio, tantum abest vt ponderis aliquid apud Moscum habuerit, vt internuntium nostrum, posteaquam admisisset audissetq; à se longè remouerit, & in modum captiui diu inuitum retinuerit: cumq; suos ad nos Legatos misisset, in Liuania missis iam ad nos Legatis suis, arces nostras, ac sigillatim Vendam bis oppugnauerit. quod cum per insignem faceret iniuriam, effectum Dei præpotentis beneficio est, vt & exercitus ille, à nostris copijs, cum ad eas Suetica auxilia accessissent, deletus sit, & in potestatem nostram tormenta, aliaq; quibus nostra oppugnabat, cuncta peruenerint. Sub id ipsum tempus Legatos Moschicos ad nos Cracouiam, in ipsum Regni nostri quasi domicilium atq; sedem admisimus, cum eo tum loco, permagna propè vndiq; gentium Christianarum, frequentia hominum versaretur, Legati externorum Regum, Principum, atq; nationum adessent: eorum in oculis, cum eos audiendi causa ad nos in Senatum nostrum perhonorificè, vt fieri inter Principes par est, introduci curassemus, à fastu suo nostræq; dignitatis contemptione orsi, ad explicanda, quæ haberent mandata, nulla cohortatione se passi sunt adduci: & à Magno suo Duce præscriptum sibi esse significarent, ne quæ apud nos verba facerent, nisi nos ante, quæ à nobis superbè atq; ad derogandum dignitati nostræ, in quodam genere habendi sibi honoris flagitarent, præstitissemus. Quod cum nobis minimè committendum iudicasset, neq; illi à fastuosa pertinacia se deduci sinerent, etsi iterum atque iterum ab illis, vt dicerent, contenderetur, indictis rebus è Senatu nostro. atque adeò Cracouia discesserunt, atque ita re vlla non modo non confecta, sed ne affecta quidem diciue ab ijs cœpta, permisimus vt se in Moscouiam referrent. Quæ omnia, vt perspicuè testantur, quale nostrum extiterit suscipiendæ cum hoste illo concordia pacisque studium, quod consulendi sanguini ac tranquillitati Christianæ desiderium, ita ostendunt planissimè, Magnum Moscouiæ Ducem eò potissimum incumbere, hoc agere, huc omnes sensus conatusque suos conferre, vt nobiscum hostilibus iniurijs perpetuò dissideat: & cum ditioibus nostris, tum nomini amplitudinique nostræ modis omnibus derogatum velit. Misit ad nos postea per Nuncium suum literas, quibus à nobis postulat, vt in ea induciarum verba, quæ citra Oratorum nostrorum assensionem perscripta ostendimus, iurandum daremus, Legatis suis redeundi ad se potestas fieret, & si visum nobis esset, Oratores ad se iterum mitteremus, qui de Liuania secum agerent. Quam autem & ab æquitate, & ab officio dignitateque nostra alienum sit, ad ea nos iureiurando descendere, quibus non modo assensum nullum vnquam accommodauimus, sed de quibus nos cogitationem aliquam suscipere non oportere intelligimus, quis non perspiciat? Qui enim nos eius crudelitati Liuaniam, Curlandiæ Ducatum, ditionesque alias nostras, quæ Lithuanici iuris intermediæ inter Liuaniam & Prussiæ fines sunt, permittere possimus, quæ nobis pro Regio nostro Sacramento, quod in nostra Regni inauguratione verbis solennibus dedimus, omni fide, cura, conatu tuenda, & ab aliena potestate, vitæ etiam nostræ discrimine defendenda intelligimus? quod quidem officium nostrum, vt nobis antiquissimum commendatissimūque semper fuit, ita alienæ ab eo voluntatis significationem nullam vnquam dedimus neque de ea Oratores nostri quicquam polliceri potuerunt, atque adeò constat, minimè pollicitos esse. Nam quæ illi in verba cautionis suæ de inducijs perscriptæ iurarunt ea ab omni istius modi concessione longè remota sunt. Quæ verò nō modò pacis inter Principes feriendæ, sed inter priuatos etiam conuentionis alicuius in eisdæ ratio, quæ vis, quæ necessitudo esse possit, vbi res alterius non modò nulla consensio voluntasq;, sed ne quidem suscepta aliqua cogitatio accedat? non vtrinque voluntatibus ad consensionem adductis, & literis non tantum sententiarum, sed propè verborum omnium similitudine perscriptis, negotium administratur? Quod quidem ita administrari & solere & oportere, hunc ipsum hostem nostrum fugere haud quaquam potest, vt non iuris æquitatisque memorem, at ea tantum recordantem, quæ in sancendis inducijs,

EDICTVM

& pace ferienda, inter Serenissimos Prædecessores nostros, atque eius maiores, adeoque cum illo ipso, ante hac suscepta atque vsurpata fuerunt. Neque verò minus, quam superiora illa & hoc iniquum est, quod Magnus Moscouiæ Dux, nos in literarum suarum verba iurare voluit. Quæ quidem literæ, etsi ex voluntate atque cõsensione vtriusque nostrum, ac literis Oratorum nostrorum congruenter scriptæ fuissent, tamen vt ille in cautionis suæ formulam iurasset, ita nos in nostram iurare conueniret: tantũ abest, vt à nobis in eas literas iusiurandum rectè possit exigere, quæ ab ipso pro arbitratu suo perscriptæ, ab animi nostri sententia, mandatisq; nostris, & Legatorum nostrorum assensu, plurimum dissidēt. Quæ omnia quàm plena iniuriæ doliq; fuerint, quis non facillimè perspiciat? cuius quidem doli studia, ex eo se etiam ostendere, quod quæ communicata, gesta, actaq; inter Oratores nostros, & eos, quibus agendi cum nostris Moscouiæ Dux negocium dederat, quæque ab ipso Duce constituta fuerant. Legati eius, cùm ad nos Cracouiam venissent, profiteri atque explicare minimè voluerunt. Ad has verò omnes fraudum technas, mox armata vis, apertæque iniuriæ accesserunt, cùm non modo Liuoniam assiduis direptionibus ac bello infestum habere Moscouiæ Dux non desineret, verum etiam in finibus Vitæpscensibus, in ipsa Magni Ducatus Lituaniæ ditione, propugnaculum nuper collocaret, ac per suos rei militaris Præfectos: illis etiam locis, subditos nostros trucidaret, alios crudelissimè diriperet, se deniq; maximis delectibus habitis, magis magisq; cõtra nos armaret: qua quidẽ de re, cùm non modo ad nos Illustris Curlandiæ Ducis, & Rigensum, simul etiam nostrorũ in Liuonia præsidiarorum, quotidiani nunciij ac litteræ peruenirent: sed summa etiam imploratio opis defensionisq; nostræ accederet, nullo modo debuit potuitq; belli administratio diutius à nobis differri. Proinde iustissimis istis grauissimisq; causis adducti, repudiandas minimèque iuramento nostro confirmandas Mosci literas, de inducijs ab ipso arbitratu suo perscriptas nobis esse iudicauimus: quinimò ipsas in Moscouiam ad Magnum Ducem, expositis quibus id faceremus de causis, per internunciũ nostrum remisimus, ac hosti illi bellum iustum legitimũque indiximus, cum iam tũ ille maximas contra nos copias ad Plesecouiam coactas haberet. Quod ad Oratores attinget, quos remitti postulauit: etsi qui neque literas, quibus fidem legationis suæ facerent, nobis reddiderint, neque vllam legationis partem explicarint, exploratorum potius quàm Oratorum loco haberi à nobis meritò potuissent, tamen quod Oratoribus nostris in Moscouia significatum intellexissemus, Legatos eos ad nos missum iri, nihil illis in omni genere & honoris habendi, & laucia conferendi vllò loco ditionum nostrarum deesse siuimus, permisimũque, vt quod facere obstinauerant, nullis rebus apud nos expositis, se in Moscouiam referrent. Quod verò postulabat, vt nostros Oratores, qui de Liuonia agerent, iureiurando prius in eius literas de inducijs dato, iterũ ad se mitteremus: non perspicimus, quid agi de Liuonia per Oratores possit, si ante iurati in eius condiciones (quod exposcit) non tantum de Liuonia atque Curlandia, verum etiam parte nostrarum Lituaniæ ditionũ, quæ mediæ Curlandiam ac Prussiam dirimunt, decederemus. Minimè igitur nobis commitendum esse intelligimus, vt noua legatione, nihil aliud, quàm Prouinciarum nostrarum iacturam, ac nominis nostri indignitatem aliquam incurramus. Intelligi atque adeò cerni arbitramur, quale nostrum fuerit studium, vitandi omnem Christiani sanguinis profusionem, quod nostrũ pacis tranquillitatisq; desiderium, pro quo quidem nos, ijs rationibus, quæ supra expositæ sunt: experiri pacis conciliationem cum hoste illo contendimus, atque omnia indignitatum genera, quæ Maiestati nostræ Regiæ ab Magno Moscorum Duce allata essent, libenter tranquillitati publicæ atque salutis, sanguini, fortunisq; hominum Christianorum condonauimus: verum his nostris omnibus studijs ad concordiam pacemq; propensis, tantum abest, vt quidquam ab eo æqui bonique consecuti simus, vt ille hoc magis effrenatæ superbiæ atque impotentis animi sui indulserit, & quæ ad contumeliam nostram, nostrique Regni & Magni Ducatus Lituaniæ detrimentum pertinere possent, susceperit. Cui quidem rei, vt modum aliquando finemq; sponte sua

Polotia, Franciscus Zucus à Nicolao Radiuilo Palatino Vilenſi, tentanda certis cū copijs per celeritatem rei cauſa ad arcem Turoulam miſſus eſt. Verum quod & præſidio firmo, & defenſioni diligenter intente locus teneretur, & pauca minoraque belli tormenta Zucus ſecum traxerat, effici ex ſententia nihil potuit. Socolam ab arce Polocenſi quinque miliaribus ea via diſtanti, quæ Septentrionem verſus rectiſſima Pleſcouiam ducit, duorum iridem concurrentium fluminum, Dryſſæ & Niſciæ, complexus continet: ea in arce præter vetus præſidium, quod tuendi Polotiam aditus cauſa firmum ſemper inerat, Theodorus Baſilij F. Seremetus, & Boriffus Baſilij F. Seinus, Andreas Pelecius, Michael Georgij F. Lycus, Baſilius Criuoborſius Palatini, clari cū propinquitate Moſcouiæ Ducis, alijs rebus antea geſtis omnes copiarum Præfecti, cum Magno Moſcouitiæ nobilitatis ac ſclopetariorū numero confederant, poſteaſq; ſe ab aditu Poloceniſis arcis, primū à Palatino Vilenſi obſeſſis itineribus, mox ipſa obſidione Regia excluſos eſſe intelligerēt: Acceſſerat hūc etiam Georgius Bullahacus cum duobus milibus ſclopetariorum, partim Dunenſium, partim Volienſium, qui ad Dhunæ & Volhiæ fontium paludes ob perpetuas cum Tartaris dimicationes, cœteris belli vſu ac iaculandi peritia facile præſtant. Quod hi omnes magno diſcrimine noſtrorū ex propinquo caſtris iminerent, dum oppugnatur Polotia, Lithuanicæ quedam copiæ primū, Ioanne Voliminſcio, deinde Chriſtophoro Radiuilo, qui in Lithuania Regi à poculis eſt, dimicandi ſtudio Socolam excurrunt: ſed quod hoſtis arce & munitionibus prope arcem extructis, aut propinquo tormentis ſuis ſpacio in tuto ſe teneret, velitationibus tantum, nonnullis vtrinq; deſideratis, res geſta eſt. Vtramque arcem Rex occupata Polotia iuſtis copijs oppugnandam ratus, Nicolaum Mielecium Podoliæ Palatinum, ſummum copiarum Polonicarum Præfectum, cum equitatu Polonico ſtipendia merente, cumq; peditatu Polonorum, ac Germanorum cohortibus Socolam mouere, Vngarorum copias Turouilam accedere iubet: ipſe vt medio loco omnem in partem caſumque intentus eſſe poſſet, motis trans Polotiam caſtris, iſſq; ſecundum flumen Dhunam metatis (quod priſtinum caſtrorum locum, obſidioni quidem opportunum cū ad cingendum maxima ex parte arcem, tum ad prompta munitionibus omnibus, ex quibus miles oppugnabat, auxilia afferendum, aſſidui imbres iam ante iniquiſſimum, & valdè quàm cœnoſum effecerāt) ad Polotiam permanet, curatque quod ad arcem Poloceniſem, qua munitiones aut flamma conflagrant, aut tormentis verberatæ vitium fecerant, inſtaurandum pertinere: ſimul etiam arci Palatinum præfecit Nicolaum Derohoſtaſcium, in quem iam ante, Regno primū inuito, non inani omine ius nomenque eius Magiſtratus contulerat: hunc ipſe in poſſeſſionem mittit, præſidium iuſtum imponit, & quibus circum locis miles finibus tuendis recte collocetur conſtituit: templi etiam, quod monumētum diuinę ad victoriam opis eſſet, ædificationem decernit. Interea dum quæ opus erant ad Socolæ & Turoulię oppugnationem expediuntur, & miles vaſa colligit, viſum eſt Palatino Vilenſi, de Turoulia leuioribus copijs experiri, & quid hoſtibus in recenti conſternatione fiducia eſſet tētare. Mittitur cum aliquo numero equitum expeditiorū armaturæ leuioris quos Colacos nominant, Conſtantine Lucomſcius Vlenſis præfectus, quem Turouliens præſidarij cōſpicati, cū pauor maiorem quam pro numero militum ſpeciem copiarum obieciſſet, exercitum vniuerſum ad eſſe rati, per auerſam portam ſe propere omnes eiſciunt, ac fuga euaſunt Palatinis ſuis deſertis: qui cū arcem ſibi non deſerendam putarent, ac ſoli in ea permanerent, ad quartam Septembris diem cum arce & belli apparatu ac comœatu omni Regiam in poteſtatem peruenerunt. Arci ita occupatæ miles ille, qui ceperat, præſidio relinquitur. Is dum inter ligneas munitiones ac domos rædæ ædificatas indiligenter ignem habet, tormentiſque maioribus gratulationis & læticiæ cauſa iaculatur, temere incēdio cauſam præbuit: quod ſublato pauca poſt diebus, quàm capta eſſet, arcem deleuit, vt non minore celeritate, quam occupauerat, Turouliam miles amiſerit. Quod quidem hoc iniquiore animo à Rege acceptum eſt, quò præſidio hoſtili Suſſam etiam tum obtinēti, Turoulia noſtræ poteſtatis

*Karta 116 jest za 117  
prezaxona.*

RERVM CAPTA POLOTIA

facta, omnem subsidij aditum & comitatus accipiendi spem, certius eripere potuisset. Interea rerum Palatinus Podoliz Socolam (à qua Dunenses cohortes fama aduentantis exercitus permoti contra imperium Præfectorum, vt est genus illud militum leue, & insolens disciplinæ, iam ante in Moscouiam redierant) cum copijs progreditur, & Drissam flumen imbribus proximis ad modum redundans ponte subitario opere effecto, transmittit, hoste quod facere in procliu erat, nihil repugnante, qui in aduersa ripa ociose tantum inequitans, inani metus faciendi studio, clarè vt exaudiri à nostris facile possent, subinde inter se sciscitabantur, adessent apud se Altracanorum, adesset Calanorum copia, quas alter adesse magna itidem voce respondebat. Flumine superato Palatinus nulla cum mora propius hostem mouet. Quà accesserat inter vtrumq; flumen non ita magno ab arce intervallo sylua est, in qua maximam equitatus partem tendere iubet, peditatui imperat, vt munitiones, in quibus versarētur, & tormenta dirigerent, fossa atque aggere subito efficiant: quas Poloni secundum Nissam, Germani iuxta Drissam ita ad arcem perducunt, vt cum iusto iam ab ea spacio abessent, transuersæ ab Nissia Dryssam, itidemque ab Dryssia Nissam versus promouerentur, atque opera vtriusq; nationis commiterentur: vltra Nissiam amnem minorem, quâ promptum hosti effugium patebat, Ioannes Zabarasius Palatinus Braflauiensis consistere & curare iubetur. Munitionibus perfectis, ac tormentis, vt visum erat, collocatis, cum iam tum in vesperum dies vergeret, qui tormenta administrant, periclitari rem globis candentibus instituunt, tribus tantum in hostiles ditiones perlatis, cum alij alijs locis periculum incendij afferrent, & ijs restinguendis hostis detineretur, tertius eo loco, quo nascens primùm fumus, mox flamma ab hoste non facile potuit deprehendi, vires cepit. Ab hoc incendium ortum, cū magnam hostilium munitionum partem subito complexum esset, hosti summam defensionis desperationem attulit. Quocirca vt perditis trepidisq; rebus, & flamma se iam longius latiusque fundente, pars magna hostium globo temere facto, porta quæ meridiem versus ad Nissam vnâ patebat, cōfertim erumpunt: quibus ex proximis munitionibus Poloni impigrè occurrunt, & obsistunt. Perducitur eodem properè signo subato Germanorum sclopetariorum cohors: sic hostis in arcem flammamque reijcitur, quem dum nostri magna vi premunt, se atque signa portæ arcique inferunt. Dabat mox hostis intra arcem desperatis rebus magnas cum armis tum verbis dededi significationes, quas cum miles Germanicus Russicæ lingue nesciens, præterea Polocensis presidij crudelitate, qua immanissima in captiuos omnes ac potissimum Germanos fuerant, iritati, minimè acciperet, cædemque accerrimè misceret, ille desperata salute totis viribus contra dimicat, quæq; supra portam custodie erant, cataractam è turri portæ imminentem in irrupentes deiiciunt, sic nostros receptū alios, alios aditu subsidioq; excludūt. Atrox inde vtrinq; pugna fuit, æquata vtrorumq; desperatione ob incendij vim, quæ vndiq; se circumfuderat ac pluribus locis dimicantes inter se pari interitu victi ac vincentis extinguebat. Ad dexterā arcis partē munitiones ostium fuit, ad quod qui nostrorum errando perlatis sunt, integri euasere. Interea foris milites, quanta vi maxima possunt cataractam moliantur, atque opere magno perstringunt, patefacta via, qui nostrorum supererant, faucij prope emnes atq; ambusti, pariter cum hoste erumpunt, inferunt se integri alij prædæ ex ipsa flamma rapiendæ causa. Pars magna hostium aut in munitiones aut stationes Germanorum incidit, qui omnes per iram militarem & linguæ ignorantiā interfecti sunt, in his Borisus Seinus, Andreas Palecius, Michæl Lycus, Basilius Criuoborfcus Palatini cecidere. Quibus in Polonorum potestatem peruenire contigit, pleriq; omnes, cum qui aliquo aut munere aut numero fuissent, pro se quisque nomen ederet suum, facile apud linguæ intelligentes seruati sunt. accaptiui habentur: quorum in numero Seremetus est, vt rerum gestarum fama, ita & corporis specie vultuq; & animi sermonisque cultu cæteris præstantior, & Mesoiadus Dunensium aliquod cohortium Præfectus, qui post militum etiam suorum discessum, cū cæteris præsidiarijs in arce permāserat. Arx ipsa cum iam incendio occurri non posset conflagrauit. Hostium ad quatuor millia cæsa, quos

sua facturum illum desperemus, facit inueterata iam perpetuaque eius cum Serenissimi prædecessoribus nostris simili genere agendi ratio, quam quidem ex ea iniuria æ, stimare licebit, qua Diuum Sigismundum Augustum Serenissimum prædecessorem nostrum affecit, cum missos ad se ex ordine Senatorio splendidos Oratores Palatinum Inouladislauiensem, & Castellatum Samogitiensem contumeliosè tractauit, & modis indignissimis contra gentium iura violauit, hominem Nobilem ex Serenissimi prædecessoris nostri aulicis spoliavit, & cum res quasdam preciosiores inspiciendi causa accepisset, superbe retinuit, mercatoribus qui vnà venissent, magnam merciũ vim eripuit, equos in Oratorum illorum conspectu productos ferro dissecari curauit: à qua indignitate vindicanda, cum Diuum illum antecessorem nostrum mors (quæ breui subsecuta est) exclusisset, nos per Oratores nostros postulauimus, vt iniurias eas id temporis illatas, sarcire studeret, cui quidem postulationi nostræ, nullum animus eius, iniuriæ pertinacissimus, reliquit omnino locum. Quid illa, quæ Serenissimo antecessori nostro Henrico Regi per litteras de pace vtrinq; retinenda promiserat? & contẽpra promissi fide, non ita multo post capta Pernauia, aliisque Liouoniæ arcibus in potestatem suam redactis violauit? Qua quidem fidei vanitate, maiores etiam eius erga Serenissimos prædecessores nostros prope omnes vsos esse perspiciamus. Neque enim obscura est plurimum, qui ista verè memoriæ prodidere consensio, & maiorum istius Ducis Moscouiæ literis, quæ in tabulario Magni Ducatus nostri Lithuanici seruantur, comprobari potest, quàm sæpè Magni Moscorum Duces Serenissimis Poloniae Regibus. pace suscepta, ac iurisiurandi religione sancita, ad tranquillitatis fiduciam adductis, & contra barbaros nominiq; Christiano infestos populos bella regentibus fidem impiè fregerint, pacta omnia violauerint, & redintegrato bello, vel à necessaria prædecessores nostros contra Ethnicos defensione, vel pulcherimis pro Repub. Christiana cœptis reuocarint, & obsistere suis iniurijs cœgerint. Quorum maiorum in dictis factisq; in constantiam, fraudem & insidias, hic Ioannes Basilij filius, hostis noster, nõ modò omnem in se admisit, verum etiam auxit, idq; tum maximè egit, cum litteris missis ad Diuum Sigismundum Augustum Serenissimum antecessorem nostrum, de securitate Oratoribus præstanda, qui ad se de pace concilianda mitterentur scriptis, subito Polotiam inuasit occupauitq; consimili fraude erga nos vsus, cum postea quàm nobis fiduciam pacis attulisset, repente Liouoniam armis oppugnauit, & tamen nos, Regnum nostrum Poloniae, Magnum Lituaniæ Ducatum à defensione eius prouinciæ excludere instituit. Quandoquidem igitur spes nulla nos tenere amplius potest, ad mentem fidemq; meliorem Magnum Moscorum Ducem se vnquam recepturum esse, quinimò iniurias veteres recentioresq; nouis quotidie magis magisque accumularet, certæ pacis fiduciam nullam afferat, omnia ad nos circũueniendum derogandumq; cum nomini tum ditionibus nostris suscipiat, nos adhibitis atque ad eò consumptis omnibus studijs nostris, quibus fida atque æqua inter nos pax conciliari, & rei sanguinique Christiano consuli posset, expleto iam omni officio Regis Christiani, hæc rem & Deo præpotenti, oculis hæc suis iustissimis aspicienti, & legitimæ vindicationi permittendam iudicamus. Quo nomine remissis illis insidiosis induciarum literis, bellum iustum legitimumq; Ioanni Basilij filio, Magno Moscorum Duci denunciamus: quo bello multiplicem nobis, cum ab ipso Magno Moscorum Duce verbis literisque, tum ab eius Legatis factam contumeliam, allatasq; subditis nostris acerbissimas multis iam annis iniurias, & detrimenta omnia, quæ Regnum nostrum Magnusq; Lithuanici Ducatus accepit, armis propulsare & vindicare in animo habemus. Vt verò perspicuum sit omnibus, nos ad eorum, qui Magno Moscorum Duci parent, hominum Christianorum calamitatem aut sanguinis profusionem minime ferri, declaramus nos ita armis nostris moderaturos esse, vt ne ijs (quanta maxima cura ac studio caueri poterit) quisquam violetur, qui non aut in præsidij, aut acie suo periculo propugnandas hostis nostri partes suscepit. Nam vt ab vno Magno Duce causas omnes, quibus in arma hæc impellimur, profectas esse intelligimus, ab vno nos honorem

E D I C T V M

dignitatēque nostram oppugnari, ac prouincias nostras illius vnus libidine appeti ac sitiri perspiciamus: ita in vno illo vindicare omnia, vnus refrænata audacia grafsandique atrocitate, in posterum tranquillitati publicæ paciſque Christianæ (si fieri vlla ratione posset) consulere desideramus. Quæ cum ita sint, spe vel potius fiducia magna sumus, & DEVM OPTIMUM MAXIMUM quod bellum grauissimis iustissimisque atque adeo pernecessarijs de causis iniuimus, nobis, exercitibus nostris, ac Reipub. vniuersæ, quam obtinemus, bene & fæliciter fortunaturum esse, & Principes Christianos, adeoque omnes homines, qui ista accipient, facillè arbitratos nos ad bellum hoc permagnum non temerè neque vlla profundendi sanguinem Christianum (cui prodesse, consulere, cauere semper studuimus) cupiditate ferri, sed ad ea hostilibus tot temporum per summam atrocitatem crudelitatemque; exercitis iniurijs impelli, nostra dignitate, & Regni nostri Magnique Lituaniæ Ducatus cæterarumque prouinciarum nostrarum statu, & subditorum nostrorum salute, fortunis, vita, sanguine, quem hostis ille truculentissimus iam nimium diu immaniter hausit, necessariò commoueri, consilio iudicioque omnium Regni nostri Magnique Lituaniæ Ducatus ordinum duci, dignique nos fidam stabilemque tranquillitatem, & publicam inter populos Christiani nominis pacem concordiamque spectare. Quæ quidem belli nostri causæ, quæque animi consilijque nostri ratio, etsi de militum nostrorum studijs alacritate, fortitudine, fide, nobis dubitationem nullam relinquit: hortamur tamen, vt animum ad res nostro ductu in hostem hunc nostum gerendas magnum fortemque; adferant, existimentque; & gloriæ & fælicitatis summam in eo potissimum versari, si prout iusta honestaque causa dimicetur: subditi nostri diuturnas grauesque iniurias hostiles, vel à se vel ciuibus suis adhuc per pessas, hoc tempore pro more, virtute, rebusque gestis maiorum suorum & vindicandas & in omne tēpus sibi depellendas statuunt: extranei pro vicinorum salute, suam in discrimen vocare, fortissimeque armis contēdere pulcherimum, necessitudini quæ vicino ad vicinum est conuenientissimum, & delere proximi parietis incendium, suæ suorumque securitati vtile existiment: omnes sibi tam iusto in bello summa fortium factorum studia esse adhibenda iudicent: quorum hoc maior laus atque gloria quemque consequetur, quò in grauiore hoc maioreque bello contra crudelem vniuersi propè generis humani hostem nobiscum versabitur. Nos profectò cuiusque militum nostrorum virtutem, fidem, operam, conatū in omni genere præclare factorum, ea beneuolentia, gratia, munificentia prosequemur, vt neminem gestæ abs se fortiter rei pœniteat, omnes intelligāt, nos cuiusque industriæ, fidei, fortitudini sua præmia ornamentaque libenter tribuisse. Sui die duodecima Iulij. ANNO DOMINI, M. D. LXXIX. REGNI VERÒ NOSTRI ANNO QUARTO.

RERVM POST CAPTAM POLOTIAM CONTRA MOSCVM  
gestarum narratio.



Apta Polotia, & iam ante in vicino arcibus tribus, Cosiana, Crasna & Sitna deletis, tres omninò arces, Turoulia, Socolum & Sussa in Polocensi ditio- ne hostiles supererant, quas hosti relinquere, neque ex belli suscepti consilio, neque dignitate sua, neque rei abs se gestæ fortuna Rex esse iudicauit. Turoulia quatuor supra Polotiam arcem miliaribus, ad Dhunam flumen, quo loco illud Turoulia amnis illabitur, sita est, sic vt duorum amnium confluxu maxima parte comprehendatur, quaque in continentem patet, inter vtriusque præterlabentis fluuij ripas, lacum transuersum, tanquam obicem, obiectum habeat. Quod inter Polocensem arcem, atque inter Vlam, Vitepsium, aliasque arces & ciuitates, altius in Dhunæ ripis sitas, quæ semper in potestate Regum Poloniae retētæ sunt, media Turoulia interesset, facillè à Regijs castris ad Polotiam positis, commeatum exclusit, qui commodè ex locis superioribus poterat importari: quæ res non mediocriter in exercitu annonæ caritatem atque adeo inopiam auxerat. Quæ de causa, circumfessa primum Polocia,

quos ex lectissimo, & quidē pratoriano milite Magni Ducis fuisse, etsi ex captiuis cognitum est, tamen etiam ex ipsa corporum stratorum forma & proceritate, animisq̄ue perditis in rebus adhibitis, tum prædæ ratione potuit intelligi. In qua quidem præda maior & pecuniæ, & vestis præciosæ, & aliorum ornamentorum numerus fuit, quàm vt gregarij militis fuisse videri posset. Captiuorum ea multitudo est, vt & penes præfectos copiarum permulti sint, & Polonorum militum propè sint nulli, qui in potestate non singulos, alij plures habeant. Sussæ oppugnatione, quàm suscipere difficilem & spaciosi lacus, & palustria circum loca, & Autumni ipsius tempestas redditura erāt, temerèq̄ue militem iam ante maximis incommodis affectum nouis periculis obijcere, Regi visum non est: cum potentissimùm arcem eam, penitus Lithuaniam versus sitam, & ab omni suorum subsidio, & com meatus consequendi potestate exclusam, (vt vis nulla adhiberetur) sponte dedituram sese non dubitanter existimaret. Itaque præsidia tantum militum stipendiarios circūquaque in statuis disponit, quæ Moscos ab aditu ad Sussanos arcerent. Neque sefellit ea Regem existimatio: nam & ipse Moscouiæ Dux, diffidens Sussam amissa Polotia retineri posse, sexta primùm, tum iterum decima septima Septembris die, mandata ad Petrum Theodori F. Coliceum, Palatinum Sussensem ac præsidiorios omnes dederat, vt templi imaginibus & libris, omniq̄; apparatu sacro in terra defossis, aut quacunque alia cura adhibita, ne in hostium potestatem peruenirent, arcem incenderent: bellica tormenta ac puluerem tormentorum omnem i, ne delerent: tum operam, qua euadere possent, diligenter darent, ac salutem suam consulerent. Hæc mandata cum (quò certius perferrētur) per plures nuncios Sussam misisset, nonnulli eorum in arcem perueniunt: vnus à Regio milite interceptus, ad Palatinum Podoliæ cum literis perducitur. Sub id ipsum tempus, Palatinus Polocensis dat Sussa literas, quibus significat, se Polotia cum parte exercitus, à Rege ijscū mandatis relictum, vt quicquid ea in prouincia hostile superesset, modis omnibus tollere contenderet: Regem summa placabilitate & clementia Principem, quam suæ voluntatis significationem dedisset: cum primum Magno Moscouiæ Duci bellum indiceret, ea in voluntate etiamnum permanere: eorum, qui Magno Duci parerent, hominum Christianorum cædem & sanguinis profusionem haudquaquam expetere, quinimò illi parcitum ac consultum velle: acceptas iniurias in autore ipso Magno ipsorū Duce vindicandas statuere, nisi verò essent, qui istas iniurias suo discrimine propugnare vellent: quod vt illi ne suscipiant, illorum maximè referre: hortari se, arce sponte sua potius absederent, impetrabili venia & salute, quàm vim atque oppugnationem experirentur. Palatinus Podoliæ Mosci literas ad Palatinum Sussensem ac præsidarios, qui dedi arcem postularent: illi salutem, & rerum quæ cuiusque essent auferendarum potestatem, atque in Moscouiam tutò se referendi concessiōem pacti, arcem cum omni bellico apparatu com meatuq̄ue Palatino Polocensi militibusq̄ue à Palatino Podoliæ missis, sexta die Octobris dedunt. Iam ante Philo Kmita Capitaneus Orsanensis, cui aliquod turmæ equitum, & peditum stipendiarios cohortes, erant in eam rem assignatæ, coacta nō mediocri finitimis in locis ex nobilitate alijsq̄ue incolis militum manu, in Mosci ditiones excurrit, magnamq̄ue omnia populando vastitatem affert: ad duo millia pagorum incendit, & Smolensciæ suburbijs ambustis, magnum ex eo agro hominum, magnum pecudum numerum agit: suosq̄ue nullo detrimento accepto intra fines reducit, Idem non multò post Constantinus Ostrogia Dux, cum Michæle Visniouecio Castellano Braslauenſe, & filio Ianusio Boristhenem transgressus facit, expeditissimas quasque Tartarorum aliorumq̄; turmas præmittit, has longè latèq̄ue populari, & terrorem vastitatemq̄ue in hostico circumferre iubet, ipse cum reliquis copijs Czenihouiam progreditur, castrisq̄ue ad arcem metatis, oppugnationem suscipit, ipsaq̄ue ciuitate incendio delata, vim omnem arci expugnandæ adhibet, sed quod ea præsidio firmò, cui nihil ad omne in propugnandi apparatus deesset, teneretur: accerrimeq̄ue locum Mosci defenderent, in castris paucæ peditum cohortes essent, afflicta maximis tempestatum iniurijs, missa obsidione, vicina circum loca omnia diripit, totaq̄ue

totaque Siueriēsi ditione vastata, ac populationibus ad Starodubam, Radohostiam, ac Podczepouiam vsque, per leuiiores equitum turmas factis, præda ingenti acta discessit. Simili successu Mecislauiensis præfectus Iaroslauam oppidum, pagosque quam plurimos euertit. Rex posteaquam dierum quinquaginta spacio, sex arcibus captis, ad quas Sussa non ita multo post septima accessit, prouinciam omnem Polocēsem mira agrorum fertilitate, magna fluminum opportunitate præditam, octauo decimo post anno, quam esset ab hoste occupata, bello Reipub: recuperasset, Polotiam præsidijs, fines copijs firmasset, decima septima Septembris die, illo de loco discedit: Vehemēti quidem studio ferebatur, vt ceptū foelicitatis cursum vrgeret, & cum magna hostes locis omnibus cōsternatio ingensque pauor teneret, longius arma sua in hostiles ditiones profferret: Sed cum & præteriti tēporis iniuriæ, (quibus miles admodum afflictus, equorum ingens numerus enectus fuerat) & grauiores Autumni tempestates, indies ingrauescentes, isti voluntati & studio planè repugnarent, omni cura in comitia omnium Reipub: ordinum habenda incumbit, cumque iam ante ex castris de ea deliberatione literas ad Regni Senatores dedisset, rediens in Lithuaniam, ea ad diem vtigesimam secundam Nouembris Varfauix habitum iri edicit, in quibus cōsilia de bello diutius administrando suscipiantur. Dum Vilna Rex ad comitia proficiscitur, è Moscouia per nūcium Moscicum literæ afferuntur, à duobus Legatis Nouogrodix Duce Ioanne Theodori F. Mecislauiensi & Mikita Georgij F. Romanouicio Sacharino, ad Nicolaum Raduulium Palatinum Vilnēsem & Eustachium Volouicium Castellatum Trocensem, Plescouix die trigesima octaua Septembris scriptæ, hoc omninò argumento. Cū offensæ duorum summorum Principum eò progressæ sint, vt arma vterque sumpserit, quibus Polonia Rex Polotiam expugnarit, Magnus Moscouix Dux vindicare vicissim id factum in animo habuerit: se cum reliqua nobilitate Moscouitica ad Principis sui pedes se abiecisse, obsecrasseque vt sanguini Christiano consultum atque paritum vellet. Istis precibus Principem suum reliquisse locū, & belli expeditionem repressisse, nunc mutuo studio ipsis atque alijs Regis Polonia Cōsiliarijs, apud Regem suum elaborandum esse, vt ad similem voluntatem & sistendi cursus sui bellici, & pacis cum Magno Moscouix Duce locis omnibus, tam Regni Polonia, quam Magni Ducatus Lithuania, atque etiam Liuonia causā suscipiendæ adducant, in primis verò ab eo impetrent, vt in Regiam suam se referat, ac copijs suis omnibus tam in Lithuania quam Liuonia finibus imperet, se ab omni in Moscos maleficio atque iniurijs abstineant. Hæc eadem Magnum suum Ducem diligenter facturum, rediturū ad sedes suas, suosque à vi atque iniuria, cohibiturum. Interea temporis dandam vtrinque operam, vt Principes missis inter se Oratoribus rem vtilem & pernecessariam pacem ac concordiam suscipiant. In extremo literarum excusant, cur Basilius Lopatinscius, quem Rex ad Magnum Moscouix Ducem ante expeditionem suam cum literis miserat, quibus se bellum illi facturum iustum legitimumque denunciabat, adhuc in Moscouia detineatur: promittuntque, simul vt Principum se vterque ad sedes suas retulerit, se operam duros, vt cum mandatis sui Principis de pace consiliāda ad Regem ocys remittatur. Sub idem tempus Philo Kmitha, Orfacensis præfectus ad Regem literas mittit, quas à Palatino Smolensciano acceperat. Ijs Philonem Palatinus certiolem facit, se à Magno suo Duce mandata accepisse, ne quam Regijs finibus atq; ditionibus vim aut iniuriam adferat. Monere igitur, vt mutua etiam Philo præstet: neq; permittat,

vt sui fines transgressi, hostile aliquid in Magni Ducis Moscouix ditionibus committant. Allatis lectisque vtrisque literis Rex

omnem eius deliberationem ad Comitiam referendam esse iudicauit.

\* \*

EDICTVM

119

EDICTVM DE SVPPPLICATIONIBVS,  
A SERENISSIMO POLONIAE REGE STEPHANO,  
Wielicoluco ex Moscouia missum. Die 5. mensis Septembris.  
Anno Domini, M. D. LXXX.

**S**TEPHANVS Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniaeque; &c. Princeps Transyluaniae &c. Reuerendissimis, Reuerendis, Magnificis, Generosis, Nobilibus, Famatis, Archiepiscopis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Regni nostri Senatoribus, praeterea cuiusuis ordinis subditis nostris, syncere fidelibus nobis dilectis, gratiam nostram Regiam, Reuerendissimi, Reuerendi, Magnifici, Genorosi, Nobiles, Famati, syncere fideles nobis dilecti. Vtrumque; facimus quam libenter, vt & ea quae decernuntur, communibus Reipublicae comitijs geramus, & de rebus a nobis gestis, syncere & fideliter: vestras faciamus certiores. Cum superioribus proximis Reipublicae comitijs placuisset, bellum contra Magnum Moscouiae Ducem susceptum continuari, nihil praetermissimus, quod posset ad illud recte atque ordine administrandum: & imprimis ad exercitus cum veteres retinendum, tum novos conscribendum pertinere: quibus omnibus, postquam vt ad Czaeniciam (quo loco nos & Russiae contra iniurias Mosci praesidio esse posse: & ad primarias alias atque alias arces hostiles peropportunos aditus habituros intelligebamus) certo die conuenirent, edixissemus, nos Vilna profecti, eodem ad Octauam Iulij mensis diem peruenimus: ac imprimis frequentiore, & Senatorum nostrorum & hominum militarium conuentu, de belli administratione, & quo potissimum arma in hostem inferremus, ad concilium nostrum retulimus: in quo & si variae initio dictae sententiae fuissent, eo tamen descensum postea est, vt Vielicolucum nobis cum exercitu ante omnia mouendum. eamque arcem omni conatu oppugnandum concluderimus: secuti quam maxime, cum ipsam seriem & quasi tenorem gerendarum rerum, qui nos ex locis, anno superiore proximo expugnatis & receptis Vielicolucum vocare & ducere visus est: tum Russiae defensione, quam vniuersam eo loci cum exercitu progressi, nos ab hostili vi tueri posse intelligebamus, praeterea Lucensis arcis situ, fama, ditionis, amplitudine, vbertate, qua exercitus nostri sine ditionum nostrarum detrimento ali ac sustineri possent, opportunitate denique; ad signa nostra penitus in hostilia loca inferendum, eoque; hostem ad aliquam praelii dimicationem eliciendum: caeteraque; deinceps ex Vielicoluco facilius promptiusque; administrandum adducti. Habito igitur exercitus nostri delictu, ex agro Czaeniciensi Vitepscum profecti sumus: quo in itinere, cum arces duas hostiles, Vielisium vnam, in Dhunae ripa, Vitepscio ex superiore fluminis loco oppositam, atque; alteram Vsviatum, quae ad amnem cognominem in Dhunam fluuium illabentem, & propius Lucum versus fereat, sita est: exclusuras nos tormentorum & comeatus ad exercitus nostros supportandi commoditate accepissemus, & caetero quum studium nobis esset Dhunam flumen magis magisque ab hoste in potestatem nostram vindicandi, quo res maiore celeritate conficeretur, Magnificum Ioannem de Zamoscie Regni nostri Cancellarium, & cum ijs copijs, quas hoc in bellum nobis adduxit, & alijs additis Vielisium oppugnandi causa praemisimus, qua ex arce, cum vnius diei oppugnatione praesidium hostile feliciter deiecisset, nos ea potiti, premissis primo agmine Copijs Lituanicis Vsviatum cum exercitu accessimus: locumque; munitio-nibus oppugnandi causa iam actis, metu potius admodo tantum quam ipsa adhibita deditioe cepimus. Inde contractis in itinere copijs omnibus, quas duarum istarum arcium oppugnatione diuiserat, mouimus, ac superata locorum inde ab Czaenicia incredibili vastitudine, itinere summo cum labore militum ac ingenti difficultate, qua Vsviatum, qua Vielisium exercitus iueret, per assiduas densissimasque; sylvas facto, Vielicolucum progressi, ad arcem xxvi. Mensis Augusti die Castra metati sumus, quae in Castra cum id temporis Oratores ab Magno Moscouiae Duce ad nos venissent, eos nulla in-

EDICTVM DE SUPPLICATIONIBVS.

terposita mora audiuimus. Verùm cum à nobis contra omnes nostras rerum ren-  
 darum rationes, contraq; dignitatem nostram postularent, vt nos in Lituania cum  
 exercitu referremus, negarentq; nisi id ante omnia fecissemus, se per Principis suã  
 data quicquam de ipsa legationis causa dicere posse: nos repudiata & postulatione in-  
 dignitate, & insidiosa tergiuersatione non cessandum rati, eundem Ioannem de  
 Moscie Cancellarium, cum copijs suis atratis, cæterisq; quas ad Vielisium habuerat,  
 & maxima parte omnis peditatus transflumen propius arcem castra alia facere ibi  
 curare iussimus, illaq; ex parte nulla mora munitionibus, quibus visum est locis actis  
 & quo oportebat perductis, ipsis Kalend: Septemb: oppugnationem maiore appa-  
 ratu ac conatu suscepimus: nihilq; aut lenitatis, aut terroris prætermisimus, aut oppu-  
 gnationis non adhibuimus, quo integra arcæ potiremur. Verùm cum & præsi-  
 diariorum summa loci retinendi pertinacia esset, & vltima sibi expectanda coniurassent: & arx nõ  
 modò loci natura. in edito planissimis circũ locis, partim intra fluminis Louati, par-  
 tim intra lacuum complexus sita: nec tantum modo consuetis ante hac Moscis parietũ  
 densissimorum contignationibus firma, sed aggerẽ etiam densissimo ac latissimo ex  
 cespite extrinsecus obducto tum qua flumen aut lacus non ambiunt: fossa maiore  
 munitissima esset, ac omnino Polotiam omni genere firmitatis superaret, ad hæc præ-  
 sidium validum & Polotia aliarumque arcium propugnatione è quibus à nobis anno  
 superiore impetrata salute discesserãt, exercitatus inesset vt omnino sine maiore mi-  
 litum nostrorũ interitu, ac diuturniore obsidione, si in instituto permaneremus, ne-  
 cessario res nobis incendio experienda fuit, quod cum magna militum nostrorum  
 virtute & discrimine, primum ex Vngarorum peditum munitionibus allatum, & ho-  
 ste incredibilem in modum restinguente sæpius triduũ repetitum atq; diutius altum  
 esset, ac deindè ex altera etiam parte per militem Polonicum, & atratas illas cohortes  
 aggere ad propugnaculum maius, ad ligneas vsq; substructiones suffosso, nocte in an-  
 te quintam Septembris diẽ maius conflaretur, præsidium verò, quo ad igni iam tem-  
 perari nullo modo posset, ab obstinatione hostili non discederet, factum est, vt & arcẽ  
 flamma, & ferrum quidquid prope hominum in arcẽ fuit, per militarem iracundiam  
 hostili illa pertinacia, & acceptis in oppugnatione incommodis, & eorum qui Polotia  
 ac cæteris ex arcibus iam antè occupatis impune dimissi fuerant: hunc in locũ ad ho-  
 stilia reditu irritatam, quinta istius mensis die prima luce deleuerit. Dum hac in oppu-  
 gnatione versatissimus, Oratores Magni Moscouia Ducis iterum apud nos dicendi  
 potestatem sibi fieri petiuerunt: qua impetrata cum ea exponerent, quæ honestæ nobis  
 & Reipub: paci & sarcendis incommodis, quæ ab eo hoste accepta sunt, minimè  
 satisfacerent, leuioraq; omnia quàm nostra dignitas & iura Reip: paterentur propo-  
 nerent: ostendimus nos ad istiusmodi descendere non posse: cumq; illi alia mandata  
 se hoc tempore non habere dixissent, & à nobis peterent, dare ad Magnum suum Mos-  
 couia Ducem literas liceret, quibus eum de nostra voluntate atque conditionibus  
 redderent certiores, ne quid prætermisisse videremur, quod facere ad spem iustæ ho-  
 nestæq; pacificationis posset, & nostras dedimus ad Moscum literas, & Oratores dare  
 suas pmisimus: ad quas cũ respõderit, qua volũtate sit, certius fortasse cognoscemus.

Nos hæc Sinc: & fide: vestras scire volumus: cumq; ea que adhuc benè fœliciterq;  
 gesta sunt, vni Deo grata, cum animi pietate acceptum referamus, parq; sit, vt illi vo-  
 lenti, & propitio, & nos & omnes in Reip: nostra, ad cuius hæc vtilitatem, amplitudi-  
 nem, laudem imprimis redundant, gratias agamus: hortamur sync: & fid: vestras, ad ea  
 omnia gratarum mentium studia, quæ supplicationibus alijsq; rebus, quoties benè  
 gesta est res publica, suscipi consueuerunt.

Quemadmodum hinc res porrò admi-  
 nistrãda, & hic locus nobis tuendus sit, de eo hoc tẽpore cõsilia cœpius: quæ deinceps  
 è Reip: geri à nobis hoc bello posse, videbuntur: in ijs studiũ, consilium, curã, operam  
 omnem nostram libenter consumemus. Benè valeãt sinceritates & fidelitates vestræ.

Datum ex Castris nostris ad arcem nostram Vielicolucum die 6. Septembris. Anno  
 Domini, M. D. LXXX. Regni verò nostri Anno Quinto.

STEPHANAS REX RZT.

# RERVM ET VERBORVM IN SARMACIA EVROPEAE ALEXANDRI

Guagnini Historia præcipuè memorabilem Index.

<b>A</b> D Polonos Pruteni deficiunt Crucigeros spernantes fol. 69. b	Azoph & Achas	108. a
Alexander Rex Polo. & Dux Lithuaniae moritur 57. a	<b>B</b>	
Alexander moritur 21. a	Badis castrum	75. a
Alexander rex Poloniae Alberti frater, perfidiam Valachorum ulciscitur 21. a	Barbaricam crudelitatem	108. b
Aliud crudelissimum facinus 96. a	Barbarus & detestabilis Magni Ducis ludus fol.	99. b
Amplificatio tyrannidis Moschorum Ducis 93. a	Baschirdi, Hieseliti, Molgomosani, Basaj, ritusq; eorum	107. b
Animalia colorem mutant 83. a	Basilus Rechuold filius Borisi	64. b
Anna filia Godimiri Casimiro filio regis Poloniae nupta 50. b	Bati Tartarorum Imp. Russiam vastat	46. a
Antiquus limes Lithuanorum 81. b	Batismi sacramento Rutheni	88. b
Aqua consecratio 89. b	Bellum sacerdotum	70. a
Arandi, semnandiq; modus in Russia alba Moschouia confinia, & in magno Lithuaniae Ducatu 61. b	Belluina crudelitas in captiuos	101. b
Arbores Cedri 85. a	Belzensis terra cum suis ciuitati. Senatoribus & vexillum	40. a
Arces & ciuitates Regis Polo. in Liuonia 77. b	Bercholmarx	75. a
Archiepiscopatus Rigensis 74. a	Berezina fluuius	81. b
Archiepiscopus regem Henricum denunciat fol. 25. b	Bertoldus Episcopus occiditur	73. a
Archiepiscopus cedit 76. b	Bialykamien arx	75. a
Archiepiscopo Nouogrodensi quid acciderit fol. 97. b	Bielskia Ducatus	82. a
Argenti & auri Moschouia sterilis 80. a	Bieleiezioro Ducatus	84. a
Argenti Moschus diues ibid.	Blokaus munitio, inter Rigam & Dunamunt fol.	73. b
Argentea moneta in Polonia 16. b	Boatus quidam	86. a
Aries arx. 73. b	Bohemia rex à Bohemo occiditur, cui insignia siue arma, Oxa, nomine à Boleslao dantur fol.	13. a
Arma magni Ducis Moschouie 78. b	Bohemia sub Vladislao à Polonis vastatur, Medzirice interciditur à Morauis	12. a
Arma in Turcas parata in Valachos couertuntur 20. b	Boleslaus Chabri primus Rex Poloniae	113. a
Arma Tartarorum 109. a	Boleslai acrye & memorabile certamen cum Henrico Cesare qui à Boleslao fuditur & magna strage acta fugatur cum unico seruo, & Poloni de eo triumphantes, loco ubi pugnarunt nomen canum campis dederunt, Psie pole, eorum lingua	13. a
Arma Moschorum 90. b	Boleslaus iterum Bohemiam & Morauiam igne ferro vastauit	12. b
Arx Goplo 8. a	Boleslaus strenuè dimicat	12. b
Arx Polotia incensa 112. a	Boleslai expeditio in Pomeraniam, Bohemia rex ab eo auxilium petit	12. b
Arx Polociae capta 112. b	Boleslaus Bohem. Russ. Prute. Pomera. sternit, finesq; Imperij sui dilatat	10. b
Ascher ad olim Palatinatus 73. b	Boleslaus repugnat ibidem	12. b
Asoph ciuitas 81. a		
Astrachan Tartaria regnum 107. a		
Astrachan vrbs ibid.		
Astrachan à Turcis obsessa 107. a		
Authoritas magni Ducis 93. a		
Auriculam Palatino abscindit 95. b		

INDEX.

<i>Boleslaus conditiones dat, si quis Bohemia regem occiderit</i>	13.a	<i>prostravit</i>	11.a
<i>Boleslaus 47. conflictibus victor</i>	13.b	<i>Casimirus rex Prusiam vastat, Mariemburgen Polonis venditur</i>	20.a
<i>Boleslaus quintus pudicus</i>	15.b	<i>Casimirus in Prusiam expedit</i>	20.a
<i>Boleslaus Ottoni Casari splendide &amp; laute honorem exhibet</i>	10.b	<i>Casimirus quartus</i>	20.a
<i>Boleslaus in Vngaria triumphat. Russiam vastat, Kiouiamq; capit, Pramislia dedit se illi fol.</i>	11.b	<i>Casimirus quartus moritur, eius proles</i>	20.a
<i>Boleslaus quartus Crispus cum Conrado Imperatore &amp; Friderico Barbarossa belligerat fol.</i>	14.a	<i>Casimirus Iagelonis filius Dux Lituania</i>	56.b
<i>Boleslaus in Daniam nauigat</i>	13.a	<i>Castellanus Craco Palatino dignior titulo</i>	13.b
<i>Boleslaus Chabri primus rex Polonia</i>	10.a	<i>Castra Ducis Moschouia</i>	77.b
<i>Boleslaus Audax</i>	11.b	<i>Castra Moschorum</i>	91.a
<i>Boleslaus Audax Bohemiam vastat</i>	11.b	<i>Causa belli Liouonici</i>	77.a
<i>Boleslaus Audax Bohemiam iterum vastat</i>	11.b	<i>Casanenses Moschos profligant</i>	106.a
<i>Boleslaus Krziuousti</i>	12.b	<i>Cazan comburitur</i>	106.a
<i>Boleslai Hermani filij astutia in oppugnatione, &amp; recuperatione Miedzirice arcis, &amp; prudentia eiusdem</i>	12.b	<i>Cazan iterum oppugnatur</i>	ibid.
<i>Bombardarij Germani, facinus misericordia plenum</i>	102.a	<i>Cazan capitur, expugnaturq;</i>	ibid.
<i>Bona Ducis Mediolani filia Sigismundo nupta fol.</i>	22.a	<i>Cazanenses à Moscho subiugati</i>	105.b
<i>Boristensis fluius</i>	81.b	<i>Cecus in Bohemia confedit s.a quidã de tempore eorum dubitant</i>	5.a
<i>Boris &amp; Borissodæ</i>	46.b	<i>Ceremisi populi</i>	86.b
<i>Brestiensis terra Senatores, vexillum</i>	36.b	<i>Ceremisi sagitarij excellentes</i>	87.a
<i>Bruteno relicto Imperio sacerdos fit, vnde Kirie Kirieytoa Bitinijs vocabulis dictus</i>	64.b	<i>Certamen acre Polonorum &amp; Moschouitarum, Moschouita crudeliter profligantur</i>	22.a
<i>Bulgari &amp; Votincij</i>	106.b	<i>Ceremisi Machometani</i>	80.b
<b>C.</b>		<i>Cholmensis terra cum suis ciuitatibus Senatoribus &amp; vexillam</i>	40.a
<i>Calami gens</i>	86.a	<i>Cimbri vnde prognati</i>	44.b
<i>Calisiensis terra, Senatores, vexillum</i>	35.b	<i>Cimbrorum patria</i>	44.b
<i>Calor mirabilis in hyeme &amp; insuetus</i>	21.a	<i>Cimbri Galliam &amp; Hispaniam ingressi</i>	44.b
<i>Caluus mons</i>	50.a	<i>Cimbrorum bellari Italia</i>	44.b
<i>Campe ex quo Gastalde</i>	46.a	<i>Circass &amp; Russi bellicosi</i>	59.a
<i>Cancellario suo quid fecerit</i>	95.a	<i>Circassi, Pietior sczj, Tartari</i>	108.a
<i>Cancellarius cum duobus filijs occiditur</i>	ibid.	<i>Circassi Christiani</i>	ibid.
<i>Capitanei quot in maiori &amp; minori Polonia, &amp; in Ducatu Masouia</i>	42.b	<i>Circassorum funebres exequia</i>	ibid.
<i>Captiuus quomodo vtuntur Tartari</i>	110.b	<i>Ciuitates ad Occam condita</i>	80.b
<i>Campi deserti</i>	108.a	<i>Ciuitates Prussia</i>	71.a
<i>Casimirus Magnus Leopolim capit, Volodimiriam expugnauit. Russia prouincias tributarias reddidit, &amp; eas subiugauit, tres reges ad nuptias, &amp; Imperatorem inuitat, fracto sibi pede moritur, bonus fuit paterfamilias fol.</i>	17.b	<i>Coco suo non parcit Magnus Dux</i>	103.a
<i>Casimirus secundus Iustus cognomen</i>	14.b	<i>Ciues &amp; Nobiles in Liouonia Germani</i>	75.b
<i>Casimirus primus è Monasterio acceptus, &amp; rex factus Maslaum cum Prutenis vicit &amp;</i>		<i>Ciuitates à Polono fudata</i>	5.b
		<i>Cokenhusen cum Archiepisc. capitur</i>	76.b
		<i>Commendatio Prussia</i>	71.a
		<i>Commentariensis auaritia punita</i>	98.b
		<i>Concionatoribus abstinentur</i>	88.a
		<i>Condora Regio</i>	86.a
		<i>Confitendi mos</i>	89.b
		<i>Conflictus Roman. cum Cimbris infelix, eorum strages. Cimbro C. Marius profectus Romanorum fudit &amp; prostrat, ex Italia qua expellit</i>	44.b
		<i>Confingendi cum hostibus ordo</i>	110.a
		<i>Conflictus Moschorum cum Teutonicis acerri- mus</i>	76.a
		<i>Consecratio panis</i>	88.b
			Confis-

I N D E X.

<i>Consilium oppugnandi Polociam</i>	111. b	<i>Cubicularium trucidat</i>	95. b
<i>Consilium sub Adriano Papa</i>	88. a	<i>Cuiaua vel Vladislauia terrarum vexillo</i>	36. b
<i>Conspiratio aduersus Archiepis.</i>	76. b	<i>Cuiaua à Vitena Duce. Lit. vastatur</i>	49. a
<i>Constantinus Mancipium Moschi ab eo auf-</i>		<i>Curlandia Dux</i>	74. b
<i>git cum magnis thesauris</i>	87. a	<i>Curlandia Regio</i>	74. b
<i>Constantinus Ostrousti Polon.</i>	21. b	<i>Czar, dictionis Regem significantis expositio</i>	
<i>Andreas Celodin Moscho. Dux belli</i>	21. b	<i>fol.</i>	92. b
<i>Conuentus Principum &amp; Nobilium Polonia, de</i>		D.	
<i>eligendo rege, anno 1572. particulares</i>	25. a	<i>Dani iterum à Polo. profligantur</i>	5. b
<i>Conuentus regum Polonia &amp; Hungaria cum</i>		<i>Debita exhibendi mos</i>	91. a
<i>Imperatore</i>	22. a	<i>Debitum sancti Petri, nempe obulum, quod Po-</i>	
<i>Corfura</i>	80. b	<i>lo. Pontifi. Roma. annuatim soluebāt, &amp; qua-</i>	
<i>Corrella Prouincia</i>	83. b	<i>caput superantes fundant</i>	11. a
<i>Craconia bis capitur, Premislaus Rex occidi-</i>		<i>De iniuria expositulantibus quid acciderit</i>	96. a
<i>tur</i>	16. b	<i>Defratricidio perpetrato à Magno Duce, anno</i>	
<i>Cracouiensis terra, aduocatus Cracouiensis Pa-</i>		<i>Domini 1570.</i>	100. a
<i>latinus &amp; Castellanus quare honore differ-</i>		<i>De intestino &amp; civili Liouoniensium bello</i>	76. b
<i>rant</i>	33. a	<i>Dereligionem Moschouitarum</i>	87. a
<i>Cracouiensis terra senatus &amp; senatores, &amp; ve-</i>		<i>De magno Seueriensi Ducatu</i>	81. a
<i>xillum militare</i>	33. a	<i>De idolo aurea anus</i>	85. b
<i>Cracouia pro coronatione regem debita</i>	17. a	<i>De Matrimonio</i>	90. a
<i>Cracus Princeps Polon.</i>	5. b	<i>De expeditione bellica</i>	90. a
<i>Cracouia Polon. Maior Metropolis à Craco fun-</i>		<i>De consuetudine moribusq; Moschorum</i>	91. a
<i>data</i>	6. a	<i>De magni Moschouia Ducis Ioannis Basiliadis</i>	
<i>Crimscij sue praeopoczij Tartari</i>	108. a	<i>tyrannide</i>	92. b
<i>Crucigeri Lituaniam vastant</i>	55. a	<i>De terris districtibusq; maioris Polonia &amp; de</i>	
<i>Crucigeri iterum Lituaniam inuadunt, Litua-</i>		<i>Posnania ciuitate</i>	34. b
<i>nia iterum vastatur</i>	53. b	<i>De Rostouiensis Ducis nece</i>	94. a
<i>Crucigeri in Lituaniã tendunt, eam vastant,</i>		<i>De Ioannis Piotronicz Palatini supremi Mo-</i>	
<i>Vilna obsidetur, capitur Polozorum strenua</i>		<i>schouia falso accusati, crudeli nece</i>	94. b
<i>oppugnatio</i>	53. b	<i>De moribus, consuetudineq; vita Tartarorum</i>	
<i>Crucigerorum strages</i>	50. a	<i>fol.</i>	109. a
<i>Crucigeri funditus profligati, pax cum illis fit</i>		<i>De regno Cazanensi</i>	105. b
<i>fol.</i>	20. a	<i>De turci carnificina, quam exercuit Magnus</i>	
<i>Crucigerorum superbia</i>	19. a	<i>Dux in clarissimos suos consiliarios &amp; opti-</i>	
<i>Crucigeri à Gedano fugantur</i>	70. a	<i>mates</i>	102. a
<i>Crucigeri ex Prussia ciciuntur</i>	70. b	<i>De tyrannide quam super intimum secretari-</i>	
<i>Crucigeri profligantur</i>	69. b	<i>um consiliariumq; suum Magnus Dux exer-</i>	
<i>Crucigeri in Prusiam veniunt.</i>	67. b	<i>cuit</i>	98. a
<i>Crucigerorum Magister occisus, totus eius ex-</i>		<i>De crudeli Magni Ducis Moschorum tyranni-</i>	
<i>ercitus profligat</i>	19. a	<i>de, quam in Nouogrodia magna, Pskouia,</i>	
<i>Crucigerorum Ordinis Commendatores, quasi</i>		<i>Tweria, &amp; Nerua ciuitatibus perpetravit</i>	
<i>Palatini erant pronuncijs comendatis, prae-</i>		<i>anno Domini 1569.</i>	96. b
<i>sidentes</i>	19. a	<i>De truculento facinore, &amp; crudelitate summa,</i>	
<i>Crudelis tyranni</i>	94. b	<i>quam ille summus exercuit in captiuos, Li-</i>	
<i>Crudele supplicium quo affectus indigne Can-</i>		<i>tuanos, Ruthenos &amp; Polonos</i>	99. b
<i>cellarius</i>	103. a	<i>Denegata sepultura inhumaniter</i>	103. b
<i>Crudelis ad pugnam institutio</i>	104. a	<i>D. Alberti corpus ex Prussia Gnesnam trans-</i>	
<i>Crudelis mors ducentorum Nobilium</i>	103. a	<i>fertur</i>	10. b
<i>Crudelis pena ob Nobilitatis defensionem ad-</i>		<i>Derpt vrbs Episcopalis</i>	74. a
<i>uersus degenerem</i>	100. b	<i>Descriptio noui supplicij</i>	102. a
<i>Crym vrbs</i>	108. a	<i>Dies festos Dux Moschouia sanctia sanctificare</i>	

I N D E X.

<i>solet</i>	101.a		
<i>Discordia Principum Polo. de Monarchia</i>	16.b	<i>Falsa criminatio in Basilium Dimitronicum</i>	
<i>Diuortium</i>	90.a	<i>fol.</i>	99.a
<i>Dobrizinensis terra vastatur</i>	49.a	<i>Falsa accusationes in Cancellarium principis</i>	
<i>Dobrinensis terra senatores vexillum &amp; ciuitates</i>	37.b	<i>fol.</i>	102.b
<i>Doctores Ruthenorum</i>	88.a	<i>Falsis &amp; blasphemis Apostolis, magna &amp; multa latrocinia cum exorcismis committebatur</i>	
<i>Dolus Lesci</i>	7.a	<i>anno 1548.</i>	22.b
<i>Dolus aperitur</i>	ibid.	<i>Fedor Vasselouicus Moscus captus</i>	112.b
<i>Draco in Cracouia</i>	6.a	<i>Pegueur arx</i>	75.a
<i>Draco artificiose peremptus</i>	ibid.	<i>Festa Ruthenorum</i>	88.a
<i>Ducatus Pomeraniae</i>	71.b	<i>Felin arx</i>	74.b
<i>Ducatus Pskouiensis</i>	82.b	<i>Felin cum Magistro capta</i>	74.b
<i>Ducatus Nouogrodia magna</i>	82.b	<i>Ficzkel &amp; felix arces</i>	74.a
<i>Ducatus Rhezanensis</i>	80.b	<i>Fines Pracopensium</i>	108.b
<i>Ducatus Volodimiria</i>	80.a	<i>Fines regni Cazanensis</i>	105.b
<i>Ducatus Smolenscensis</i>	81.b	<i>Finis Ordinis Liuoniae</i>	77.a
<i>Ducis Curlandiae feudalis, &amp; vassalli Regis Poloniae arces</i>	77.b	<i>Flumina Prussiae</i>	71.a
<i>Duina fluuius</i>	73.b	<i>Fontes Tanais Moschouitis Don</i>	81.a
<i>Duina Prouincia</i>	83.b	<i>Frequenter Moschi belligerant</i>	90.b
<i>Duodecim Palatini iterum</i>	6.b	<i>Fridericus Imperator</i>	72.b
<i>Dunamunt arx impugnabilis</i>	73.b		
<i>Dunemborg arx ad Duinam</i>	73.b	<b>G.</b>	
<i>Duplex apud Ruthenos Eucharistia</i>	89.b	<i>Gades Boleslai</i>	71.b
<i>Dux Romanus Moschos debilitat</i>	24.a	<i>Galicz Prouincia</i>	84.b
<i>Dux Zegansensis nomine Baltazar occiditur à Polonis</i>	20.a	<i>Ged. Vilnam condita</i>	50.a
<b>E.</b>		<i>Gedanum siue Dantiscum</i>	67.b
<i>Eadem fors est viri illustri Muesseiedy</i>	101.b	<i>Gedanum</i>	72.a
<i>Edictum Regium</i>	111.b	<i>Geduninus à Cruciger. occiditur, Gedimi. proles</i>	50.a
<i>Emporium Rigense</i>	73.b	<i>Gediminus Mag. Dux Lituaniae</i>	49.b
<i>Epilogus operis</i>	105.a	<i>Gedimini victoria de Crucig.</i>	50.a
<i>Episcopatus Prussiae</i>	71.b	<i>Gedim. Principes Russ. prostigat. Kiouia Principat. cum suis adherentibus occupat</i>	50.a
<i>Episcopatus Habselensis &amp; Ozelensis</i>	74.a	<i>Gedimini somnium de lupo ferreo, somnij interpretatio</i>	50.a
<i>Episcopatus Derpensis</i>	74.a	<i>Georgius Czapkinus cum vxore &amp; liberis occiditur</i>	103.a
<i>Episcopatus Liuoniae direpti à multis Principibus</i>	73.a	<i>Gens seipsam mutuo comedens</i>	85.b
<i>Episcopi Liuoniae</i>	73.a	<i>Gens mirabilis</i>	86.b
<i>Equi Tartatorum</i>	109.b	<i>Genus supplicij immanè</i>	103.a
<i>Equitum militumq. apud Sar. antiquos dignitas</i>	4.a	<i>Germani in Lituaniam veniunt</i>	72.b
<i>Estlandia Ducatus</i>	74.b	<i>Germontes</i>	47.b
<i>Engroneland Regio</i>	86.b	<i>Geruenlandia Ducatus</i>	75.a
<i>Erdinilus Tartaros sternit</i>	46.a	<i>Gesta Magistri Alberti Marchionis anno 1519.</i>	
<i>Expeditio Christianorum in terram sanctam fol.</i>	67.b	<i>fol.</i>	70.a
<i>Expeditio in bell. Antiquor. Sarm.</i>	4.a	<i>Giedrocenses Duces</i>	48.a
<i>Expeditio Turcarum ad Astrachan</i>	107.a	<i>Gothardus Kietler. Dux Curlandiae</i>	73.b
<i>Eixistri ab Eixio edisic.</i>	46.a	<i>Goldingen arx</i>	74.b
<i>Exitus Magistrorum Liuoniae</i>	74.b	<i>Gnesna prima Polonor. ciuitas</i>	5.a
		<i>Grande turpeg. facinus vxoris Pepeli</i>	8.b
		<i>Grande facinus in Gaulindia, fraus &amp; vindicta mulieris prophetis. cuius consilio Pruteni, Gau-</i>	

I N D E X.

<i>ni, Gaulindiani à Masouitis omnino profli-</i>		<i>Hungaria duxit.</i>	52.a
<i>gantur</i>	66.a	<i>Iagelo Lituanus Hedingum Polonia Heredem</i>	
<i>Grande facinus</i>	96.a	<i>cum regno sub conditionibus petit</i>	18.a
<i>Granso unde Gransiski</i>	46.a	<i>Iagelonis causa Oratores in Lituaniam mittun-</i>	
<i>Graui apologia Cancellarij ad confictas crimi-</i>		<i>tur</i>	18.a
<i>nationes</i>	102.b	<i>Iagelo (sub quo præclara facinora gesta sunt)</i>	
<i>Grodno edificata</i>	46.a	<i>moritur</i>	19.b
<i>Grubin &amp; Candaph arces</i>	74.b	<i>Iagelo, siue Vladislaus Lithuanus in regem Po-</i>	
<i>Grustintzi &amp; Serponodoci populi</i>	86.a	<i>lonie receptus</i>	18.b
H.		<i>Iagelonis humilitas</i>	19.a
<i>Habitus Moschorum</i>	92.a	<i>Iagelo arces in Silesia recuperat</i>	19.a
<i>Habsel arx</i>	74.a	<i>Iagelo &amp; Vitoldus contra Crucigeros, Iagelo-</i>	
<i>Haria Prouincia</i>	75.a	<i>nis deuotio</i>	19.a
<i>Hedugis regina Polo. moritur</i>	19.a	<i>Iagelo expeditionem ad Idola, &amp; Idolatriam</i>	
<i>Henricus Probus</i>	16.a	<i>extirpandam mittit</i>	18.b
<i>Henricus Imper. in Boleslaum cum rege Bohe-</i>		<i>Iapheti posteritas</i>	2.a
<i>mia arma extollit</i>	12.b	<i>Idola Sarmatarum</i>	4.a
<i>Henricus Impe. cum Boleslao amicitiam inire</i>		<i>Iamma castrum</i>	83.a
<i>optat</i>	13.a	<i>Ianunutus Gerdi. filius patri successit</i>	51.a
<i>electio regis Henrici Galli incipit 7. Aprilis</i>		<i>Iaroslauia Ducatus</i>	84.a
<i>VVarzouia</i>	25.a	<i>Ieiunandi mos apud Ruthenos</i>	89.a
<i>Henricus Valesius electus</i>	111.a	<i>Ieiunium Petri</i>	ibid.
<i>Henrici regis Parisijs discessus</i>	25.b	<i>Ieiunium virginis</i>	ibid.
<i>Henrici regis itinera cundo in Poloniam</i>	25.b	<i>Ieiunium Philippi</i>	ibid.
<i>Henrici in German. ingressus</i>	26.a	<i>Ignis perpetuus sacrosanctus</i>	83.a
<i>Henrici in Saxoniam ingressus</i>	26.a	<i>Ilmen lacus</i>	82.b
<i>Henrici in Marchiam ingressus</i>	26.a	<i>Imagines domestica</i>	91.b
<i>Henrici in Poloniam ingressus</i>	26.a	<i>Imperij Lechi promotio</i>	5.a
<i>Henrici Regis Cracouiam celeberrimus ingres-</i>		<i>Impudens &amp; crudele facinus in uxorem the-</i>	
<i>sus &amp; coronatio</i>	24.a & b	<i>saurarij</i>	103.b
<i>Henrici regis in coronatione ordo &amp; ritus an-</i>		<i>Incola Petzora</i>	85.b
<i>tiqui Polouorum consuetudines, solennitas,</i>		<i>Inepta religio vel potius superstitio Magni Du-</i>	
<i>&amp;c.</i>	29.a	<i>cis</i>	104.b
<i>Honoris cupiditas</i>	91.b	<i>Ingra Regio</i>	85.a
<i>Horda quid significat</i>	106.b	<i>Initium tyrannidis Moschorum Principis Io-</i>	
<i>Hospitalitas Pyasti prius ruricolæ</i>	8.b	<i>annis Basiliadis</i>	93.b
<i>Hospitalitas</i>	91.b	<i>Insidia Boleslao parantur, &amp; circumuenitur,</i>	
<i>Hospitale beatae Mariae virginis Hierosolimis</i>		<i>strenuè sese defendit, Palatinus Cracou fu-</i>	
<i>fol.</i>	67.b	<i>git, Bolesl. domum Palatino profugo, mittit</i>	
<i>Hungarorum ortus</i>	85.a	<i>dignum</i>	13.b
<i>Hungariae denominatio</i>	ibid.	<i>Insignis victoria Moschorum Duce occiso</i>	76.a
I.		<i>Insignia Lituania</i>	48.a
<i>Iaczingi siue Iasiges gens crudelis</i>	45.a	<i>Insigne Polono. Regum Aquila alba</i>	5.a
<i>Iaiczk fluiuis</i>	85.a	<i>Instrumentum mortis crudele</i>	95.a
<i>Iagelo arces in Litua. recuperat</i>	52.b	<i>Interregna Polonia conuentus</i>	24.b
<i>Iagelo rex Polo. in periculis</i>	56.a	<i>In uxores &amp; liberos occisorum procerum sauit,</i>	
<i>Iagelo rex Polo. moritur</i>	56.a	<i>&amp; bona omnia diripit</i>	103.b
<i>Iagelon. in Lituani. ad baptizandam gentem</i>		<i>In Moschouia homo homini lupus</i>	100.b
<i>expeditio</i>	53.a	<i>In Pskouiam vastandam contendit</i>	98.a
<i>Iagielo Princeps Lituatorum</i>	51.b	<i>Ioannis Alberti regis Polonia mors</i>	21.a
<i>Iagelo ad regnum Polonia vocatur, baptizatur</i>		<i>Ioannes Albertus rex Polo. filius Casi.</i>	26.b
<i>&amp; coronatur, Hedingum filiam Ludo. regis</i>		<i>Ioannes Bulhakodw, Basilius Stephanoðw capi-</i>	

I N D E X.

<i>tali pœna trucidantur</i>	103.a	<i>Lesco tertius</i>	7.b
<i>Isidorus Metropolitanus</i>	88.a	<i>Leopoliensis &amp; Haliciensis terra cum suis civi-</i>	
<i>Iter in Petzoram</i>	85.b	<i>tati. Senatoribus &amp; vexillum</i>	39.b
<i>Iudicium tyranni</i>	94.b	<i>Lehal castrum</i>	74.a
<i>Iulinum</i>	72.a	<i>Lenuard arx</i>	73.b
<i>Ius patris in filium</i>	91.b	<i>Lezdzuko, à quo Radzuulones</i>	50.a
<i>Iusticia Tartarorum</i>	110.b	<i>Limes Liuonici &amp; Moschouitici Imp.</i>	83.a
<i>Iustum premium adulatoris</i>	104.b	<i>Litat Plutoni Moschus, trucidando captiuos,</i>	
		<i>in omnibus carceribus postos</i>	101.b
K.		<i>Litera Permiorum</i>	84.b
<i>Kaniodw oppidum</i>	59.a	<i>Liuensis terra cum suis ciuitat. Vexillum &amp; se-</i>	
<i>Karxhaus arx</i>	74.b	<i>natoribus</i>	38.a
<i>Keistutus Mag. Dux Litua. Vilnam capit à Ia-</i>		<i>Lithuania à Cruciger. vastatur Suidugielonis</i>	
<i>gelone à quo statim recuperatur bellum Ia-</i>		<i>opera</i>	54.b
<i>gelo. cum Keistuto, qui in vinculis tandem</i>		<i>Lituani Prussiam vastant</i>	69.a
<i>trucidatur</i>	52.a	<i>Lituani profligantur</i>	69.a
<i>Kiernus &amp; Gibutus filij Kunoss. arcem Kuer-</i>		<i>Lituani &amp; Moschouita quomodo frumenta re-</i>	
<i>nou magni Ducatus Lituania ubi sedes eius</i>		<i>condunt</i>	62.b
<i>adificant</i>	45.b	<i>Lituaniae fluuij, Lituaniae coloni, tributis ene-</i>	
<i>Kiermunt Ruthenos prostrat</i>	46.b	<i>rantur, Lituania Rusticorum molendina,</i>	
<i>Kircholm arx murata</i>	73.b	<i>domestica manualia</i>	61.a
<i>Kokenhaus arx</i>	74.a	<i>Lituanorum 14000. caduntur</i>	16.a
<i>Kosiana, Krasna, &amp; Sithno à Rege Polonia re-</i>		<i>Lituani iterum funduntur</i>	16.a
<i>cuperate</i>	112.a	<i>Lituani metu funduntur</i>	57.a
<i>Kunossodw arx</i>	45.b	<i>Lituania amplitudo, in Palatinatus diuidi-</i>	
<i>Kyrgefforum Horda</i>	107.b	<i>tur</i>	57.a
<i>Kyrgefforum ritus</i>	ibid.	<i>Lituaniae Episcopi Romani, &amp; Rutheniciritus</i>	
L.		<i>fol.</i>	57.b
<i>Lais &amp; Tolczkofen arces</i>	74.b	<i>Lituanor. Idola ignis, fulmen, arbores, Sol, ser-</i>	
<i>Lancisciensis terra senatores &amp; vexillu</i>	36.a	<i>pentes</i>	52.b
<i>Legatus Regis Polonia in Liuoniam</i>	77.a	<i>Lituanor. solennes epula, sepultura, serui cre-</i>	
<i>Legatorum expeditio</i>	92.a	<i>mabantur</i>	52.b
<i>Legati in Galliam</i>	25.b	<i>Lituania Polonia regno adiuncta</i>	18.b
<i>Legati Caesaris &amp; Vitoldi à Czarukouio inter-</i>		<i>Lituania à Crucigeris vastatur</i>	49.a
<i>cipiuntur</i>	55.a	<i>Lituanorum Idola demolita, Lituani bap-</i>	
<i>Lechus Fratrem Giacom trucidat</i>	6.a	<i>zantur</i>	53.a
<i>Lesco quartus</i>	9.a	<i>Lituani Prussiam, Crucigeri Lituaniam va-</i>	
<i>Lesco Niger Leonem Ducem Russia prostrauit</i>		<i>stant, Crucigeri profligantur, Dobrzin va-</i>	
<i>fol.</i>	16.a	<i>statur à Lituaniis</i>	50.b
<i>Lechus primus Dux &amp; autor Polon.</i>	4.b	<i>Lituani quomodo supplicium sumant</i>	62.b
<i>Lechus regulum Germ. duello vicit</i>	5.a	<i>Lituanor. primus Dux Palemon Italus</i>	45.a
<i>Lechus &amp; Cecus fratres germani</i>	4.b	<i>Lituania ab Italia corruptè nominata</i>	45.a
<i>Lecub cum Ceco frat. in Germ. ditio. Bremam</i>		<i>Lituaniã, à litore maris Baltici dicta quidam</i>	
<i>adificant</i>	5.a	<i>volunt</i>	48.a
<i>Lesco sextus Niger</i>	16.a	<i>Lituani olim obscuro Russis tributarij</i>	45.a
<i>Lesco secundus</i>	7.a	<i>Lituani iugum Ruthenorum excutunt</i>	45.b
<i>Lesco plebeius ad regnum euehitur</i>	7.a	<i>Lituana constit. bellicarum articuli, &amp; quo-</i>	
<i>Lesci</i>	ibid.	<i>modo custodire debent</i>	62.b
<i>Lesco quartus cum Mutzlao patruo de Mo-</i>		<i>Lituania à litus tuba dicta</i>	45.b
<i>narchia certat, à Pomerano fedisfrago occi-</i>		<i>Lituanor. priscareligio</i>	52.b
<i>ditur</i>	15.b	<i>Lituania &amp; Samogitia ad fidem Christi con-</i>	
<i>Lesco Niger Rex Polon. Lithuanos profligat</i>		<i>uertuntur</i>	19.a
<i>fol.</i>	48.b		

I N D E X.

<i>Lituania populi</i>	44.b	<i>Masouia Ducatus cum suis ciuitatibus, senatoribus &amp; vexillum</i>	38.a
<i>Lituania à Simbris orti</i>	45.a	<i>Masouia clades ubi Semouitus à Sdwarro capite truncatur</i>	47.b
<i>Lituania, Samogitia, &amp; Liuania denominatio</i>	45.a	<i>Matronarum Rigensium habitus</i>	75.b
<i>Lituania à Lituano cum Alberto Crucige. commendatore in nuptijs trucidantur &amp; spoliantur</i>	49.a	<i>Meinhardus pius vir, primus in Liuiam venit</i>	72.b
<i>Lituania à Lituo cornu</i>	49.a	<i>Meinhardus Liuones in fide Christi instruit fol.</i>	72.b
<i>Lituaniae gentis, Itali, propagatores, Lituania vulgus à Gotis oriundi, Nobiles verò ab Italis orti</i>	45.a	<i>Meinhard. Episcopus creatur in Liuania</i>	72.b
<i>Liouorum egressium habitus, mores &amp; idioma fol.</i>	75.a	<i>Memorabilis victoria</i>	76.b
<i>Liouones ferri vocati à Moschis</i>	76.b	<i>Mendog coronatur &amp; baptizatur postea Christianam fidem spernit, Masouiam &amp; Prussiae vastat</i>	47.a
<i>Liuania à Lituanis vastatur</i>	50.b	<i>Mendax oratio odiosa</i>	104.b
<i>Liuienses se redemerunt à Prussiensibus</i>	73.a	<i>Mendici trucidantur</i>	97.a
<i>Liuania cum suis ciuitatibus &amp; castris descriptio</i>	72.a	<i>Mendog cum genero &amp; filijs occiditur</i>	47.b
<i>Liuania ferax</i>	75.b	<i>Mercatores, modusq; mercandi in Moschouia fol.</i>	79.a
<i>Liouones Moschouiam inuadunt</i>	76.a	<i>Metropolitanus Russiae</i>	87.b
<i>Lublinensis terra, senatores, vexillum terrestre</i>	34.b	<i>Metropolitan. Russiae in Liuania eligitur</i>	ibid.
<i>Lode arx</i>	74.a	<i>Mezentius iungebat viua corpora mortuis, sic Moschus facit</i>	102.a
<i>Loppi Sagitarij optimi</i>	86.b	<i>Michlouia prouincia</i>	87.b
<i>Loppia Regio</i>	86.b	<i>Miesco primus natu cecus</i>	9.b
<i>Lucomoria Regio</i>	86.a	<i>Miesco secundus</i>	10.b
<i>Ludouicus Hungarus Poloniae Rex creatur</i>	18.a	<i>Miesco degenerat</i>	11.a
<i>M.</i>			
<i>Magister Liuania pacem afflagitat</i>	77.a	<i>Mingalio Dux Liuaniae</i>	46.a
<i>Magister Liuania capitur</i>	ibid.	<i>Mieczlaus siue Miesco tertius, tyrannus &amp; rapax regno excutitur</i>	14.b
<i>Magister Prussia iuramentum Regi Poloniae praestat</i>	70.b	<i>Mirabile quiddam</i>	86.a
<i>Magister Pruss. Ord. Teutonici regis iugum subit</i>	22.a	<i>Mirus mercandi modus</i>	ibid.
<i>Magnus Dux, sex praestantes viros, propter loricae inauratam crudelissimè necari iussit</i>	98.b	<i>Mira iustaq; vindicta diuina ex cadaueribus Mures</i>	8.b
<i>Magnanimitas Bickowski in tyrannum Moschum</i>	101.b	<i>Mirabilis cursus in nartis</i>	85.a
<i>Magni Ducatus Liuania cum suis Ducibus, prouincijs, Palatinatibus, ciuitatibus &amp; castris praecipuis, mores, origo, religio, compendiosa descriptio, &amp; stemma siue arma fol.</i>	44.a	<i>Mirus seruandi modus</i>	82.a
<i>Malefactorum iudicia</i>	92.a	<i>Miser populus praetimore applaudit Dux</i>	102.b
<i>Malus animus in Duce, &amp; mala mens</i>	102.a	<i>Miserabilis &amp; indignissima laniena, cum duorum Procerum Moschouitarum</i>	101.a
<i>Manu propria cū filio Magnus Dux ciues trucidat</i>	97.a	<i>Modus electionis certare equis</i>	7.a
<i>Marchia ab Olgerdo vastatur</i>	51.b	<i>Monachi trucidantur</i>	97.b
<i>Mariemburga venditur</i>	69.b	<i>Monachi</i>	87.b
<i>Mariemburga</i>	71.b	<i>Moneta Moschouitica</i>	79.b
		<i>Moneta Novogrodensium</i>	80.a
		<i>Moneta Turensis</i>	80.a
		<i>Monitiones Polotiae incensa</i>	112.a
		<i>Mordua populi</i>	87.a
		<i>Mordua gens bellicosa</i>	ibid.
		<i>Mordua populi</i>	80.b
		<i>Mores Tumenium</i>	107.a
		<i>Moschouia à Tartaris exusta</i>	108.b
		<i>Moschouia loco pontis dispositi</i>	103.b

I N D E X.

<i>Moschus Nenhuus in Liouoniâ oppugnat</i>	76.a	<i>Mulierum conditio</i>	91.b	<i>Mulierum Liouonicarum habitus</i>	75.a
<i>Moschouitarum centum millia Teutonicorum duntaxat vnus occubuit</i>	76.a	<i>Multorum imperium damnosum s. b. duodecim Palatini in Polo.</i>	5.b		
<i>Moschus petit fœdus à Liouonibus</i>	76.b	<i>Munt vvil Samogitia Dux</i>	45.b		
<i>Moschonia olim gens obscura</i>	78.a	<i>Mutatio religionis in Liouonia</i>	76.b		
<i>Moschoui imperium vnde creuit</i>	78.a	<i>Mutatio locorum Tartaris dulcis</i>	110.a		
<i>Moschouitæ Liouoniam vastant</i>	76.b	<i>MŹezenek olim arx</i>	80.b		
<i>Moskua fluius</i>	78.b	<i>MŹezislaniensis Palatinatus cum suo territorio &amp; ciuitatibus</i>	59.b		
<i>Moschouitis inebriari prohibitum</i>	79.a			N.	
<i>Moschouitæ certæ habent tempora inebriandi</i>	79.a	<i>Nakto obsidetur</i>	13.a		
<i>Moschouia à Tartaris exusta</i>	79.a	<i>Nârumentus sedes Nouogrodensis, Kiernouam transtulit</i>	41.a		
<i>Moschonia sterilis &amp; frigida</i>	79.b	<i>Nec frater à fratre, nec socer à genere tutus</i>	100.b		
<i>Moschus tyrannidem molitur</i>	93.b	<i>Nec hospes ab hospite tutus</i>	ibid.		
<i>Moschus imperium malitiosè abdicat</i>	94.a	<i>Neroniana crudelitas</i>	ibid.		
<i>Moschus satellites malitiosos conscribit</i>	ibid.	<i>Nerua fluius nauigabilis</i>	83.a		
<i>Moschis contumelia innita</i>	94.a	<i>Nerua arx</i>	75.a		
<i>Moschouitæ arces capiunt</i>	57.a	<i>Nec via populatur</i>	97.a		
<i>Moschorum 8000. millia caesa à Polonis &amp; Lituaniis</i>	57.a	<i>Nicolaus Radzinił missus Polociam ad occupanda Itinera</i>	111.b		
<i>Moschus in Alexand. Litu. Duc. insurgit</i>	56.b	<i>Nitadw, Sesuegen, Luden, arces muratæ</i>	73.b		
<i>Moschouitæ sternuntur</i>	24.a	<i>Non azymis sed fermentato pane Rutzeni vuntur</i>	89.b		
<i>Moschus sanit in captiuos</i>	100.a	<i>Nohaicensium Tartarorum horda</i>	106.b		
<i>Moschus Herodis infanticida superat crudelitatem</i>	ibid.	<i>Nouogrodia Ducatus</i>	80.a		
<i>Moschouitæ Litua. vastat, Poloni in Moschouiam contendunt. Storodub arx capta</i>	22.b	<i>Nouogrodenses superbi bello, ingog, Ioan. Basilij subacti</i>	83.a		
<i>Moschouia Dux Poloczka capta</i>	23.b	<i>Numerus occisorum</i>	97.a		
<i>Moschouitæ à Polo. &amp; Litua. funduntur, Soiski Dux exercitus Meseho. occiditur</i>	23.b	<i>Numerus captiuorum</i>	106.a		
<i>Moschouitarum numerus occisor. Moschus fugit</i>	22.a	<i>Numerus occisorum quomodo cognoscitur</i>	90.a		
<i>Masouia Polono regi cecidit</i>	22.a	<i>Nundina celeberrima</i>	84.b		
<i>Monstra nascuntur in Polo. anno 1269.</i>	16.a			O	
<i>Moschouia à Polo. depraedatur sub Sigismundo primo</i>	21.b	<i>Ob vitulū mactatū Moschouitæ combusti</i>	103.b		
<i>Masouia à Maslao dicta</i>	11.b	<i>Obbi fluius amplissimus</i>	85.b		
<i>Moschorum immanis barbaries</i>	112.b	<i>Obdoria Regio</i>	85.b		
<i>Moschouia denominatio</i>	78.b	<i>Obedientia</i>	90.b		
<i>Moschouitæ Casan oppugnant</i>	106.a	<i>Obstinata audacia Tartarorum</i>	110.b		
<i>Moschus religionem suam sanguine innocentium sanctificat</i>	104.b	<i>Obuios mactat Dux</i>	101.b		
<i>Moschouitæ fame perciti, seruiunt in corpora mortua</i>	103.b	<i>Occa fluius</i>	80.b		
<i>Monstranata in Polonia duo</i>	21.a	<i>Olgredus princeps Lituania, patrem in Crucigeros vlciscitur</i>	51.a		
<i>Monstrum tertium à muliere Iudea</i>	21.a	<i>Olgerdus in Moschouia triumphat</i>	51.b		
<i>Montes ignei</i>	86.b	<i>Olgerdi filij, Keisluti filij</i>	51.b		
<i>Montes cingultus terre</i>	85.a	<i>Operpal arx</i>	74.b		
<i>Mortuorum caremonia</i>	89.a	<i>Opiniones Historiogr. de Slauis</i>	3.a		
<i>Mors belua</i>	85.b	<i>Opinio de animabus</i>	88.b		
<i>Mos Popeli. sese execrandi</i>	8.a	<i>Opinio Erasmi Stellas de Prussia, Sebastiani Brandt</i>	64.b		
<i>Mos omagiorum Regni Poloniae</i>	70.b	<i>Opoliensis Dux arces Crucigeris vendit</i>	19.a		
		<i>Orator à Bassa Turcarum ad electionem in fauorem</i>			

I N D E X.

<i>uorem Henrici Galli mittitur Varssouiam, quid proposuerit</i>	25.a	<i>Polemonis Nepotes, Borous, Kunoffus, &amp; Spera fol.</i>	45.b
<i>Ordo Teutonicorum in Liuonia</i>	73.a	<i>Polocia à Polonis obsidione cincta</i>	112.a
<i>Ordo Liuonicus à Gregorio nono Pontifice confirmatur</i>	73.a	<i>Poloni unde dicti</i>	3.a
<i>Ordo geneologiaq; Ducum Lituania</i>	45.b	<i>Poloni fidem Christian. amplectuntur, Idola demoliuntur</i>	9.b
<i>Ornatus equorum 110.a Ostia VVolga</i>	107.a	<i>Poloni &amp; Masouita Prussiam Crucigeris concedunt</i>	68.a
<i>Os vicicim Ducatus, Zator Ducatus</i>	33.b	<i>Poloni cum Lituaniis Prussiam vastant</i>	69.b
<i>Otto Imperator cur Gnesnam in Poloniam uenerit</i>	10.b	<i>Polonor. clades à Crucigeris</i>	20.a
<i>Otto Boleslaum Polonia regem suoq; Diademate coronat</i>	10.b	<i>Polonia Maior à Lithan. vastatur</i>	50.a
<i>Odoicinius in carcere moritur</i>	93.b	<i>Polono. recondendi frumenti mos</i>	62.b
<i>Ozilia Insula</i>	74.a	<i>Poloni à Tartaris funduntur, auricularum nouem sacci pleni</i>	15.b
<b>P.</b>		<i>Poloni Hungaros trucidant, Poloni cum Lituaniis Prussiam dirripiunt, Lituani insignia nobilitatis Polonorum accipiunt</i>	19.b
<i>Papa sedus inter regem Polo. &amp; Turcam frangere facit, unde Poloni &amp; Hungari, cum suo rege Vladislao, propter sedus fractum à Turcis profugantur &amp; occiduntur</i>	19.b	<i>Poloni excellentes in peregrinis linguis ediscendis, &amp; studiorum amanti. linguam Latinam serè omnes tam nobiles quam laici callentes</i>	43.a
<i>Palatinatus Trocensis</i>	58.a	<i>Poloni multos seruitores alunt</i>	43.b
<i>Palatinatus Minscensis &amp; eius ciuitates &amp; territorio</i>	58.a	<i>Polosko capti</i>	112.b
<i>Palatinatus Nouogrodensis cum ciuitat.</i>	58.b	<i>Pomesania prouincia cum suis ciuitatibus</i>	67.a
<i>Palatini Moschouia à Rege Polono in arce Polocia capti</i>	112.b	<i>Pomerania Polonia adiungitur</i>	69.b
<i>Palatinatus Polocens. cum suis ciuitat.</i>	60.a	<i>Pomerani bis vincuntur</i>	13.a
<i>Palatinatus Brestiensis cum suis ciuitatibus &amp; territorio</i>	58.b	<i>Pomerania recuperatur à Polonis</i>	20.a
<i>Palatinatus Kioniensis cum suo territo.</i>	59.a	<i>Popelus à muribus cum uxore &amp; liberis comeditur</i>	8.b
<i>Papini gens</i>	85.b	<i>Popelus secundus qui à muribus corroditur</i>	8.a
<i>Pax sub conditionibus Magistro Liuonia conceditur</i>	77.a	<i>Popeli infirmitas simulata</i>	8.a
<i>Pax Polonor. cum Lituaniis</i>	80.b	<i>Popelus primus huius nominis</i>	8.a
<i>Permia Regio</i>	84.b	<i>Poroskania Polesta Ducissa</i>	46.b
<i>Pernaua recuperata</i>	74.b	<i>Premislaus siue Lesco primus</i>	6.b
<i>Peruersitas Liuoni</i>	75.b	<i>Premislaus Moranos prostrauit</i>	7.a
<i>Perun Idolum</i>	82.b	<i>Premisliensis terra cum ciuitate, senatoribus vexillum</i>	40.b
<i>Pestilentia Moschouia</i>	79.b	<i>Premium Legatis redditum</i>	105.a
<i>Petzora Regio</i>	85.a	<i>Pracopsky unde dicti</i>	108.a
<i>Petzora fluuius</i>	ibid.	<i>Pracop. urbs</i>	ibid.
<i>Petrus Sebrinus iniquè perit</i>	101.a	<i>Processus religio. Prussorum</i>	64.b
<i>Phalarismus Magni Ducis in Basilio è medio tollendo</i>	99.a	<i>Prouincia Liuonia</i>	73.a
<i>Piscis mirabilis</i>	86.a	<i>Prussia duplex</i>	71.b
<i>Plaga in Liuoniam, fames, pestis, ignis &amp; gladius</i>	76.b	<i>Prussia fines, Prussia gentilis</i>	64.b
<i>Podolia regio cum suis terminis ciuitatibus, senatoribus &amp; vexillum</i>	41.a	<i>Prussia ab Vlmigauo Bruteno appell. quidam uolunt</i>	64.b
<i>Podlaska ab Erdiuilo occupata</i>	46.a	<i>Prussor. religio &amp; dij gentiles siue nom. Idolorum, Perun, Patrimo, Patelo, Vurschayro, Saeybrato, Gurcho</i>	64.b
<i>Polaska terra cum suis ciuitatibus, senatoribus vexillum</i>	38.b	<i>Prussia à Lituaniis vastatur</i>	49.a
<i>Plocensis terra ciuitates, vexillum &amp; senato.</i>	37.a	<i>Prussia descriptio. Doctor. opinion. &amp; appellationes, scilicet Syluy, Vlmigau, Ioannis Bo-</i>	

I N D E X.

<i>hemi, Mochouita Polo. Prussia rex Bitinia,</i>	<i>uita</i>	100. b
<i>Romani in Prussia</i>	<i>Quomodo cum Moschis dimicandum</i>	90. b
<i>Prussia castra à Litua. expugnantur, Henricus</i>	R.	
<i>de Capiodō profligatur, Masovia vastatur</i>	<i>Rauensis terra vexillum</i>	37. a
<i>fol.</i>	<i>Regia expeditio in Raskonicens.</i>	24. a
<i>Prussia cum suis prouincijs, ciuitatib. om. Ma-</i>	<i>Regina vidua Misconis, cum filio Casimiro, co-</i>	
<i>gist. Cruciger. Teutonicor. ordin. descriptio</i>	<i>rona regni, &amp; magnis thesauris acceptis in</i>	
<i>&amp; stemma siue arma</i>	<i>Saxoniam aufugit</i>	11. a
<i>Prussi à Crucigeris, ad Regem Polon. desciunt</i>	<i>Reges Casani</i>	105. b
<i>propter Crucige. tyrannidem</i>	<i>Regi Sæuetia arces</i>	77. b
<i>Pruteni cum Pomer. à Bolesl. victi, vectigalia</i>	<i>Regiomontum ciuitas Prussia</i>	71. b
<i>Boleslao solunt sub iugo eius</i>	<i>Regionem suam vastat Moschus</i>	97. a
<i>Pruteni gentiles funditus debellantur</i>	<i>Regni Polonia, magniq. Ducatus Lithuania, Re-</i>	
<i>Pruteni Crucigerorum iugum excutunt</i>	<i>gis cum senatoribus suis in senatu ordo</i>	42. a
<i>Prutenorum prisca &amp; antiqua religio</i>	<i>Regni Polonia cum suis Palatinatibus, distri-</i>	
<i>Pruteni à Boleslao oppugnatur, profugi à Prus-</i>	<i>ctibus &amp; territorijs breuis descriptio</i>	32. b
<i>sia fraudulentanti, profugis non credendum,</i>	<i>Regni Poloniae fines</i>	32. b
<i>Poloni funduntur</i>	<i>Religio Liuonorum</i>	75. b
<i>Pruteni, &amp; Pomeran. sædisfragi trucidantur</i>	<i>Renalia vrbs</i>	75. a
<i>fol.</i>	<i>Rex non nascitur in Polonia</i>	4. a
<i>Pruteni cum Crucigeris circa 50000. à Polonis</i>	<i>Rex Polonia Christianis pepercit</i>	112. a
<i>trucidantur, à Polonis iterum funduntur</i>	<i>Rex de Catagia</i>	106. b
<i>ibidem fol.</i>	<i>Rex Poloniae armata manu in Liuoniam con-</i>	
<i>Purgatorium Graci &amp; Rutheni negant</i>	<i>tendit</i>	77. a
<i>Pskonia capta</i>	<i>Ritus religionis gentilis Polono.</i>	9. b
<i>Pskonia proditione sacerdotum capta</i>	<i>Ringolt principes Russia sternit</i>	46. b
<i>Pyastus Crusphiciensis, qui propter sua benefi-</i>	<i>Rostowski capitur</i>	94. a
<i>cia &amp; honestatem in regem Polonia eligitur</i>	<i>Rhezan ciuitas</i>	80. b
<i>fol.</i>	<i>Rosthouie Ducatus</i>	84. a
<b>Q</b>	<i>Roston ciuitas</i>	ibid.
<i>Qualem crudelitatem Magnus Dux socero suo</i>	<i>Rurik Nouogrodie Princeps</i>	82. b
<i>exhibuerit</i>	<i>Russiae terra districtus subiecti regi Polonia in-</i>	
<i>Quales merces in Moschouia importantur</i>	<i>corporati</i>	39. a
<i>Quale futurum sit imperium filij Magni Ducis,</i>	<i>Rutheni Christiani</i>	87. a
<i>qui a parente non degenerat</i>	<i>Rutheni siue Roxolani gens Sarmatica 2.</i>	3. a
<i>Qualis sit religio &amp; pietas Magni Ducis Mo-</i>	<i>Rutheni in Boleslaum concitantur</i>	13. a
<i>schouia</i>	<i>Rschouie Ducatus</i>	82. a
<i>Quali munere Magn. Dux suos honorauit</i>	S.	
<i>Quali venatione magnus Dux plurimum ob-</i>	<i>S. Andreas in Russia esse dicitur</i>	87. b
<i>lectetur</i>	<i>Sacerdos Idolum consulit</i>	86. a
<i>Quæ &amp; qualis sit gens Moschouitica</i>	<i>Sacerdotum regula</i>	87. b
<i>Quo pacto Magnus Dux suos exercet, &amp; insti-</i>	<i>Sacro sanctæ Eucharistia vsus</i>	89. b
<i>tuit, in ratione pugna, aduersus inimicos</i>	<i>Salamandra</i>	86. b
<i>fol.</i>	<i>Sales &amp; loci Magni Ducis circa mensam</i>	95. b
<i>Quo premio &amp; mercede ampla soleat Magnus</i>	<i>Samachia vrbs &amp; regio</i>	107. b
<i>Dux suos adultores afficere</i>	<i>Samogitia à Crucigeris occupatur</i>	49. b
<i>Quo tempore Idola demolientur in Polonos &amp;</i>	<i>Samogitia ducatus cum descriptione</i>	60. b
<i>mos Polonor. de gladijs semi euaginatis, an-</i>	<i>Samogitar. habitationes, mores arandi agros,</i>	
<i>tiquus, in lectione Euangelij</i>	<i>sylofa Idolatria, Idola miraculum demo-</i>	
<i>Quid acciderit istis, qui inquirere voluerunt</i>	<i>nicum</i>	69. b
<i>quidnam ageret magnus Dux</i>	<i>Samogitarum ritus gentiles</i>	61. a
<i>Quo amore mutuo, se prosequi solent Moscho-</i>	<i>Samogiticum mare 61. a Saucelarx</i>	74. a

I N D E X.

Sandomiriensis terra. senatores, Sandomirienses cum vexillo	34. a	Siradiensis terra senatores & vexillum	36. a
Sauromatarum prima migratio	ibid.	Sithno lacus; circa quem Moschouita sunt castra	24. a
Sarmat. ad Viſtulam veniunt	ibid. a	Skirmunt, Gimuli, Boris	46. a
Sauromat. olim literis ignari	2. b	Sokol arx capta	112. b
Sarmatis nulla olim gens bellicosior	3. a	Soles tres 1532. visi supra Olom	22. a
Sauromata unde dicti	2. a	Sluczko in Rusſiam Ducatus & ciuitas	62. b
Sarmatar. Roxolanorumq; varia appellationes fol.	3. a	Smilten arx	74. a
Satellites Moschouia Principis	97. a	Smolenska proditione capta	81. b
Secundum conditionem personarum habitus fol.	92. a	Smolensko obsidetur	22. a
Sedis Regia varia translatio	8. a	Somniorum egregius interpret Magnus Dux	95. b
Segeuolt arx	73. b	Suidrigelo in Moschouiam fugit	55. a
Semonuslaus	9. a	Sortes Ducibus Lithuania à Gedimino diuisae fol.	51. a
Sem & Sona fluij	80. b	Statura Tartarorum	109. a
Semonitus cum suis virtutibus	9. a	Stephanus Battori Rex Poloniae	111. a
Semigalia Ducatus	74. b	Striengelo Jagel. frater princeps Lithuaniae	53. a
Senatores & vexillum Posnaniensis terra	35. a	Strup insula	80. b
Sepultura Sarmatarum	4. a	Suateslaus occiditur, Andreas frater incarceratur	52. b
Seruitus Moschouitarum	91. a	Suotelaus Rusſiam vastat	52. a
Seueria à Lituanis defecit	82. a	Sulphureus Lachus	84. a
Seueria Duces Moschose dedunt	57. a	Supplementum de rebus gestis inter Regem Poloniae, Stephanum, & magnum Ducem Moschouia	111. a
Sex pro verberato vno suspensi	96. b	Susdaliensis Ducatus	84. b
Slauonica lingua	110. a	Suidrigelo princeps Lithuaniae. sub quo Poloni partem Podoliae occupant	55. b
Slauorum termini	3. b	Synardus dolore moritur	5. b
Slauorum commutatio & metamorphosis	3. b	T.	
Schad fluius	81. a	Tamerlanes	107. b
Sibior prouincia	85. a	Tanais fluius	44. b
Sigismundus Dux occiditur	56. a	Tanais ostia	81. a
Sigismundi August. funus & vita breuiter descriptum	56. a	Tanais minor	ibid.
Sigismund. prim. Anno 1548. moritur	22. b	Tarlo Legatus, lumen incerto queritur, Valachi à Polo. & Podalia funduntur	56. a
Sigismundus August. secundus moritur Knysſiue	24. b	Tarnest arx	74. b
Sigismundus Augustus secundus hoc nomine fol.	23. a	Tartarorum à Lituanis fusa 20000.	
Sigismundus Augustus, Helisabeta uxor prima	23. a	Tartari Poloniam vastant	16. a
Sigis. bellum cum Moschorum Duce	23. b	Tartari Oczakowskij	108. b
Sigis. uxor tertia	23. a	Tartari crudeliter Moschouiam vastant	106. a
Sigis. August. contra Liouones	23. a	Tartaricum responsum	106. a
Sigismundus Aug. coronatur	22. a	Tartari prostrati 1573. à Polon.	25. a
Sigismundus primus huius nominis Rex Poloniae	21. a	Tartari Nabahicenses cum Seremit. & alijs Ducibus eorum, Vitebskam oppugnant fol.	24. b
Sigismund. Marchio, regnum Polon. vi obtinere tentat, quo spreto Polon. filiam Ludouici pro herede accipiunt	18. a	Tartarorum Campestrium in Hordas	105. b
Sigismundus Augustus obiit	111. a	Tartarorum Zauolensium Horda	106. b
Sigismundi expeditio contra Moschorum Ducem	21. b	Tartari in Rusſiam grassantur, Poloni de illis triumphant	21. b
Sirada à Lituanis vastatur.	50. b	Tartari proſtigati anno 1507. à Polo.	21. b

I N D E X.

<i>Tartari in Poloniã crudeliter grassantur, Poloni cum his dimicant</i>	15. b	<i>Valachia Palatini perfidia</i>	20. b
<i>Tartari ex Podolia eiekti ab Olgerdo</i>	51. b	<i>Vandalitarum in Italiã Hispaniamque irruptio</i>	2. b
<i>Tartari panis usus ignorant</i>	110. b	<i>Vanda virago Ducissa Polo.</i>	6. b
<i>Taurica Chersonesus Capta</i>	108. a	<i>Vanda Ritagoram German. Principem fudit fol.</i>	ibid.
<i>Taurus captus</i>	74. b	<i>Vanda in Viſtulam de ponte triumphans deſiſijt</i>	6. b
<i>Terminus religionis Chriſtiane</i>	80. b	<i>Varietas ſermonis Slauor. Cauſa mutationis Idiomatis Slauorum</i>	3. a
<i>Tertius Cancellarij filius rotis diſtrahitur</i>	95. a	<i>Varij vndiq. Legati in elect. Reg.</i>	25. a
<i>Teutonici Ordinis origo</i>	67. b	<i>Varſchonia diſtrictus</i>	38. a
<i>Teutonicorum Crucigerorum habitus</i>	68. a	<i>Venceſlaus Bohemie Rex</i>	16. b
<i>Timothei Maſalski crudelis fortuna</i>	98. a	<i>Venetianus Rotmagiſ. occiſus</i>	24. a
<i>Titulus Moſchouie Ducis</i>	92. b	<i>Venctorum Legati ad Albertum</i>	20. b
<i>Tolczburg arx</i>	75. a	<i>Verba Regis ad Ducem Pruſſie</i>	71. a
<i>Theatrum luctuoſum &amp; miſerabile erectum à Magno Duce die S. Iacobi</i>	102. a	<i>Verbera ſeruis chara</i>	91. b
<i>Theſaurarius Magni Ducis rapitur</i>	103. a	<i>Verder arx</i>	74. a
<i>Theſauros Moſchus in Albo lacu recondit</i>	84. a	<i>Veſtes Magnus Dux copioſas habet pro ſuis auſticis</i>	92. a
<i>Troidenus Lituaniæ Princeps Pruſſiam vaſtat &amp; trucidatur</i>	48. a	<i>Veſtitus Episcoporum</i>	87. b
<i>Troki ſedes, exkiernoua, pro Ducibus Lituaniæ mutata</i>	50. a	<i>Veſtitus Tartarorum</i>	110. a
<i>Tuczkom, Sabel, arces</i>	74. b	<i>Veſtitus ſolemnis Regis Poloniæ</i>	70. b
<i>Tumen Regnum</i>	85. a	<i>Vexillum Ducatus Lithuaniae</i>	57. b
<i>Tulla arx &amp; fluius</i>	80. b	<i>Kiathka Regio &amp; fluius</i>	84. b
<i>Tulla olim Ducatus</i>	ibid.	<i>Vieliſ arx poſt exuſta captiui inſignes</i>	24. b
<i>Turcis à Moſchouitis proſtigati</i>	107. b	<i>Vieliſ Moſcho. ciuitas exuſtio</i>	24. a
<i>Turca pacem à Polo. petit</i>	19. b	<i>Vilhelmus Auſtriacus Cracon. venit, poſt Craconia eijcitur</i>	18. b
<i>Turca per Oratores à Poloniſ inducias petit fol.</i>	20. b	<i>Vilna Palatinatus &amp; eius deſcriptio, Vilna &amp; Vilia fluij vnde Vilna dicta</i>	57. b
<i>Turcarum clades</i>	107. b	<i>Vilna à Keiſtuto capitur</i>	51. a. 52. a
<i>Toroſola captus</i>	112. b	<i>Victus Tartarorum</i>	109. a
<i>Turcomani</i>	107. b	<i>Victus Sarmatarum</i>	4. a
<i>Turpis matronarum Nobiliũ, apud Magnum Ducem abuſus</i>	96. a	<i>Victus Liouonum miſerrimus</i>	75. b
<i>Tuveria vaſtatur</i>	98. a	<i>Victus bellicus Moſchorum</i>	90. b
<i>Tuverenſis Ducatus</i>	82. b	<i>Victus, Veſtitus habitusq. Lappiorum</i>	86. b
<i>Tuverenſis moneta</i>	ibid.	<i>Vikint princeps Samogitia</i>	46. a
<i>Tyranno aliquãdo veritatis oratio grata</i>	104. a	<i>Vikechzlandia Regio</i>	74. a
<i>Tyrannis ingens</i>	94. a	<i>Vinda arx</i>	74. b
<b>V.</b>		<i>Virlandia</i>	75. a
<i>Valachus Polonus ſub Sigismundo infeſtat, acri conſlictum Valachi à Poloniſ tandem proſtigantur &amp; funduntur</i>	22. a	<i>Vitoldus incarceratur, à vinculis auſſugit, cum Crucig. Lithuan. vaſtat, ex Pruſſia à Iagelo reuocatur</i>	52. a
<i>Valachus Polonos, ſedore fracto proſternit fol.</i>	20. b	<i>Vglitz ciuitas</i>	84. b
<i>Valachia Palat. Poloniam infeſtat anno 1509. fol.</i>	21. b	<i>Vitenes princeps Lituaniæ</i>	49. b
<i>Valachos Poloni egregie vlcifcuntur, &amp; à Poloniſ caduntur</i>	21. a	<i>Vitoldus Tartaros vincit, &amp; multitudinem captiuorum in Lituaniã collocat: Iterum contra Tartaros proſciſcitur, à Tartariſ tunc vincitur</i>	54. b
<i>Valachia Palatini homagium</i>	20. a	<i>Vitoldus Smoleſkam capit, Liouones vlcifcitur fol.</i>	ibid.
<i>Valachi cum ſuo Bochdano Illegitimo fugantur fol.</i>	ibid.	<i>Vitoldus</i>	

I N D E X.

<i>Vitoldus in Masouiam, postea ad Crucigeros fugit</i>	53.a	<i>Voifalkiugulatur</i>	47.b
<i>Vitoldus moritur, Vitoldi mores</i>	55.b	<i>Vodzka Regio</i>	83.a
<i>Vitoldus à Crucigeris aufugit, Vilnam capere tentat, in Prusiam iterum fugit, Iagelo illi obstat à Crucigeris iterum, damno illato aufugit</i>	53.b	<i>Vogulici gens</i>	85.b
<i>Vitobsciens sive Vitebliensis palatinatus, cum suis senator. &amp; ciuitat.</i>	59.b	<i>Volochda prouincia</i>	83.b
<i>Vitoldus Moschouia &amp; Prusiam, Vitoldus latet. Nonogrodens. capit. Cum Vitoldo Sigismundus gratiam inijt, diadema ei pollicetur</i>	55.a	<i>Vetus limes Lituania</i>	81.b
<i>Vitoldus Coributum vicit, Vitebskam, Orsham &amp; Kiouiam capit, Rasandusium Ducatum expugnat, Tartaros fudit, Podolia Ducem sternit</i>	54.a	<i>Volter Pletemburg magister Liouonia</i>	76.a
<i>Vitenes à Gedimino obruncatur</i>	49.b	<i>Volga fluius celebris</i>	82.a
<i>Vladislaus quintus Polonus, Hungariae rex coronatur, arces Racie recuperat, à Turcis &amp; eos profugatur &amp; profligat</i>	19.b	<i>Volgari sive Volhinij ibid. à VVolga fluuio dicti</i>	3.a
<i>Vladislai exulis peregrinatio, post regno potitur</i>	16.b	<i>Volgari tres Imperatores Constantinopolitanos occiderunt</i>	3.a
<i>Vladislaus cubitalis, vulgo Lokiotek Sylesiam vastat</i>	17.a	<i>Volquinas primus Liouoniae Magister</i>	73.a
<i>Vladislaus in Marchiam Brand. cõtendit, eam ferro &amp; flamma vastat, cum Crucigeris postea certat, &amp; eos profligat &amp; vincit</i>	17.a	<i>Vngariam petit, Voluam expugnat, Sunatoflaum fugat, Episcopum D. Stanislum Craconiae occidit, pœnitentiam agens cum filio voluntaria exulat</i>	12.a
<i>Vladislaus secundus degener fratres oppugnans ipse fugatur, regnoq; exuitur.</i>	14.a	<i>Volinia regionis denom. &amp; descriptio</i>	58.b
<i>Vladislaus 2. in Poloniam reuertitur ex Germania veneni suspitione in Ploczke moritur</i>	14.a	<i>Vorotinensis Ducatus</i>	81.a
<i>Vladislaus Hermannus Prussos Pomeranos domat</i>	12.a	<i>Vppa fluius</i>	80.b
<i>Voldilo ex rustico principis gener</i>	51.b	<i>Vstius denominatio</i>	83.b
<i>Voldilonis peruersum consilium, suspenditur fol.</i>	52.a	<i>Vsdwiat direpta alit 24.b</i>	Cozaci, Corsari, 24.b
		<i>Freibiterij</i>	24.b
		<i>Vtenus sive Vciennus Dux Lituania</i>	47.b
		<i>Vxul arx desolata</i>	73.b
		VV.	
		<i>VVesemburg arx</i>	75.a
		<i>VVlodimiro commiseratio noxia</i>	99.a
		<i>VVolchon fluius</i>	82.b
		<i>VVqloczk ciuitas</i>	82.a
		Z.	
		<i>Zauolhensis Horda occupata</i>	107.a
		<i>Zbignerus monachus illegitimus contra regem fratrem legit. conspirat</i>	12.b
		<i>Zolner, Prussiae Magister Lituaniam vastat fol.</i>	52.a
		<i>Zelislaus Bohemos, Morauosq; regis Boleslai nomine profligat.</i>	12.b
		<i>Zinibundus Dux Lituaniae</i>	45.b

F I N I S.



S P I R Æ .

15



81

